Digitized by Google



AVCTORITATE NOBILI PRAENOBILI
AFER VIRŪM PARI CAMENIS ACCIDIT

APOLLINIQUE GRATUS. ISTE PINGITUR
VETUS POETA: FAMA GAUDET LAUDIBUS.

Digitized by Google

p. 861

52

P. TERENTII AFRI COMOEDIAE SEX,

Ad fidem duodecim amplius Mſſtorum Codicum, et pluſcularum optimae notae Editionum recenſitae, et

COMMENTARIO PERPETUO

illuſtratae.

ACCEDUNT INTERPRETES VETUSTIORES,

AELIUS DONATUS, EUGRAPHIUS, CALPHURNIUS,

Quorum iſte maxime e duobus manu exaratis Libris, ille itidem e binis Mſſ. nunc primum integer, hic e Codice Mſ. et veteri Editione integrius quam antehac eduntur; *additis*

OBSERVATIONIBUS,

Quibus loca obſcuriora et depravata vel tentantur, vel reſtituuntur.

PORRO

FRID. LINDENBRUCHII OBSERVATIONES

In P. TERENTII Fabulas, et AEL. DONATI Commentarium, emendatius quam in ſuperioribus Editionibus exhibentur.

DEMUM

INDICES LOCUPLETISSIMI,

I. *Rerum et Latinitatis in Terentium, ejuſque Commentarium.*
II. *In Donatum, ſervatis Interpretis hujus verbis.*
III. *Auctorum veterum, qui in Commentario vel tentantur, vel explicantur.*
IV. *Teſtimoniorum Scripturae Sacrae.*
V. *Verborum et Phraſium Terentianarum.*

CURAVIT

ARN. HENR. WESTERHOVIUS.

TOMUS SECUNDUS.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE III · NAPOLI

HAGAE-COMITUM,
Apud PETRUM GOSSE, Bibliopolam.
M. DCC. XXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

P. TERENTII
HECYRA.

ACTA LUDIS MEGALENSIB. SEX. JUL. CAESARE, CN. CORNELIO DOLABELLA AEDIL. CURULIB. NON EST PERACTA. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI, TIBIIS PARIB. TOTA GRAECA APOLLODORU FACTA EST. ACTA PRIMO SINE PROLOGO. DATA SECUNDO, CN. OCTAVIO, T. MANLIO COSS. RELATA EST. L. AEMILIO PAULO LUDIS FUNEBRIBUS. NON EST PLACITA. TERTIO RELATA EST, Q. FULVIO, L. MARCIO AEDILIB. CURULIB. EGIT L. AMBIVIUS TURPIO. PLACUIT.

PERSONAE.

PROLOGUS.

BACCHIS, *meretrix*, *amica Pamphili.*
LACHES, *ſenex*, *pater Pamphili.*
MYRRHINA, *mater Philumenae.*
PAMPHILUS, *filius Lachetis & Soſtratae.*
PARMENO, *ſervus Soſtratae.*
PHIDIPPUS, *ſenex*, *pater Philumenae.*
PHILOTIS, *meretrix.*
SOSIA, *ſervus Pamphili.*
SOSTRATA, *mater Pamphili.*
SYRA, *anus*, *lena.*

PERSONAE MUTAE.

PHILUMENA, *puella*, *nupta Pamphilo.*
SCIRTUS, *Servulus.*
NUTRIX.
ANCILLAE *Bacchidis.*

RRR rr C. SUL-

Digitized by Google

C. SULPITII APOLLINARIS
P E R I O C H A
IN TERENTII HECYRAM.

UXorem duxit Pamphilus Philumenam,
Cui quondam ignorans virgini vitium obtulit:
Cujuſque, per vim quem detraxit anulum,
Dederat amicae Bacchidi meretriculae.
Dein profectus in Imbrum eſt, nuptam haud attigit.
Hanc mater utero gravidam, ne id ſciat ſocrus,
Ut aegram ad ſe transfert. revertit Pamphilus:
Deprehendit partum: celat: uxorem tamen
Recipere non volt. pater incuſat Bacchidis
Amorem. dum ſe purgat Bacchis, anulum
Mater vitiatae forte agnoſcit Myrrhina.
Uxorem recipit Pamphilus cum filio.

AELII

Digitized by Google

AELII DONATI,

V. C. ORATORIS URBIS ROMAE,

PRAEFATIO IN HECYRAM TERENTII.

HAEC Fabula Apollodori eſſe dicitur Graeca: nam & ipſa & PHORMIO ab eodem dicuntur eſſe tranſlatae: quum reliquae quatuor ſint Menandri Comici. HECYRA autem dicitur, ideo, quia per ſocrus & ſoceros in ea aguntur multa. Nam & ἑκυρὸς & ἑκυρὰ, ſoceri nomen, ſocruſque ſignificant. Eſt autem mixta motoriis actibus ac ſtatariis: multumque ſententiarum & figurarum continet in toto ſtilo. Unde quum delectet plurimum; non minus utilitatis adfert ſpectatoribus. Atque in hac, primae partes ſunt Lachetis, ſecundae Pamphili, tertiae Phidippi, quartae Parmenonis: ac deinceps aliarum perſonarum, quae his adjunctae ſunt. Diviſa eſt autem, ut caeterae, quinque Actibus legitimis: quos in ſubditis diſtinguemus. In hac Prologus eſt & multiplex, & rhetoricus nimis, propterea quod ſaepe excluſa haec Comoedia, diligentiſſima defenſione indigebat. Atque in hac Protaſis turbulenta eſt, Epitaſis mollior, lenis Cataſtrophe. Acta ſane eſt ludis Megalenſibus, Sexto Julio, C. Rabirio Aedilibus Curulibus: Egitque L. Ambivius. Modulatus eſt eam Flaccus Claudius tibiis paribus. Tota Graeca eſt, factaque & edita quinto loco, Cn. Octavio, T. Manlio Coſſ. Cantica & diverbia ſummo in hac favore ſuſcepta ſunt. Προτατικὰ in hac πρόσωπα, id eſt, perſonae extra argumentum duae ſunt, Philotidis & Syrae. In tota Comoedia hoc agitur, ut res novae fiant, nec tamen abhorreant a conſuetudine. Inducuntur enim benevolae ſocrus; verecunda nurus; leniſſimus in uxorem maritus, & item deditus matri ſuae; meretrix bona.

M. ANT. MURETI

ARGUMENTUM.

PAmphilus, Lachetis e Soſtrata uxore filius, Bacchidem meretricem deperibat. Is quum aliquando noctu ad eam temulentus iret, in Philumenam, Phidippi & Myrrhinae filiam, incidit, eamque in via per vim compreſſit: atque ita effugit, ut neque ipſe eam, neque puella ipſum cognoſcere potuerit. In illa autem lucta etiam annulum ei detraxit, eumque Bacchidi dono dedit. Paullo poſt pater eum, tum ut a meretricio amore averteret, tum ut praeſidium ſuae ſenectuti pararet, ad uxorem ducendam perpulit. Contigit, ut ea ipſa uxor ei daretur, quam ipſe conſtupraverat: gaudente admodum puellae matre, quae, quia ſola conſcia erat filiam e ſtupro gravidam eſſe, quamprimum eam collocare properabat, ut, ſi forte poſt aliquot menſes pareret, nuptiis, quemadmodum ſaepe fit, obtegeretur ſtuprum. Cecidit res longe aliter, ac putabatur. Etenim Pamphilus, qui invitiſſimus adjeciſſet animum ad rem uxoriam, quia avellere ſe derepente a Bacchidis amore non poſſet, ita dormit cum uxore, ut eam ne attigerit quidem. Bacchis, quod, ea viva, nunquam ſe uxorem ducturum, ſaepe ei promiſerat Pamphilus, nonnullam ſibi ab eo factam injuriam putans, multo ei minus, quam ſolebat, placida & obſequens eſſe coepit. Eo factum eſt, ut Pamphilus ei ſe paullatim ſubduxerit, quamque prius ſpernebat uxorem, ejus mirificum quendam amorem animo conceperit. Interea quiddam accidit, ut iter Pamphilo in Imbrum eſſet. Profecto eo, Philumena, quae intumeſcere ſibi uterum ſentiret, quum aliorum, tum ſocrus inprimis ſuae conſpectum refugiebat. Tandem quum in eo eſſet, ut celare vix poſſe amplius videretur, ſumta occaſione, per ſacrificandi ſpeciem, ad matrem ſe, unam omnium rerum conſciam, confert. Poſt dies compluſculos mittit Soſtrata, qui eam arceſſerent. Reſpondetur, aegrotam eſſe. It, ut eam ſaltem viſeret: non admittitur. Laches accuſare uxorem, & dicere, haec omnia illius culpa contingere. Illa contra excuſare ſe, & culpam deprecari: nullius ſe rei conſciam eſſe, cur ſua conſuetudo nurui odioſa eſſe debeat. Interea rediit Pamphilus, atque ita ſors tulit, ut quo die ipſe Athenas appulit, eo ipſo, Philumena partu levaretur. Quum igitur, videndi cupidus, (aegrotare enim acceperat, & ita amabat, ut qui vehementiſſime) ſubito ad eam ingreſſus eſſet, peperiſſe deprehendit. Ibi eum Myrrhina exeuntem proſecuta, lacrumans, obteſtari coepit, quando ea res nihil ipſi nocitura eſſet; ne reciperet quidem uxorem, ſi ita videretur: ſed tamen ne famam illius proderet. Ita ſe facturam recipit. Quum igitur neque vellet uxorem recipere, neque rurſum veram adferret cauſam; ſuſpicati ſunt ſenes, eum Bacchidis adhuc amore impeditum, ea de cauſa ab uxore abhorrere. Arceſſitam itaque Bacchidem objurgat Phidippus. Ea, quum ſe illi purgaſſet, jubetur ad mulieres ingredi, & eis quoque illam ſuſpicionem adimere. Ingreditur, annulum habens in digito, quem olim Philumenae ereptum, ſibi dederat Pamphilus. Is annulus effecit, ut vitiatam eſſe ab ipſo Pamphilo Philumenam cognoſceretur. Laetus Pamphilus & uxorem & filium recipit.

PUBLII TERENTII CARTHAGINIENSIS HECYRA.

PROLOGUS.

HECYRA eſt huic nomen Fabulae. haec cum data eſt
Nova,

DONATI.

HECYRA EST HUIC NOMEN FABULAE.] *Totus hic Prologus ſubtilem conqueſtionem continet,* [1] *ob hoc, ne aperte populum neglectae Fabulae reum faciat, & facile revocet in favorem.*

1. HECYRA EST HUIC NOMEN FABULAE.] A nomine coepit, ut incognitam probaret, & ideo ſpectandam. HECYRA EST HUIC NOMEN FABULAE.] Nominativo caſu figuravit: quum in uſu ſit, ut dativo dicamus. quamvis praeſto ſint exempla, quibus veteres [2] per omnes fere caſus hoc genus locutionis enuntiabant. HECYRA EST HUIC NOMEN FABULAE.] Haec primo data eſt ſine Prologo, ludis Megalenſibus: quo Sex. Julius, & Cornelius Dolabella ediderunt, ſed occupato populo ſtudio funambuli, diſplicuit. Poſtea data eſt ludis Funebribus L. Aemilii Pauli: quos fecerunt Q. Fabius Maximus, & Cornelius Africanus. Tunc quoque non peracta eſt, per ſtudium populi circa gladiatores. Tertio ad poſtremum introducta, Q. Fulvio, L. Martio aedilibus: virtute actorum L. Ambivii, & L. Turpionis eſt commendata. HAEC QUUM DATA EST NOVA.] Ita dicitur, *Data eſt Fabula*, ut *data eſt coena*, *datum eſt prandium*. Et [3] *edidit*, a *dato* deſcendit. HAEC QUUM DATA EST NOVA, NOVUM INTERVENIT VITIUM.] Sic & [4] *Homerus*,

Κεῖτο μέγας μεγαλωστὶ λελασμένος ἱπποσυνάων.

Et *Dari* dicitur *Fabula*, quum agitur: *Stare*, quum placet. HAEC QUUM DATA EST NOVA, NOVUM INTERVENIT VITIUM.] Σύλληψις prima: deeſt enim *Huic*: & eſt figura *παρονομασία*, NOVA, NOVUM.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Ob hoc.*] Forte, *ad hoc*. Vide Adelph. I. 1. Obſerv. in Donat. n. 14.
2. *Per omnes fere caſus.*] Intellige nominativum, genitivum & dativum.
3. *Edidit, a dato deſcendit.*] Lego, *Edita a* DATA *deſcendit*. Sed & ita reſtituebat Doctiſſ. Wielingius. Et videtur ita legiſſe Guido Juvenalis; *παραφράζει* enim: *Unde Edere a Do das componitur, quod ſignificat exhibere ad ſpectaculum.*
4. *Homerus.*] Odyſſ. Ω. 40.

COMMENTARIUS.

De artificio Poëtico & Partibus Fabulae multis verbis praefatus eſt Boeclerus. Guyetus utrumque Prologum reſecat, ut Terentio indignum. Defendit Gabr. Faërnus. Agnoſcunt autem non tantum Donatus & Eugraphius, ſed & Mſſ. quos laudo, editique ſine diſcrimine omnes. Et ſane ſi quae alia Fabula, haec indigebat Prologo.

1. HECYRA.] Vide Praefationem Donati. Plaut. Aſin. Prol. 10. Mil. II. 1. 8. Trin.
Prol.

Nova, novum intervenit vitium, & calamitas,
Ut neque ſpectari, neque cognoſci potuerit.
Ita populus ſtudio ſtupidus in funambulo
Animum occuparat. nunc haec plane eſt pro nova:
Et

DONATI.

2. VITIUM, ET CALAMITAS.] Bene ſecundum augures. VITIUM enim eſt, ſi tonet tantum: VITIUM ET CALAMITAS, ſi tonet & grandinet ſimul, & etiam fulminet. VITIUM, ET CALAMITAS.] Tranſlatio eſt ab augurio: & *vitio creati* dicuntur *conſules.* [5] CALAMITAS παρὰ τὴν καλάμην dicitur: [6] *clades*, quia clamatur: ut aliud ſit grandinis culmum frangentis, aliud furti, [7] aut doli mali. Sic *Probus.*

3. UT NEQUE SPECTARI.] [8] VITIUM, quod non ſpectata eſt: CALAMITAS, quod non cognita. UT NEQUE SPECTARI, NEQUE COGNOSCI.] Mira defenſio, ſiquidem non judicio Comoedia exacta eſt, ſi ſpectari cognoſcique non potuerit: placitura ſcilicet, ſi audiretur. UT NEQUE SPECTARI, NEQUE COGNOSCI.] Ideo theatrum, ideo ſpectatores, ideo actores: quia major pars in geſtu eſt, quam in verbis. COGNOSCI.] Vel probari, vel ſciri: [9] an *Hecyra* ſciri dicatur, quae ſcita ſit nomine?

4. ITA POPULUS STUDIO STUPIDUS.] A derivatione cauſae. Non quia mala, inquit, excluſa eſt: ſed quia populus funambuli admiratione obſtupuit: quod infra de gladiatoribus dicet, ad commutationem cauſae inducendam. ITA POPULUS STUDIO STUPIDUS.] Hic excuſatur & populus, qui neque judicavit de Fabula, neque tamen ſtulte erravit. STUPIDUS, pro ſtupens. ut,

[10] *timidiſque ſupervenit Aegle.*

5. PRO NOVA.] Recte: jam enim non eſt nova.

OBSERV. IN DONAT.

5. CALAMITAS παρὰ τὴν καλάμην.] Vide ad Eun. I. 1. 34.

6. *Clades, quia clamatur.*] Forte, *quia* κλάδοις *datur*, i. e. ramis.

7. *Aut doli mali.*] Mſ. Boend. & edd. veteres: *Ut in dolis malis.*

8. VITIUM, *quod non ſpectata eſt*: CALAMITAS, *quod non cognita.*] Nimis acute. Cognoſci Fabulae niſi ſpectatae non poſſunt. Habent igitur haec quaſi συνωνυμίας ſpeciem.

9. *An Hecyra ſciri dicatur, quae ſcita ſit nomine?*] Varie haec leguntur. Mſ. Lind. *Hoc eſt, quae ſit omnino.* Mſ. Hulſt. *quae ſit omnino ita.* Editio Anonyma: *quae ſita ſit nomine.* Veneta, anni 1490. *quae ſcita ſit in nomine.* Mihi lectio, quam ex Mſ. Boend. & Rob. Stephani aliorumque editionibus exhibeo, ſana videtur, modo praemittatur litera *q.* facile a Librariis omiſſa, qua notatur, *quaeſtio.* Sic ad Prol. Alt. verſ. 21.

10. *Timidiſque.*] Virgil. Ecl. VI. 20.

COMMENTARIUS.

Prol. 18.

HAEC QUUM DATA EST.] Poëta proprie *dare Fabulam* dicitur. Sic Eun. Prol. 23. Heaut. Prol. 33. Pauci Codd. non agnoſcunt τὸ HAEC.

2. NOVUM INTERVENIT VITIUM, ET CALAMITAS.] Quare NOVUM? Videtur funambuli luſus non temere antea turbaſſe Comoedias. Eſt vero VITIUM petitum ex augurali diſciplina, CALAMITAS e re ruſtica. Quod vero augures & de coelo ſervantes VITIUM vocant, eandem obſcenam tempeſtatem, quae frangit & dejicit ſata, & fruſtratur laborem agricolarum, ruſtici *calamitatem* dicunt. Eadem igitur utriuſque eſt notio, ſed diverſo reſpectu, quanquam VITIUM omne infauſtum omen notat. Cic. Philipp. II. 32. *Quid* vitii *in auſpiciis futurum ſit, niſi qui de coelo ſervare conſtituit?*

4. ITA.] Dicitur emphatice pro *adeo.* Sic Prol. Alt. verſ. 22. Et And. Prol. 11.

STUDIO STUPIDUS IN FUNAMBULO ANIMUM OCCUPARAT.] Scilicet σχοινοβάται ἐν θαυματοποιοῖς erant olim. Vide Mercurialem Arte Gymnaſt. III. 5. & Barth. Adverſ. V. 19. Eleganter M. Manilius Lib. V. 652.

aut tenues auſus ſine limite greſſus
Certa per extentos ponit veſtigia funes,
Et coeli meditatus iter veſtigia perdet.
Et pene ut pendens, populum ſuſpendit ab ipſo.

Exhibeo

Et is, qui ſcripſit hanc, ob eam rem noluit
Iterum referre, ut iterum poſſit vendere.
Alias cognoſtis ejus: quaeſo hanc nunc noſcite.

DONATI.

6. ET IS, QUI SCRIPSIT HANC, OB EAM REM.] Id eſt, ob eam cauſam. quaſi dicat, non iterum acta eſt ſine cauſa. Cur ergo non poſt funambulum relata eſt, ubi ille ceſſarat? in quo maluit avarum Poëtam populo inducere, quam ſuo operi diffidentem.

7. ITERUM REFERRE.] Supervacuum eſt ITERUM. UT ITERUM POSSIT VENDERE.] Aliis ſcilicet ludis. hoc, ut diximus, ad laudem Fabulae [11] referatur: poſtquam tantum fiduciae Poëtae dedit.

8. ALIAS COGNOSTIS EJUS: QUAESO NUNC HANC NOSCITE.] Mire illi favorem petit ex aliis, quae ſpectatori notae ſunt. [12] EJUS.] Poetae. Quaſi haec omnino nota ſit. At in *Andria*, quae omnium prima eſt, aliter ait,

Ut pernoſcatis, & quid ſpei ſit relliquum:
Poſthac quas faciet de integro Comoedias,
Spectandae, an exigendae ſint vobis prius.

OBSERV. IN DONAT.

11. *Referatur.*] Ita Rob. Stephanus & Lindenbruchius, & poſt eos paſſim recentiores. In Codd. vetuſtis eſt, *Refertur.* 12. EJUS] *Poetae. Quaſi haec omnino nota ſit.*] Codices ante Rob. Stephanum una ſerie: *Mire illi favorem petit ex aliis, quae ſpectatori notae ſunt ejuſdem Poetae, quaſi haec omnino nota ſit.* Sed poſt τὸ *Poetae* lego ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, QUAESO NUNC HANC NOSCITE.] *Quaſi haec omnino incognita ſit.* Vide Donatum ad verſum 1.

COMMENTARIUS.

Exhibeo lectionem Illuſtriſſimi Viri, Joſephi Scaligeri. Vulgo *extenſos*, & *pendet*, & *Apennina petens*. Malim tamen, *perdit*, ut *ponit*, & *ſuſpendit*. Prudent. Hamartig. 367.

Inde per aërium pendens audacia funem,
Ardua ſecuris ſcandit proſcenia plantis.

Unde & ἀεροβάται dicti funambuli. STUPIDUS h. l. prae admiratione haerens eſt. Turpilius: Stupidus *aſtat. ita ejus aſpectus repens cor torporavit homini amore.* Dixit autem, ANIMUM OCCUPARAT, uti Plautus Pſeud. I. 5. 131.

Ne quo te *ad aliud* occupes *negotium.*

Meſſala autem Corvinus FUNAMBULO primus nomen Latine fecit. Apulejo, Florid. IV. *Funirepus* dicitur. In hac porro re implicita latet laus Poëtae, ut qui non ſua culpa diſplicuerit, ſed quem ſtupor populi neglexerit.

5. PRO NOVA.] Modo NOVA, verſu 2. Eſt vero PRO NOVA, Belg. *Zoo goed als nieuw.* Quod nimirum data quidem, ſed nondum ſpectata, nedum cognita fuerat.

6. ET IS, QUI SCRIPSIT HANC.] Duo hi verſus occupationem continent. Poterat enim malevolus Poëta objeciſſe; Quare ergo non retuliſti Hecyram Fabulam continuo poſt ſedatam turbam, ſi tantam ſumebas in eam fiduciam? Ad haec igitur reſpondet.

7. ITERUM REFERRE.] Nimirum tunc ſtatim, quando contemta & neglecta eſt. Sic Prol. Alt. 21.

Hecyram ad vos refero.

Et verſu 30. *refero denuo.*

UT ITERUM POSSIT VENDERE.] Ita plerique omnes Libri. Pauci, UT ITERUM POSSET VENDERE. quae lectio neſcio an praeſtet. Maluit autem Prologus fingere, novae relationi non diffidentiam, ſed avaritiam Poëtae obſtitiſſe. Si enim ſtatim poſt ludos funambuli retuliſſet, PRO NOVA iterum vendi non potuiſſet. Objectio autem avaritiae gratiam Comoediae conciliat; quia non emeretur denuo ab Aedilibus dicam, an Hiſtrionibus? niſi praeclare de ea ſentirent. Boeclerus de voluntate emendi potius, quam avaritia vendendi accipit.

8. ALIAS COGNOSTIS EJUS: QUAESO HANC NUNC NOSCITE.] Ita vulgo editur. In aliis tamen Libris aliter. In quatuor Mſſ. Leidenſibus eſt: ALIAS COGNOSTIS EJUS: QUAESO NUNC HANC NOSCITE. In quinto deeſt τὸ EJUS. Mſ. Bodl. ALIAS COGNOSTIS EJUS: QUAESO HANC NOSCITE. In Mſ. Hulſtiano Donati eſt: ALIAS COGNOSTIS: QUAESO HANC COGNOSCITE. Sed & Mſ. Mark. legit: QUAESO HANC COGNOSCITE. Editi non minus varie.

ALTER

ALTER PROLOGUS.

ORATOR ad vos venio ornatu prologi:
Sinite exorator ut ſim: eodem ut jure uti ſenem
Liceat, quo jure ſum uſus adoleſcentior:

Novas

DONATI.

ORATOR AD VOS VENIO ORNATU PROLOGI.] *Magna arte hic Prologus ſcriptus eſt, & nimis oratorie. Nam totiens expulſa Fabula, quomodo honeſte revocari potuit in proſcenium, niſi primo ipſa impudentia pro fiducia proferretur? deinde actor periti ſſimus ipſe Ambivius, probaret & Poëtam & Comoediam, cujus auctoritas elucet ex verbis? tum deinde ſubtiliter novo Poëtae, a vetuſto & magnae auctoritatis* Caecilio, *peteretur exemplum, & peteretur ingenioſiſſimo? Nam quod rudi* Terentio *contigit, accidiſſe memoratur veteri* Caecilio: *quod huic ſemel, illi ſaepe: quod huic in aliis numquam, hoc illi fere in omnibus: quod huic praeter* Hecyram *& actae, & probatae ſunt caeterae: illi partim exactae, partim vix probatae. Itaque his omnibus argumentis id actum eſt, ut neque deſperandum ſit de* Terentio, *quod [1] exploſus eſt: ut nihilominus illi tantum attribuendum ſit, ut aut par* Caecilio, *magno tunc Poëtae, aut ultro melior etiam eſſe poſſit. Hic autem L. Ambivius hiſtrio, fuit actor Comoediarum.*

1. ORATOR AD VOS VENIO.] [2] *Oratorem* audire oportere, jus gentium eſt: *oratorem* non licet injuriam pati. Ideo ergo ne expellatur, non ſe *Prologum*, ſed *Oratorem* nominat. [3] *Plautus: Impia ſecreto oratorem verberas.*

2. SINITE EXORATOR UT SIM.] ORATOR, eſt [4] dum agit: EXORATOR, quum impetraverit. Ita illud, dicentis: hoc, jam [5] effecti ſignificationem habet. Et ORATOR eſt, cui cauſa defendenda mandatur. EODEM UT JURE UTI SENEM LICEAT.] Ut,

[6] *Me liceat caſus miſerari inſontis amici.*

3. QUO JURE SUM USUS ADOLESCENTIOR.] Tanquam aliud agens affert exempla, quibus oſtendat, turpe non eſſe *Terentio*, excluſam eſſe unam illius Fabulam, quum multorum Poëtarum multae exactae ſint: & in his *Caecilii*, cujus

OBSERV. IN DONAT.

1. *Exploſus.*] Vox explodenda. Libri veteres omnes, *Expulſus*. Niſi forte, *Excluſus*. Sic ad verſum 3.

2. *Oratorem audire.*] Exſcripſit haec Calphornius ad Heaut. Prol. 11.

3. *Plautus.*] Poen. I. 2. 171. ſed legendum:
Impius, here, te: oratorem verberas.

4. *Dum agit.*] MSſ. Codd. & edd. veteres ante Rob. Stephanum, *Dum rogat*. Sic ad verſ. 20. Et mox, *impetravit*.

5. *Effecti.*] Ita forte melius, quam Codd. quorundam *affectus*.

6. *Me liceat.*] Virgil. Aeneid. V. 350.

COMMENTARIUS.

Hic Prologus cohaeret ſuperiori in Mſ. Mark. Lipſ. Bodl. & Boend. Sed & in edit. Anonyma, anni 1469. Juntina, Aldina, Rob. Stephani, aliis. Videtur autem editioni tertiae Prologus hic praefixus, uti ſuperior ſecundae. De prima res incerta eſt. Vide Eugraph. & Faërn. Cogitabat Guyetus in gloſſis ineditis, potuiſſe fieri, ut poſt obitum Terentii haec Fabula denuo acta Prologum hunc acceperit.

1. ORATOR.] Dacieria Donatum ſequuta vertit, *un Ambaſſadeur*, citans illud Ennii:

Orator *ſine pace redit, Regique refert rem.*

Fabrini dubitat, modo vertens, *Oratore*, modo, *Imbaſciadore*. Ita & Heaut. Prol. 11. *Oratorem voluit eſſe me, non Prologum*, ita vertit: *ha voluto, che io ſia oratore, imbaſciadore, e non recitatore del Prologo.* Mihi illa *Legati* ſignificatio grandior h. l. videtur, quam par eſt. *Orator* proprie eſt, qui cauſam ſeu orat, ſeu perorat; quod hic facit Prologus. Unde & benevolentiam populi ſpectantis captans, addit, SINITE EXORATOR UT SIM Boeclerus in Chreſtomathia: *Poëta noſter τῷ προλογίζοντι* oratoris *σχῆμα induit, ut cauſam ejus tanquam apud Judices agere videatur.* Nemo melius expediverit Mercurio Amphitruonis Prologo cui *oratorem eſſe, oratum mitti, oratum venire, orare, precario*

Novas qui exactas feci ut inveteraſcerent;
Ne cum Poëta ſcriptura evaneſceret.
In his, quas primum Caecilii didici novas,

Partim

DONATI.

jus illo tempore magna auctoritas fuit. ADOLESCENTIOR.] Haec comparatio minus a poſitivo ſonat, & vim diminutivam exprimit: ut,

7 *Jam ſenior; ſed cruda Deo, viridiſque ſenectus.*

4. NOVAS QUI EXACTAS FECI UT INVETERASCERENT.] Σύλληψις. INVETERASCERENT, denuo agerentur. quia nondum acta, *nova* dicitur Fabula. EXACTAS.] Expulſas. INVETERASCERENT.] In conſuetudinem venirent, ſpectarentur, amarentur.

5. NE CUM POETA SCRIPTURA EVANESCERET.] Cauſa facti honeſtior eſt, non ſe Poëtae unius, ſed ipſius Poëmatis cauſa laborare.

6. IN HIS, QUAS PRIMUM CAECILII DIDICI NOVAS.] A ſimili argumentum, quod fit per comparationem artificioſam & oratoriam rerum ac perſonarum.

OBSERV. IN DONAT.

7. *Jam ſenior.*] Virgil. Aeneid. VI. 304.

COMMENTARIUS.

precario petere, ἰσοδύναμα ſunt. Sed & idem confirmat Donatus ſecum diſſidens, ad verſ. 2. ORATOR *eſt, cui cauſa defendenda mandatur*: & ad verſ. 47. MEA CAUSA, dicens, *Quaſi orator, cauſam dixit*. Eſt igitur ORATOR h. l. qui cauſam agit Poëtae & ejus Comoediae apud ſpectatores, tanquam judices.

ORNATU PROLOGI.] Multus de ornatu ſuo eſt Mercurius Plautinus in Prologo Amphitruonis. Mſſ. quidam, CUM ORNATU.

2. SINITE EXORATOR UT SIM.] Verbum *ſinendi* propriam quaſi ſedem habet in precationibus. Sic infra 44. And. V. 3. 30. Eun. I. 2. 105. Heaut. V. 5. 6. Adelph. V. 8. 13. Phorm. III. 2. 30. Plaut. Bacchid. V. 2. 51.

Sine *hoc exorare* (an *exorari*?) *abs te.*

Ibid. verſ. 57. & 82.

3. QUO JURE.] Eleganter repetitur τὸ JURE. Sic infra 22. Vide ad Heaut. Prol. 20.

4. NOVAS.] Ita meminit novarum Fabularum, ut auctorem non nominet. Unde exiſtimare licet, eundem L. Ambivium Turpionem, hunc enim Donatus & Eugraphius vocant, pluſculis Poëtis Comicis operam dediſſe. Eſt autem in verbis enallage accuſativi pro nominativo, Comicis uſitata; ſed & Scriptoribus Graecis. Senſus autem eſt: *Quidni ego, qui adoleſcentior ſaepius in Scenam reduxi ſemel excluſas Fabulas, nunc uſu edoctus, quum vobis placeam, idem in Hecyra per ſtuporem populi neglecta experiar?*

EXACTAS.] Et Fabulae *exigi* dicuntur, & Actores. Unde mox verſu 7. PARTIM SUM EARUM EXACTUS.

INVETERASCERENT.] Cognoſcerentur & totae perſpectarentur, atque adeo fierent veteres Comoediae, & ſaepius ſpectatae. Cic. Att. XIV. 9. *Quae mihi videntur habitura etiam* vetuſtatem. i. e. in conſuetudinem abitura, utpote ſaepius committenda. In Libris quibuſdam eſt, VETERASCERENT. Guyetus in Scholiis Mſſ. REJUVENASCERENT vel REJUVENESCERENT legit.

5. NE CUM POETA SCRIPTURA EVANESCERET.] Suſpicio eſt, ſcriptum fuiſſe, NEC CUM POETA SCRIPTURA EVANESCERET. q. d. Feci, ut Comoediae novae inveteraſcerent, & ne cum obitu ipſius Poëtae etiam Poëma interiret. Ipſa autem Fabula paſſim in Prologis SCRIPTURA dicitur.

6. PRIMUM.] Ad aetatem L. Ambivii refero. q. d. Quum olim adoleſcens diſcendis & agendis Caecilii Comoediis operam dare inciperem.

CAECILII.] De eo ita Gellius IV. 20. *Statius autem ſervile nomen fuit. Caecilius quoque ille Comoediarum Poëta inclutus ſervus fuit: & propterea nomen habuit Statius: ſed poſtea verſum eſt quaſi in cognomentum; appellatuſque* Caecilius Statius. Idem Lib. XV. cap. 24. ex Vulcatio Sedigito de Comicis Latinis judicium refert, in-

Digitized by Google

Partim ſum earum exactus: partim vix ſteti.
Quia ſciebam dubiam fortunam eſſe ſcenicam:
Spe incerta, certum mihi laborem ſuſtuli.
Eaſdem agere coepi, ut ab eodem alias diſcerem
Novas, ſtudioſe; ne illum ab ſtudio abducerem.

Perfe-

DONATI.

7. PARTIM SUM EARUM EXACTUS, PARTIM VIX STETI.] Vide, plus eſſe in exemplo: ſiquidem partim exactae ſunt *Caecilii* Fabulae, partim vix admiſſae: quum una *Hecyra* excluſa ſit. Et eſt ſenſus, aut diſplicui, inquit; aut in aliquibus vix placui. PARTIM SUM EARUM EXACTUS.] [1] Pro, in aliis. Et ſimul ſplendida locutio eſt. PARTIM adverbium eſt. Et proprie locutus eſt. Nam *Fabulae* aut *agi* dicuntur, aut *ſtare*.

8. QUIA SCIEBAM DUBIAM FORTUNAM.] Non igitur Poëtae culpa, ſed caſus eſt. [9] nam ideo fortunae eventum extulit.

9. SPE INCERTA CERTUM MIHI LABOREM SUSTULI.] Sententioſe, & verum. nam ubi certa ſpes eſt, nihil opus eſt labore certo ac vehementi. SPE INCERTA.] Pro, ſpei incertae. an deeſt *in*? INCERTA CERTUM.] Honeſta figura, quae dicitur ἀντίθεσις.

10. EASDEM.] Exactas. COEPI.] Difficultatem facti & molimen oſtendit. AB EODEM.] Caecilio ſcilicet.

11. NOVAS, STUDIOSE; NE ILLUM AB STUDIO.] Παρόμοιον. NE ILLUM AB STUDIO ABDUCEREM.] Iterum cauſa honeſtatis.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Pro, in aliis.*] Veteres Codd. addunt, *aut timidis*. Unde effingo: *ante mihi actis*.

9. *Nam ideo fortunae eventum extulit.*] Haec vulgata lectio. Rob. Stephanus, *fortunam* edidit. Mſ. Boend. & editi veteres, *Fortunam eventum retulit*. Lego: *ad fortunam eventum retulit*. Sic infra ad verſ. 22.

COMMENTARIUS.

vidioſis verſibus conſcriptum; in quibus eſt hic:

Caecilio *palmam* Statio *do Comico*.

De quo judicio aliter judicarunt Janus Rutgerſius, Var. Lect. IV. 14. & G. J. Voſſius, Inſtit. Poet. XI. 23. Et ſane *malus auctor Latinitatis* dicitur Ciceroni, Att. VII. 3. Et in Bruto, 74. Caecilium *& Pacuvium male locutos vidimus*.

DIDICI.] Hiſtriones proprie *diſcere* Comoedias, Poëtae *docere* dicuntur, quum eas dant diſcendas. Sic infra verſu 48.

7. PARTIM SUM EARUM.] De hac conſtructione vide Gellium X. 13. Cic. Tuſc. Quaeſt. V. 13. Earum ipſarum partim *ſolivagas, partim congregatas*. Nep. Att. 7. Quorum partim *invitiſſimi caſtra ſunt ſecuti*. Niſi forte PARTIM dixit pro PARTEM. ἀρχαϊκῶς. q. d. κατὰ μέρος.

VIX STETI.] Stare dicitur Fabula, quae ita placet, ut peragatur. Unde Fabrini tranſtulit, *A pena, o con gran difficultà io piacqui*. Sic Phorm. Prol. 9. Sed & *cadere* & *excidere* hiſtriones dicuntur, qui exploduntur. Reſpexit huc Cicero, Fam. I. 4. *Cum in Senatu pulcherrime* ſtaremus. Att. I. 16. *Patroni omnes* conciderunt.

8. DUBIAM FORTUNAM ESSE SCENICAM.] Cauſam non addit, nempe populi inconſtantem favorem, & ſiniſtrum ſaepe judicium. Atqui ita theatri moroſitatem, & inconſtantiam incuſando, Hecyram excuſat.

9. SPE INCERTA.] Senſus eſt, Omiſi certum laborem, qui eſſet incertae ſpei.

10. EASDEM.] Edit. anni 1469. EAS.

UT AB EODEM ALIAS DISCEREM.] Primum dixit, AB EODEM, pro, Ejuſdem, ſub. Caecilii, locutione comica. Malim autem, ſi per Codices liceret, ET AB EODEM ALIAS DISCERE; ut ſenſus ſit, *Coepi eaſdem exactas agere, & alias ejuſdem Caecilii novas diſcere*. Primum enim parum cohaerere videntur, *Coepi agere eaſdem, ut diſcerem alias*. Tum, ſi jam altera ratio ſit,

quare

Digitized by Google

Perfeci, ut ſpectarentur. ubi ſunt cognitae;
Placitae ſunt. ita Poëtam reſtitui in locum,
Prope jam remotum injuria adverſariûm
Ab ſtudio, atque ab labore, atque arte muſica.
Quod ſi ſcripturam ſprevissem in praeſentia,

Et

DONATI.

12. PERFECI, UT SPECTARENTUR.] Attende, quantum pondus habeat, quod non *feci* dixit, ſed potius PERFECI: ut molem difficultatis oſtenderet. UBI SUNT COGNITAE, PLACITAE SUNT.] Elegans promiſſio, & hanc placituram, ſi cognoſcatur. Et eſt conjectura a futuro tempore.

13. PLACITAE SUNT.] Nota participium ¹⁰ ſine origine verbi. ITA POETAM RESTITUI IN LOCUM.] Mire non *Caecilium*, ſed POETAM: ut hoc generaliter populo praeſtitiſſe, non uni homini videatur. RESTITUI IN LOCUM.] Quia remotum & excluſum, dixit.

14. PROPE JAM REMMOTUM.] Geminavit M ſecundum antiquos, qui omnes in verbis liquidas duplicabant.

15. AB STUDIO, ATQUE AB LABORE.] Bene oſtendit ſe populo profuiſſe, *Caecilium* Poëtam ad laborem revocando. ATQUE ARTE MUSICA.] AB tertio commode ſubaudiendum eſt: ut,

¹¹ *Hic portus alii effodiunt, hic alta theatris*
Fundamenta locant alii, immaneſque columnas
Rupibus excidunt, ſcenis decora alta futuris.

16. IN PRAESENTIA.] Statim ut a populo ejiciebatur.

OBSERV. IN DONAT.

10. *Sine origine verbi.*] Ita Rob. Stephanus edidit. Sed Codd. vetuſtiores cum Mſſ. & Lindenbruchio, *ſine verbo.*

11. *Hic portus.*] Virgil. Aeneid. I. 411. Qui locus ne ἀπροσδιόνυσος videatur, obſervat Faërnus, id voluiſſe Donatum, uti apud Terentium particula AB tertio loco ſubaudiatur, ita apud Virgilium, *Hic alii* poſtquam bis dictum ſit, tertio loco commode ſubaudiri. Codd. veteres, quos ſequuntur Rob. Steph. & Lindenbr. male, *commode audiendum eſt*, legunt.

COMMENTARIUS.

quare eaſdem egerit, NE ILLUM AB STUDIO ABDUCERAM, omnino addenda fuerat vocula quaedam, per quam haec cohaererent cum ſuperioribus. Demum eaedem exactae Caecilii Comoediae denuo agendae, aliae novae diſcendae erant L. Ambivio hiſtrioni, ni Caecilium ab ſtudio Muſico abducere vellet. Si vero quis tuebitur lectionem vulgatam, omnino legerim, NAM ILLUM AB STUDIO ABDUCEREM. quare & τὸ STUDIOSE ſeparatim expreſſi, ut referatur ad EASDAM AGERE COEPI. Dixit autem ita, uti mox verſu 14. REMOTUM AB STUDIO; & Phorm. Prol. 2. *Retrahere ab ſtudio*, & verſu 18. *Hunc ab ſtudio ſtuduit rejicere.* Unde ſimul adparet, *ſtudium* Terentio κατ᾽ ἐξοχὴν de arte Muſica dictum. Quidam Codices legunt, A STUDIO ABDUCEREM. Guyetus per conjecturam, ABDUCERENT. ſub. Faſtidioſi ſpectatores.

12. UBI SUNT COGNITAE, PLACITAE SUNT] Ita dotes Fabularum a ſe actarum laudat, ut ſimul ſuam artem commendet. Idem vero etiam nunc optimis Comoediis ſaepenumero accidit.

13. RESTITUI IN LOCUM.] Sic Phorm. Prol. 33.

Quem actoris virtus nobis reſtituit locum.

And. IV. I. 58.

reſtitue, in *quem me accepiſti*, locum.

Ubi *locus* pro ſtatu & conditione accipitur. Plaut. Mil. III. 1. 108.

haud facile te in eundem *rurſus* reſtitues locum.

15. ATQUE ARTE MUSICA.] Libri quidam: ATQUE AB ARTE MUSICA. Mſ. Boend. & edit. 1469. AB STUDIO ATQUE LABORE, ATQUE AB ARTE MUSICA. Si vero AB tertium repetatur, quarto loco erit creticus. Idem *ſtudium Muſicum* dixit Heaut. Prol. 23.

16. IN PRAESENTIA.] Explicant de tempore, quo Caecilii Fabulae ſimul editae, ſimul exactae ſunt. Malim cum Donato de Hecyra pri-

Et in deterrendo voluiſſem operam ſumere,
Ut in otio eſſet potius, quam in negotio:
Deterruiſſem facile, ne alias ſcriberet.
Nunc quid petam, mea cauſa, aequo animo attendite.
HECYRAM ad vos refero, quam mihi per ſilentium
Numquam agere licitum eſt. ita eam oppreſſit calamitas:

Eam

DONATI.

18 UT IN OTIO ESSET POTIUS, QUAM IN NEGOTIO.] Ex ipſis rerum nominibus oſtendit facilitatem deterrendi.

20. NUNC QUID PETAM, MEA CAUSA.] Bene PETAM & MEA CAUSA, quaſi orator. MEA CAUSA, AEQUO ANIMO ATTENDITE.] Commendatio perſonae levis, per aliam perſonam gravem, ſecundum praecepta in Rhetoricis.

21. HECYRAM AD VOS REFERO.] A cauſa principium narrationis inducitur. HECYRAM AD VOS REFERO.] Principium a principali quaeſtione, an cognita ſit, & an ſpectanda ſit. QUAM MIHI.] A perſona dicentis.

22. ITA EAM OPPRESSIT CALAMITAS.] Hoc ſuccedit pro illo, quod eſt a perſona adverſariorum. Simul ad fortunam retulit culpam populi: non enim dixit quod praeſto erat.

COMMENTARIUS.

mum exacta capere. Quam interpretationem utut duriuſculam, ſenſus tamen & rei ipſius ratio poſtulare videntur.

17. IN DETERRENDO.] Magna Mſſ. pars, & edit. 1469. ID DETERRENDO.

22. OPPRESSIT CALAMITAS.] Excluſionem vocat *calamitatem*. quod Polluci, IV. 19. eſt, *ἰδώλια ταῖς πτέρναις κατακρούειν, πτερνοκοπεῖν. Tabulata plantis pedum verberare.*

24. SEDABIT.] Eadem metaphora uſus Plautus, Poen. V. 4. 93.

Multorum annorum miſerias nunc hac voluptate ſedo.

h. e. lenio, abſtergo. Proprie uſus eſt Phaedrus, II. 5. 18.

ſedans pulverem.

25. PUGILUM GLORIA.] Videtur ipſos pugiles, homines liberos, & de gloria inter ſe certantes deſignare. Olympionicen enim fuiſſe, apud Graecos prope majus & glorioſius habebatur, quam Romae triumphaſſe. Quanquam haec potius ad Romanorum morem referenda videntur; utut enim ficta in Fabulis omnia, Prologus tamen Romane cum Romanis loquitur. Tractavit hunc locum Horatius Epiſt. II. 1. 182.

Saepe, etiam audacem, fugat hoc terretque Poëtam;
Quod numero plures, virtute & honore minores,
Indocti, ſtolidique, & depugnare parati,
Si diſcordet eques, media inter carmina poſcunt
Aut urſum, aut pugiles; his nam plebecula gaudet.

Adde Lipſ. Saturnal. cap. 19. Mallet Guyetus, PUGILUM GRATIA.

26. FUNAMBULI EODEM ACCESSIT EXSPECTATIO.] Haec quaſi *ἐν παρενθέσει* dicta, dicitur autem EXSPECTATIO de re magna & ſingulari. Phaed. IV. 22. 2.

Eratque in terris maxima exſpectatio.

De monte parturiente. Idem V. 5. 15.

Silentium ipſa fecit exſpectatio.

Nep. Alcib. 6. *Tanta fuit omnium* exſpectatio *viſendi Alcibiadis, ut ad ejus triremem vulgus conflueret.* Curt. III. 1. 17. *Circa regem erat Phrygum turba, & Macedonum: illa* exſpectatione *ſuſpenſa, haec ſollicita ex temeraria regis fiducia.*

27. COMITUM CONVENTUS.] Videtur intelligere vel affectatores pugilum, qui deducebant athletas ſuos amicos in locum certaminis; vel clientes patronorum, ſpectatum venientium.

STREPITUS.] Ita Mſſ. Leidenſes quinque, Lipſ. Bodl. Boend. & Mark. Ex edd. Anon. anni

Eam calamitatem voſtra intelligentia
Sedabit: ſi erit adjutrix noſtrae induſtriae.
Quum primum eam agere coepi, pugilum gloria,
Funambuli eodem acceſſit exſpectatio,
Comitum conventus, ſtrepitus, clamor mulierum
Fecere, ut ante tempus exirem foras.

Vete-

DONATI.

23. Eam calamitatem.] Calamitatem [12] repetit, ne nos fabulam illum dicere putaremus. Vostra intelligentia.] [13] Ab auditorum perſona.

24. Nostras industrias.] Rurſus a ſua. Et bene περιφράσει uſus eſt: ne diceret, *Vos nobis.*

25. Quum primum eam agere coepi.] Jam hinc narratio ſubtilis inducitur, & ut non laedat populum, & ut defendat Poëtam. Pugilum gloria.] Περίφρασις, ἀντὶ τοῦ, pugiles etiam glorioſi: ut minus turpe ſit, antelatos eos eſſe. Sicut [14] *Virgiliu[s]*, *vaſtis cum viribus effert*
Ora Dares, magnoque virûm ſe murmure tollit:
Solus qui Paridem ſolitus contendere contra.
[15] Haec eſt gloria pugilum, gratia funambuli. Pugilum gloria.] *Pugil* dictus eſt a pugna: & *Pugna* a pugno. Veteres namque ante uſnm ferri & armorum, pugnis & calcibus, & morſibus, corporumque luctatione certabant. Pugilum gloria, funambuli eodem acceſſit exspectatio.] Πολυλογία. Funambuli eodem acceſſit exspectatio.] Duplex cauſa ad unam excluſionem adhibetur. Acceſſit exspectatio.] Narratio cur excluſa ſit. hoc eſt, non Poëtae culpa [16] dejecta eſt, nec judicio populi: & ideo nunc admittenda eſt. Exspectatio.] Deſiderium. ut [17] *Virgil.* *Exſpectate venis?*

27. Comitum conventus.] Utrum eos *comites* dicit, qui ſunt pugilum aſſectatores? an ſervos, qui dominos ſequuntur? Studium.] Certamen diverſis faventium. Clamor mulierum.] Bene Mnliebum: non enim timet eas, quibus ſuffragari vel refragari non licet in theatro.

28. Ut ante tempus exirem foras.] Τῷ ἐξουθενισμῷ, ne gravem paſſus videatur injuriam.

OBSERV. IN DONAT.

12. *Repetit.*] Lego, *Repetiit*, cum Doctiſſ. Wielingio.

13. *Ab auditorum perſona.*] Ita Rob. Stephanus. malim. *a ſpectatorum perſona.* Mſ. Boend. Vestra intelligentia sedabit. *primo cum perſona.* Atque ita fere Codices impreſſi veteres. Mſ. Hulſt. *At ubi cum perſona.* in quibus ſunt veſtigia verae lectionis, *a judicum perſona.* Atque ita e Mſ. citat Lindenbruchius.

14. *Virgilius.*] Aen. V. 368.

15. *Haec eſt gloria pugilum, gratia funambuli.*] Verba ſupervacua. Primum illa, *Haec eſt* formata videntur e Donati non integrum Virgilii locum laudantis *& cet.* i. e. *& cetera.* reliqua otioſa ſunt. Ut ita credam, faciunt Libri veteres.

16 *Dejecta.*] Lego, *Rejecta.*

17. *Virgil.*] Aen. II. 283. citavit autem Donatus integre: *quibus, Hector, ab oris*
Exſpectate venis?

COMMENTARIUS.

anni 1469. Junt. Ald. Rob. Steph. Ven. cum pluſculis aliis. Qui Studium legunt, in quibus ſunt Gambarellus & Fabrini, maxime Fr. Fabricius, Donati auctoritatem ſequuntur.

Clamor mulierum.] Quare Mulierum? An quod tumultuante multitudine magis ſibi metuerent? Non licebat autem mulieribus intereſſe ludis ſcenicis, niſi maritorum, vel quorum in poteſtate erant, permiſſu. Unde, auctore Valerio Maximo, VI. 3. 12. *P. Sempronius Sophus conjugem repudii nota affecit, nihil aliud, quam ſe ignorante ludos auſam ſpectare.* Auguſtus autem *foeminis ne gladiatores quidem, quos promiſcue ſpectari ſolenne olim erat, niſi ex ſuperiore loco ſpectare conceſſit ſolis.* Suet. Aug. 44.

28. Ante tempus.] Ante Fabulam peractam. Dicimus enim, *Ante tempus*, *in tempore*, *poſt tempus*, pro, citius quam oportet, opportune, ſero.

29. Vete-

Vetere in nova coepi uti conſuetudine,
In experiundo ut eſſem, refero denuo.
Primo actu placeo: quum interea rumor venit,
Datum iri gladiatores: populus convolat:
Tumultuantur, clamant, pugnant de loco:
Ego interea meum non potui tutari locum.

Nunc

DONATI.

29. VETERE IN NOVA.] *Ἀντίθετον* primum. VETERE IN NOVA COEPI UTI CONSUATUDINE.] Niſi *novam Comoediam* intellexeris, non erit [18] aperta ſententia. nam & ſupra dixit, *Nunc haec plane eſt pro nova.* An a *Terentio* NOVA ideo dictum eſt, quia numquam alias excluſus eſt? Et bene VETERE: ut oſtendat, turpe non eſſe, quod & aliis Poëtis ſaepe contigerit.

30. REFERO DENUO.] Aut RE abundat, aut DENUO.

31. PRIMO ACTU PLACEO.] Rationabiliter dixit PRIMO: quia quinque ſunt actus, partes Fabulae. PLACEO.] PLACEO dixit pro eo quod eſt; Fabula placet, aut *Terentius.* Et mire, *Non diu*, inquit, *pependit judicium*, *ſed ſtatim* [19] *placuit:* ut quod ſequitur, non judicio, ſed perturbatione factum ſit. QUUM INTEREA RUMOR VENIT, DATUM IRI GLADIATORES.] Hoc abhorret a noſtra conſuetudine: verumtamen apud antiquos gladiatores in theatro ſpectabantur.

32. DATUM IRI.] DATUM IRI dixit, ut Fabulam commendet: ut & omnia ſpectatori & populo dicantur.

34. NON POTUI TUTARI LOCUM.] Facete repetiit LOCUM.

OBSERV. IN DONAT.

18. *Aperta ſententia.*] Codices veteres: *Apta ſententia.*

19. *Placuit.*] Ita Codices omnes. Videtur tamen legendum, *placui*, quia de ſemet loquitur Prologus.

COMMENTARIUS.

29. VETERE IN NOVA COEPI UTI CONSUETUDINE.] Senſus eſt, coepi in nova hac Terentiana, nimirum Hecyra, uti vetere conſuetudine, qua olim uſus fueram in Caecilianis Comoediis.

30. IN EXPERIUNDO UT ESSEM.] H. e. Ut experirer denuo, an haec Comoedia eſſet placitura. Sic, *Iſtic ſum*, i. e. ſum in auſcultando, infra I. 2. 39. Heaut. V. 2. 30.

31. PRIMO ACTU PLACEO.] Proprie. Cicero de Senect. 19. *Neque enim hiſtrioni, ut placeat, peragenda eſt Fabula, modo, in quocunque fuerit Actu, probetur: neque ſapienti uſque ad* Plaudite *vivendum.*

RUMOR VENIT.] Sic Phaed. V. 5. 11. de novo ſpectaculi genere:

Diſperſus rumor *civitatem concitat.*

32. DATUM IRI.] Proprie de ludis & ſpectaculis.

33. TUMULTUANTUR.] Juntina editio, TUMULTUANT.

PUGNANT DE LOCO.] Quod nimirum in hoc ſpectaculo omnes promiſcue ſederent, quemcunque locum occupaſſent; quum in theatro diſtincta eſſent ſubſellia ordinum. Plaut. Poen. Prol. 19. ſeqq. Sed & *gratuita in circo loca* memorantur Suetonio, Calig. 26. Theophr. Charact. cap. 2. *Περὶ Ἀπονοίας Καὶ μάχεσθαι τοῖς τὸ σύμβολον φέρουσι, καὶ προῖκα θεωρεῖν ἀξιοῦσι.* Mſ. Mark. REPUGNANT DE LOCO.

34. MEUM NON POTUI TUTARI LOCUM.] Cauſam dat Valerius Maximus II. 4. 2. *Quae inchoata quidem ſunt* (theatra) *a Meſſala, & Caſſio Cenſoribus; ceterum auctore P. Scipione Naſica omnem apparatum operis eorum ſubjectum haſtae venire placuit. Atque etiam S. C. cautum eſt, ne quis in urbe propiusve paſſus mille ſubſellia poſuiſſe, ſedensve ludos ſpectare vellet, ut ſcilicet remiſſioni animorum juncta ſtandi virilitas, propria Romanae gentis nota eſſet. per DLVIII. autem annos Senatus populo miſtus ſpectaculo ludorum interfuit.* Poſt theatra muniti coepta, & diſcreta ordinibus loca.

30. AGEN-

Nunc turba nulla eſt: otium, & ſilentium eſt:
Agendi tempus mihi datum eſt: vobis datur
Poteſtas condecorandi ludos ſcenicos.
Nolite ſinere per vos artem muſicam
Recidere ad paucos. facite, ut voſtra auctoritas
Meae auctoritati fautrix, adjutrixque ſit.
Si numquam avare pretium ſtatui arti meae;

Et

DONATI.

35. Nunc turba nulla est.] Ἀνταπόδοσις [20] πρὸς τὸ *tumultuantur*. Turba, id eſt, θόρυβος. Nunc turba nulla est: otium, et silentium est.] *Turbam* retulit ad id quod ſupra dixit, *Clamor mulierum*. Otium, πρὸς τὸ *pugnant*. Silentium, πρὸς τὸ *Clamant*. Nunc turba nulla est: otium, et silentium est.] Quae adhortatio per enumerationem.

36. Agendi tempus mihi datum est.] Ab Aedilibus ſcilicet. Vobis datur potestas condecorandi ludos scenicos.] Quaſi & aliquid agat populus, quum ſpectet.

38. Nolite sinere per vos.] Σχῆμα διανοίας, ῥητορικὴ ἐπίπληξις. Artem musicam.] Oratorie: quaſi non *Terentii* cauſa agatur, ſed artis muſicae.

40. Meae auctoritati.] Quia jam ſenex eſt. Meae auctoritati fautrix, adjutrixque sit.] Qua *Terentium* probo. Et eſt figura ἀναλογία. Vult autem ſe eſſe ejus auctoritatis, ut & populo placere jam debeat, qui ipſi placet.

41. Si numquam avare.] Commendatio ab [21] antedictis, id eſt, a perſonae attributis. Si numquam avare.] A meritis defenſoris argumentum ad laudem Fabulae. Si numquam avare.] Per haec verba *Terentius* vult demonſtrare, quam gravis auctor ſit, qui ſuas Comoedias probet. Sic [22] *Horatius*,

ea quum reſpondere conaris,
Quae gravis Aeſopus, quae doctus Roſcius egit.

OBSERV. IN DONAT.

20. Πρὸς τὸ *tumultuantur*.] Forte rectius, ἀντὶ τοῦ *tumultuantur*. quomodo Rob. Stephanus expreſſit.

21. *Ab antedictis*.] Immo *ab ante actis*. quomodo eſt in Codd. vett.

22. *Horatius*.] Epiſt. II. 1. 81. Legitur autem nunc, *ea cum reprehendere coner*.

COMMENTARIUS.

36. Agendi tempus mihi datum est.] Non placet hic Donatus. Senſus eſt, Quia nunc turba nulla eſt, ſed otium cum ſilentio, opportunum mihi tempus datum eſt, ad Hecyram agendam. Eſt igitur Tempus h. l. καιρὸς, εὐκαιρία, opportunitas. Idem Boeclerus obſervavit.

37. Ludos scenicos.] Intelligit feſtum ludorum publicorum, ſeu Megalenſium, de quibus in titulo hujus Fabulae.

40. Meae auctoritati.] Id vult, ſe non tantum auctorem eſſe, quare pluſculae Caecilii exactae Comoediae reductae fuerint in Scenam, & placuerint, ſed &, niſi per ſpectatorem populum ſleterit, Terentii Hecyra, jam bis fruſtra inchoata, ſe facturum, ut inveteraſcat. Oportet autem inſignis fuerit hiſtrio L. Ambivius Turpio, qui tantum in ſe fiduciae ſumſerit. Unde & Heaut. Prol. 13. idem de ſeſe:

Sed hic actor tantum poterit a facundia,
Quantum ille potuit cogitare commode.

Ubi Mſ. Mark. legit, Sed hic auctor. Guyetus effinxit Meas actoritati, i. e. meae actioni. voce quae vix Plautum decet, nedum Terentium. Eugraphius ita exponit: *Vos Comoedias cum libenter audire coeperitis, erit ſtudium ſcriptoribus maximum. unde mea ad clangendum* (lego cum Boeclero, *ad agendum*) *creſcet auctoritas. ſiquidem multi per me placebunt.*

41. Si numquam avare pretium statui arti meae.] Cauſam adfert, quare auxilium & favorem populi imploret. Eam enim vim habet

Et eum eſſe quaeſtum, in animum induxi, maximum,
Quam maxime ſervire voſtris commodis:
Sinite impetrare me, qui in tutelam meam
Studium ſuum, & ſe in voſtram commiſit fidem,
Ne

DONATI.

42. Et eum esse quaestum, in animum induxi.] Modo non *numquam* ſubauditur: ſed *ſi.* ut ſit, Et ſi eum eſſe, & cetera. Maximum, quam maxime. Inique iniqui.] Παρόμοιον.

43. Quam maxime servire vostris commodis.] Plus dixit Commodis, quam ſi diceret *Voluptatibus.*

44. Sinite impetrare me, qui in tutelam meam.] Ordo eſt, *Sinite impetrare me, ne eum circumventum inique iniqui irrideant, qui in tutelam meam ſtudium ſuum, & ſe in veſtram commiſit fidem.*

COMMENTARIUS.

habet τὸ St. Vide And. I. 5. 57. Intelligit autem ἐπλήριμ, τυτέςι τὰ ὑπὲρ τῦ ἰδεῖν δῶρα. Idem Latinis *Lucar*, Graecis πωλεὶρ dictum, & μιϛθος. Fuiſſe autem Pretium trium obolorum, obſervat Bulengerus ex Chryſoſtomo, Orat. de Statuis. Verba Chryſoſtomi: Ἐντεῦθεν τὸ ἦθος αὐτῆς, πόλεως διαβάλλοντες εἰσὶν οἱ τὰς αὐτῶν φωνὰς τοῖς ἀρχομένοις πωλοῦντες, καὶ τριῶν ὀβολῶν τὴν ἑαυτῶν προδιδόντες ἑαυτοῖς σωτηρίαν. *Inde ſunt ii, qui mores urbis incuſant, qui voces ſuas magiſtratibus vendunt, & ob tres obolos ſuam ipſorum ſalutem negligunt.* Vide ad Heaut. Prol. 48. Plaut. Mil. III. 1. 131.

aequom fuit,
Deos paraviſſe, uno exemplo ne omnes vitam viverent,
Sicuti merci pretium ſtatui, *pro virtute ut veneat.*

Horat. Carm. IV. 8. 11.

carmina poſſumus
Donare, & pretium dicere muneri.

42. In animum induxi, maximum.] Mſſ. quidam & edd. In animum induxi meum.

44. In tutelam meam.] Ad haec ita Eugraphius: *Poëta enim quodammodo auctore commendatus eſt.* Boeclero placebat *Actori.* malim *Actore*, ut ſenſus ſit, Poëtam ſolitum commendari ex actoris facundia & arte.

46. Inique iniqui irrideant.] Solent ita ludere in ſimili vocabulo. Cato Cenſorius, apud Gell. X. 3. *Eane fieri bonis bono genere gnatis boni conſulitis?* Plaut. Amph. Prol. 33.

Juſtam rem & facilem eſſe oratum a vobis volo:
Nam juſte ab juſtis juſtus ſum orator datus.
Nam injuſta ab juſtis impetrare non decet:
Juſta autem ab injuſtis petere, inſipientia 'ſt.

Et I. 1. 122.

Optume optume optumam operam das.

Capt. IV. 1. 7.

Ita hic me amoenitate amoena amoenus oneravit dies.

Cicero pro P. Sext. 27. *Antiochum illum magnum, majores noſtri magna belli contentione terra, marique ſuperatum, intra montem Taurum regnare juſſerunt.*

47. Mea causa.] Sic Cic. Fam. XV. 18. *Te abeſſe*, mea cauſa *moleſte fero*, tua *gaudeo.* Vide Heaut Prol. 41. Cenſeatur autem Mea pro monoſyllaba, nec laborabit verſus, quod exiſtimans Faërnus tollebat hanc.

Causam hanc accipite.] H. e. ſuſcipite. Plaut. Moſtell. V. 2. 23.

accipito *hanc ad te litem.*

Mſſ. quidam, Causam hanc occipite. Ita & in edit. anni 1469. & nonnullis aliis. Proprie autem Patroni & Cauſidici *cauſam accipiunt.*

48. Aliis.] Haec lectio vulgata. Quidam tamen Codices Mſſ. & impreſſi ex veteribus Alias praeferunt. Quomodo etiam in Mſ. Donati Hulſtiano legitur. Ut ſenſus ſit, *Ut Terentio libeat dehinc ſcribere alias fabulas.* Sic ſupra verſu 19.

Deterruiſſem facile, ne alias *ſcriberet.*

Neque enim tam de Poetis aliis, quam de Terentio nunc ſollicitus eſt Ambivius Turpio.

49. Pretio emtas meo.] Quis aſſentiatur Donato, pretium interpretanti *aeſtimationem* L. Ambivii Turpionis, quantum Aediles darent?

Digitized by Google

Ne eum circumventum inique iniqui irrideant.
Mea cauſa, cauſam hanc accipite, & date ſilentium,
Ut libeat ſcribere aliis, mihique ut diſcere
Novas expediat, poſthac pretio emtas meo.

DONATI.

47. Mea causa.] Quaſi Orator, *cauſam* dixit. Mea causa, causam hanc accipite.] Hoc oratorie. ſic enim fit, quum perſona pro perſona ad commendationem affertur. Mea causa, causam.] *Παρονομασία.* Et date silentium.] Quaſi Fabulae ac Poëtae.

48. Ut libeat scribere aliis.] Oratorie ἀπὸ τῆς * ἰCATHOS. Mihique ut discere novas expediat.] Proprie Discere; docet enim Poëta, diſcit ſcenicus.

49. Novas expediat, posthac.] Ab utili argumentatio eſt. Et bene, Ut expediat: tanquam facturus ſit, & ſi non expedierit, dum quaeſtum maximum ſervire populo putat. Pretio emtas meo.] Aeſtimatione a me facta, quantum Aediles darent: & proinde me periclitante, ſi abjecta Fabula, a me pretium, quod Poëtae numeraverint, repetant. Ergo Meo, a me facto, a me ſtatuto. nam quomodo alibi dixit, *Poſtquam Aediles emerunt*. Et bene, ut ſequatur populus judicium ejus, qui aeſtimare vere Fabulas potuerit. Pretio emtas meo.] Ut quidam volunt, periculo.

OBSERV. IN DONAT.

23. Ἀπὸ τῆς * ἰCATHOS.] Lego ex conjectura: Ἀπὸ τῆς ἰσότητος.

COMMENTARIUS.

rent? Si enim Aediles ſemper emerunt Fabulas ab ipſo Poëta, ſi hiſtrio ſemper ſtatuit pretium, quo emerentur, quid neceſſe fuit addere: Pretio emtas meo, quum nunquam aliter fieret? Tum quis *aeſtimationem pretii* ipſum pretium dixerit? Videntur igitur Fabulae aliae ab Aedilibus emtae, aliae ab Hiſtrionibus, atque in his Hecyra. Pareus exiſtimat, Aediles a Poëta; Hiſtriones rurſus ab Aedilibus emiſſe Hecyram. Utcunque, liquet ſaltem, & Hiſtriones quandoque emiſſe Comoedias. Quanquam Daciería ſtat pro Donato, τὸ pretio non tantum *aeſtimatione* explicans, ſed & *periculo*.

Digitized by Google

ACTUS PRIMI

SCENA PRIMA.

PHILOTIS. SYRA.

Ph. PER pol quam paucos reperias meretricibus
Fideles evenire amatores, Syra.
Vel hic Pamphilus jurabat quoties Bacchidi!

Quam

DONATI.

PER POL QUAM PAUCOS REPERIAS MERETRICIBUS FIDELES.] *Novo genere hic utraque πρoτατικὰ πρόσωπα inducuntur. Nam & Philotis & Syra non pertinent ad argumentum Fabulae. Hoc autem maluit Terentius, quam aut per Prologum narraret argumentum, aut θεὸν ἀπὸ μηχανῆς induceret loqui.*

1. PER POL QUAM PAUCOS REPERIAS.] Hae perſonae [1] *Terentii* more extrinſecus aſſumuntur, ut ſic argumenti obſcuritatem ſpectator effugiat. PER POL QUAM PAUCOS.] Animadvertendum eſt in hac Fabula, *Terentium*, bonam meretricem inducturum, ne id contra morem videatur facere, etiam aliam meretricem [2] non malam inducere: ut id exemplis fiat tritius, & uſu veriſimile. PER POL QUAM PAUCOS.] Ordo eſt, POL PERQUAM PAUCOS REPERIAS. Nam PER POL, non eſt Latinum, ſed *κατὰ τμῆσιν* PERQUAM, id eſt, *nimio*. QUAM PAUCOS.] Quidam non PAUCOS, ſed PAUCIS legunt. Sic enim Apollodorus [3] *αλπα* ICHPAS THC rei IONHNC THRAICCI PAγγιbaiωC * REPERIAS.] Aptum verbum ad raritatem. Et ideo non dixit *pauci ſunt*, ſed PAUCOS REPERIAS: quaſi quaerens. Non autem reperitur, niſi quod quaeritur: non quaeritur, niſi quod praeſto non ſit.

2. FIDELES.] Hujuſmodi ſententias Rhetores *διανοίας* vocant. Et mire, non *Eſſe*, ſed EVENIRE dixit: ut non rationis, ſed caſus ſit id, quod rariſſimum eſt. FIDELES.] *Fidi*, in maximis: FIDELES, in minoribus negotiis.

3. VEL HIC PAMPHILUS.] Tranſitus a generali ſententia ad ſpecialem. VEL.] Nunc *veluti*:

OBSERV. IN DONAT.

1. *Terentii more.*] Atqui nuſquam niſi hic extrinſecus inducit Terentius perſonas argumentum narrantes.
2. *Non malam.*] Abr. Wielingius *Non bonam* legit.

3. *Αλπα.*] Legendum ex reſtitutione Tanaq. Fabri: *οὐδέποτ᾽ ἐραστὴς ταῖς ἑταίραισι συνέβη βέβαιος.* *Nunquam amator meretricibus fidelis evenit.*

COMMENTARIUS.

1. PER POL QUAM PAUCOS.] Eleganter per Tmeſin τὸ PER ſeparatur a ſuo adjectivo. Sic And. III. 2. 6. Cicero Att. I. 4. *Quod ad me de Hermathena ſcribis*, per *mibi* gratum *eſt*. Gell. II. 18. *Phaedon Elidenſis ex coborte illa Socratica fuit; Socratique & Platoni* per *fuit* familiaris. Itidem ab adverbio. Plaut. Caſ. II. 6. 18.

Per *pol* ſaepe *peccas.*

4. QUAM SANCTE!] Proprie. Sanctum enim eſt jusjurandum. Infra II. 2. 26. & V. 1. 25. Plaut. Ciſtell. II. 3. 27.

ſancte adjurabat mibi.

Mallet Guyetus: TAM SANCTE. Scilicet, quia ſequitur, UT QUIVIS FACILE POSSET CREDERE.

pro

Quam ſancte! ut quivis facile poſſet credere,
Numquam illa viva ducturum uxorem domum.
Hem! duxit. *Sy.* Ergo propterea te ſedulo
Et moneo, & hortor, ne cujuſquam miſereat:
Quin ſpolies, mutiles, laceres, quemquam nacta ſis.

Ph.

DONATI.

ti: alias conjunctio disjunctiva eſt, alias correptionem ſignificat: ut apud [4] *Ciceronem, Vel optimam Meſſanae vitam.* [5] *Virgilius,*

Carmina vel coelo poſſunt deducere Lunam.

Aut VEL, *ut* modo. JURABAT QUOTIES BACCHIDI! QUAM SANCTE!] Tria ſunt: quod JURABAT, & QUOTIES, & QUAM SANCTE. Quod totum de more amatorum & meretricum dixit, quae jurejurando teneant, quos lege non poſſunt.

4. UT QUIVIS] Non modo Bacchis, quae amica erat.

5. NUMQUAM ILLA VIVA DUCTURUM UXOREM.] Παρένθεσις prima. jurabat numquam illa viva uxorem ducturum.

6. HEM! DUXIT.] Pronuntia ut mirantem oſtendas. HEM! DUXIT.] HEM adverbium demonſtrantis eſt: ut [6] *Hem alter.* ERGO PROPTEREA.] Modo ERGO affectum exprimit reprehendentis, tarde ſibi conſentientem: ſic [7] *Virgilius,*

Ergo age, chare pater, cervici imponere noſtrae.

PROPTEREA TE SEDULO.] SEDULO, inſtanter, & ex animo: vel, ſine dolo.

7. ET MONEO, ET HORTOR.] *Monemus* conſilio, *Hortamur* impulſu. NE CUJUSQUAM MISEREAT.] Deeſt *te.*

8. QUIN SPOLIES, MUTILES, LACERES.] QUIN, pro *quo minus.* Et magna perſuaſio eſt ad maleſaciendum. SPOLIES.] *Spoliare* eſt, non minimam partem auferre. *Mutilare*, aliquid detrahere, ſine quo res eſſe non poſſit. *Lacerare* autem, quum omnino non habeas, [8] quod imminuas. MUTILES, imminuas: unde *mutili* dicti ſunt boves, aut capri, ſine cornibus. nam male, qui a *multa* putant dici. Et inde *Mulciber* Vulcanus, quod ſit mutilatus ac debilis: id eſt, claudus. nam proprie *Mulciber* dictus eſt, quod omnia mulceat, id eſt, molliat ac vincat.

OBSERV. IN DONAT.

4. *Ciceronem.*] An e memoria laudavit locum, qui eſt Verr. IV. 2. *Hujus domus eſt* vel optima Meſſanae.

5. *Virgilius.*] Ecl. VIII. 69.

6. *Hem alter.*] Videtur reſpicere locum Eun. III. 2. 6. *Hem alterum!*

7. *Virgilius.*] Aeneid. II. 707.

8. *Quod imminuas.*] Codices ante Rob. Stephanum, *Quas imminuas.* Videtur autem excidiſſe vox *ultra*, quam agnoſcit Guido Juvenalis. ut ſenſus ſit: *quum omnino non habeas ultra, quas* (partes) *imminuas.*

COMMENTARIUS.

pro quo Codd. quidam, UT QUIS. Verum, major erit emphaſis, ſi intendas & QUOTIES! & QUAM SANCTE!

5. DUCTURUM UXOREM.] Mſ. Bodl. UXOREM DUCTURUM.

6. HEM! DUXIT.] Lolgius, Rivius, Faërnus, & Fr. Fabricius, EN, DUXIT, legunt, fruſtra in partes Donatum vocantes, qui niſi HEM legiſſet, non citaſſet illud, *Hem alterum*, quod petitum ex Eun. III. 2. 6. Variant vero Codd. promiſcue HEM & EN exhibentes, quod poſterius mihi ex τοῦ EM, quod etiamnunc Libri quidam praeferunt, natum videtur.

ERGO PROPTEREA.] Sic Plaut. Trin. III. 3. 27.

Quo pacto ergo igitur?

7. NE CUJUSQUAM MISEREAT.] Mſ. Bodl. NE CUJUSQUAM TE MISEREAT. Ita & edit. anni 1469. Mallet Faërnus, MISEREAS. quomodo Ennius:

Cogebant hoſtes, lacrumantes ut miſererent.

8. SPOLIES, MUTILES, LACERES.] Locus expreſſus ex Plauti Bacchidibus, V. 1. 8.

 Chryſa-

Ph. Utin' eximium neminem habeam? *Sy.* Neminem:
Nam nemo illorum quiſquam, ſcito, ad te venit,
Quin ita paret ſe, abs te ut blanditiis ſuis,
Quam minimo pretio ſuam voluptatem expleat.

Hiſci-

DONATI.

9. Utin' eximium neminem habeam?] Utin' pro *ut ne*. Ἀπόσεφος. Et perſeverat in ἀλληγορίᾳ. Nam *eximia pecora* dicuntur, quae a grege excepta ſunt ad uſus dominorum ſuorum: ut uberius paſcantur. Sed proprie *eximii* ſunt porci majores, qui ad ſacrificandum excepti liberius paſcuntur. Etenim boves, qui ad hoc electi ſunt, *egregii* dicuntur: Et *oves lectae*. ,ut [9] *Virgilius*,

mactant lectas de more bidentes.

Ita & *porci eximii*. Utin' eximium.] Deeſt *Cenſes*: ut ſit, Cenſes ut eximium neminem habeam? vel certe, [10] doces? Utin' eximium.]Separatum ex omnibus. Proprie *eximius porcus* eſt, exemtus a grege, atque ſignatus macula aut nota. Habeam?] Deeſt Cenſes, aut Vis, aut Mones.

10. Nam nemo quisquam.] Παρέλκον tertium. nam abundat Quisquam. Scito, ad te venit.] Bene additum eſt Scito: & moraliter, & acutius pronuntiandum. eſt enim verbum illorum, qui familiares corrigunt.

11. Quin ita paret se.] Hoc verbum Paret, [11] adverſum munificos & ſegnes ſumitur. Ut alibi, *Itane te paraſti, ut ſpes nulla reliqua in te ſiet tibi?* Abs te.] Pro, *ex te*.

12. Suam voluptatem expleat.] Bene expleat, quod contrarium meretrici eſt, amatorem voluptate ſatiari.

OBSERV. IN DONAT.

9. *Virgilius.*] Aeneid. IV. 57.
10. *Doces.*] Libri quidam veteres *mones* legunt, ut mox.
11. *Adverſum munificos & ſegnes.*] Conſtans lectio, ſed ſuſpecta, quia aliter idem Donatus ad Eun. II. 2. 9. ad inhumanitatem referens, quod h. l. ad munificentiam. Su ſpicabar, ſcriptum fuiſſe, *nullificos*, q. d. nullius bonae frugis, cujuſmodi hominem Galli *un faineant* vocant. *Nullificare* dixit Hieronymus Donati diſcipulus, ſed alio ſenſu.

COMMENTARIUS.

Chryſalus me hodie laceravit, *Chryſalus me*
miſerum ſpoliavit.

Turpilius, Pedio: *Quaeſo emittite ac deſerite hanc meretricem, quae te ſemel ut eſt nacta, ſemper ſtuduit perdere, detegere*, ſpoliare, *cppleréque adeo fama atque flagitiis.* Propert. III. 11. 11.

Matrona incedit cenſus induta nepotum,
Et ſpolia opprobrii noſtra per ora trahit.
Nulla eſt poſcendi, nulla eſt reverentia dandi:
Aut, ſi qua eſt, pretio tollitur iſta mora.

Ovid. Heroid. I. 90.

Viſcera noſtra tuae dilaniantur opes.

Cicero pro Coel. 21. *Tune Venerem illam tuam ſpoliatricem* ſpoliare *ornamentis?* Juvenal. Sat. VI. 207.

nullam invenies, quae parcat amanti.
Ardeat ipſa licet, tormentis gaudet amantis,
Et ſpoliis.

Et verſu 230.

Deſperanda tibi ſalva concordia ſocr
Illa docet ſpoliis nudi gaudere mariti.

Phaed. II. 2. 1.

A feminis, utcumque, ſpoliari *viros*,
Ament, amentur, nempe exemplis diſcimus.

Martial. IV. 29. 5.

Sic ſpoliatricem *commendat faſtus amicam.*

Et V. 42. 5.

Diſpenſatorem fallax ſpoliabit *amica.*

Munera ergo amatoribus expreſſa *ſpolia* vocantur. Id Homero χρήματα δαρδάπτειν, κτήματα κείρειν dicitur, Odyſſ. Π. 315. & X. 370. Catull. Carm. LIX.

Caeli, Lesbia noſtra, Lesbia illa,
Illa Lesbia, quam Catullus unam
Plus quam ſe, atque ſuos amavit omnes,
Nunc in quadriviis & angiportis
Glubit *magnanimos Remi nepotes.*

Simile autem praeceptum lenae ad meretricem
eſt

Hiſcine tu, amabo, non contra inſidiabere?
Ph. Tamen pol eandem injurium eſt eſſe omnibus.
Sy. Injurium autem eſt ulciſci adverſarios?
Aut qua via te captent, eadem ipſos capi?

Eheu

DONATI.

13. HISCINE.] Ἐρώτησις. Id eſt, talibus. Et vide ſi pulchra meretrix puella eſt. INSIDIABERE?] *Inſidiari* malum eſt: ſed CONTRA *inſidiari*, juſtum eſt.

14. TAMEN EANDEM POL ESSE OMNIBUS INJURIUM EST.] Idem aliter, & vehementius intulit. nam pêjus eſt EANDEM ESSE OMNIBUS, quam nullum excipere. INJURIUM.] Iniquum. INJURIUM autem indignantis modo ſignificatio eſt: & vim adverbii habet.

15. ULCISCI ADVERSARIOS?] De more AMATORES mutato nomine poſuit. durum enim fuerat, ſi *amatores* diceret.

16. QUA VIA TE CAPTENT.] Qui te captant ſaepe, tu eos vel ſemel cape.

COMMENTARIUS.

eſt apud Propertium, II. 16. 7.

Quare, ſi ſapis, oblatas ne deſere meſſes:
Et ſtolidum pleno vellere carpe pecus.
Deinde, ubi conſumto reſtabit munere pauper,
Dic, alias iterum naviget Illyrias.

QUEMQUAM.] Alii, QUEMQUE. Sic Plaut. Capt. IV. 2. 18. Mſſ. Leidenſium duo & edit. Junt. QUEMQUEM. Sic Plaut. Menaechm. V. 1. 17.

Omnia mala ingerebat, quemquem *adſpexerat.*

Truc. II. 1. 13.

Piaculum eſt, miſereri nos hominum rei male [*gerentum.*
Bonis eſſe oportet dentibus lenam probam: arridere,
Quiſquis *veniat, blandeque alloqui: male corde conſultare,*
Bene loqui lingua. meretricem eſſe ſimilem ſentis condecet,
Quemquem *hominem attigerit, profecto aut malum aut damnum dari.*

Mſ. Traject. QUEMCUNQUE. ita & edit. Anon. aliaeque. prius placet. Cl. Graevius tamen QUEMQUE probat, forte e Mſ. ſuo. Et ſane ita *quandoque* pro *quandocunque* dixit Horatius, Arte 359.

9. HABEAM?] Mſ. Bodl. HABEAM? SYRE? Edit. anni 1469. UT NON EXIMIUM NEMINEM HABEAM? quae vox propria eſt in re ſacra. Vide Feſtum in v. *Eximius.*

10. NEMO ILLORUM QUISQUAM.] Edit. anni 1469. NEMO QUISQUAM ILLORUM.

11. ITA PARET SE.] Sic Eun. II. 2. 9. Mſ. Mark. & Boend. cum Edit. Anon. & 1469. PRAEPARET.

12. SUAM VOLUPTATEM EXPLEAT.] Sic And. I. 2. 17. Proprie autem *voluptas* de συνουσιασμῷ. Plaut. Epid. IV. 1. 29.

tun' is es,
Qui per voluptatem *ſuam in me aerumnam obſeviſti gravem?*

Truc. II. 6. 38.

vim magni doloris per voluptatem *ſuam*
Condidiſti in corpus.

15. INJURIUM AUTEM.] Sic Eun. II. 3. 90. ubi quod h. l. Syra amatoribus, Chaerea meretricibus minatur.

16. TE CAPTENT.] Mſſ. & impreſſi quidam: TE CAPTENT ILLI. Eſt autem locutio tranſlata a gladiatoribus, eorumque diſciplina, quum alter alteri inſidiatur, ad ictum inferendum. quod Plauto familiare. Sic Moſtell. V. 1. 21.

Docte atque aſtute mihi captandum *eſt cum illoc.*

Sed & *captandi* vox JCtis propria, de heredipetis, qui obſervantia & donis colunt divites ſenes & orbos, ita hereditates & legata ambientes. Plin. Lib. VIII. Epiſt. 18. *Falſum eſt nimirum, quod creditur vulgo, teſtamenta hominum ſpeculum eſſe morum: quum Domitius Tullus longe melior apparuerit morte, quam vita. Nam, quum ſe* captandum *praebuiſſet, reliquit filiam heredem, quae illi cum fratre communis, quia genitam fratre adoptaverat.* Martial. VI. 63.

Scis te captari: *ſcis hunc, qui* captat *avarum:*
Et ſcis, qui captat, *quid, Mariane, velit?*

Petron. cap. 116. *Aut* captantur, *aut* captant. Ubi vide Cl. Burm.

Eheu me miſeram! cur non aut iſtaec mihi
Aetas, & forma eſt, aut tibi haec ſententia?

DONATI.

17. Eheu me miseram!] Bene, quia non perſuaſit: ſed affectum doloris expreſſit. Intelligitur enim ex vultu ejus, non eam perſuaſiſſe quod voluit. Eheu me miseram! cur non aut istaec mihi aetas, et forma est.] Ἐμφατικῶς ait, quod reliquum eſt: quia quod volebat, perſuadere non potuit. Et bene istaec aetas, et forma: quia utrumque non habet. Et mire e contrario deſcripta eſt deformitas Lenae, & formam & voluntatem malam gerentis.

18. Aut tibi haec sententia?] Δεικτικῶς, ſimulque oſtendit ſecundum φυσιογνωμικοὺς, difficile deformem reperiri bonam.

COMMENTARIUS.

17. Cur non aut istaec mihi.] Horat. Carm. IV. 10. 7.

Quae mens eſt hodie, cur eadem non puero fuit?
Vel cur his animis incolumes non redeunt genae?

Auſon. Epigr. XIII. 5.

Nunc piget: & quereris, quod non aut iſta voluntas
Tunc fuit: aut non eſt nunc ea forma tibi.

Paulus Aemilius ita reſpondit Naſicae adoleſcenti ipſum monenti, ut praelium committeret, apud Liv. XLIV. 36. *Et ego animum iſtum habui, Naſica, quem tu nunc habes: & quem ego nunc habeo, tu habebis.* De *forma* & *aetate* vide ad And. I. 1. 45. Lucil. Sat. VII.

Qui te diligit, aetati facie*que tuae ſe*
Fautorem oſtendat, fore amicum polliceatur.

ACTUS PRIMI

SCENA SECUNDA.

Parmeno. Philotis. Syra.

Pa. SEnex ſi quaeret me, modo iſſe dicito
Ad portum, percontatum adventum Pamphili.

Au-

DONATI.

Senex si quaeret me, modo isse dicito.] *Hoc ſervus dixit, in Scenam de proſcenio reſpiciens. Duae conjecturae ſunt in hac Scena: an verae ſint nuptiae: & an veriſimile ſit, abſtinere potuiſſe adoleſcentem a virgine ſibi nuptum tradita.*

1. Senex si quaeret me.] Magis expreſſit conſue-

COMMENTARIUS.

1. Senex.] Intelligit Lachetem, Pamphili patrem, herum ſuum.

Si quaeret me.] Horat. Epiſt. I. 8. 3.

Si quaeret, *quid agam? dic multa & pulcra minantem,*
Vivere nec recte, nec ſuaviter.

Codd. quidam: Si quaerat.

2. Ad portum.] De Piraeeo Athenienſium portu vide ad Eun. III. 4. 1.

Adventum Pamphili.] A Lachete patre in Imbrum

Digitized by Google

Audin', quid dicam, Scirte? ſi quaeret me, uti
Tum dicas: ſi non quaeret, nullus dixeris:
Alias ut uti poſſim cauſa hac integra.
Sed videon' ego Philotium? unde haec advenit?
Philotis, ſalve multum. *Ph.* O ſalve, Parmeno.

Sy.

DONATI.

conſuetudinem, dicendo Senex: quam ſi diceret, *Dominus major.* Senex si quaeret me.] Ut ex verbis ſuis tam meretrix, quam lena deſcripta eſt: ita & Parmeno ipſe qualis ſit, oſtenditur ex ſua locutione. Exeundi autem cauſa de argumento ſumitur: quia Pamphilus abſens eſt, & exſpectatur in dies ejus adventus. Senex si quaeret me, modo issa dicito ad portum.] Haec omnia ſubmiſſa & veloci pronunciatione efferenda ſunt. hoc enim deſiderant hujuſmodi verba, utpote & ſervi & feſtinantis.

2. Percontatum adventum Pamphili.] Honeſtam cauſam dixit, id eſt, Pamphili adventum. Et percunctatum, & percontatum ſcribitur. ſed percontatum a *conto* dicitur, quo nautae utuntur ad exploranda loca navibus opportuna. ſi vero percunctatum, ab eo quod a *cunctis* perquiratur, dicitur.

3. Audin', quid dicam, Scirte?] *Audis:* modo, ſentis, intelligis. ut [1] *Virgilius*,

Progeniem ſed enim Trojano a ſanguine duci
Audierat.

Item [2] alibi,

neque audit currus habenas.

Audin', quid dicam, Scirte?] *Audis*, modo pro advertis. Audin', quid dicam, Scirte?] Convenit nomen ſervo puero, *παρὰ τὸ σκιρτᾶν*, quod eſt geſtire & ludere. Scirte?] *Κωφὸν πρόσωπον* inducitur.

4. Nullus.] Pro, *non.*

5. Alias ut uti possim.] Inter alias & *alia*, hoc intereſt: quod alias, alio tempore ſignificat: *alia* aliter, aut per alia. Integra.] Non dicta.

6. Sed videon' ego Philotium?] Mira inventa eſt cauſa narrandi ideo, quia peregre venit meretrix: [3] alioquin ſi Athenis eſſet, omnia ſciret. Sed videon' ego Philotium?] [4] Sic ſolet dubitari, advenientibus ipſis, quos poſt multum temporis intervallum vident. Unde haec advenit?] Cum quodam contemtu ejus, Haec dicit Parmeno.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Virgilius.*] Aen I. 23.
2. *Alibi.*] Virgil. Georg. I. 514.
3. *Alioquin.*] Sana lectio. Edidit tamen Rob. Stephanus: *meretrix alia, quaſi Athenis omnia eſſe ſciret.* nullo ſenſu.
4. *Sic ſolet dubitari.*] Lego ope Codd. veterum: *Sic ſolent dubitare quaſi.*

COMMENTARIUS.

Imbrum miſſi ad petendam hereditatem. Infra verſ. 96. ſeqq. Dixit autem Adventum pro reditu. Sic *Venire* pro redire. Plaut. Curc. III. 67. Pſeud. II. 2. 65.

3. Scirte?] Bona pars Mſſ. cum edd. quibuſdam veteribus, poſt edit. 1469. Syre. Guyetus defendit Scyrthe, quaſi a *σκίρθος, τυφεσιαιος, παῖς, κίναιδος.* In aliis Libris eſt Scyre.

4. Nullus dixeris.] Familiare eſt Plauto Nullus pro, non. unde Chariſius adverbium h. l. vocat. Sed & ita Cicero. Sic And. II. 2. 33.

5. Causa hac integra.] Praetextum intelligit & *πρόφασιν.* Ideo autem Integra, quod nunquam antea uſus ea ſit coram hero. Sic Plaut. Aſin. IV. 1. 44.

Nolo habere illam cauſam, *& votitam dicere.*

H. e. Nolo illam habere hunc praetextum, ut dicat, ſe religione prohibitam.

11. Corin-

Sy. Salve mecaſtor, Parmeno. *Pa.* Et tu aedepol, Syra.
Dic mihi, Philotis, ubi te oblectaſti tam diu?
Ph. Minime equidem me oblectavi, quae cum milite
Corinthum hinc ſum profecta inhumaniſſimo:
Biennium ibi perpetuum miſera illum tuli.
Pa. Aedepol te deſiderium Athenarum arbitror,
Philotium, cepiſſe ſaepe: & te tuum Conſi-

DONATI.

8. SALVE MECASTOR, PARMENO.] Olim ſalutantes addebant jusjurandum, ut hoc ſedulo facere viderentur. ME.] Aut adjectio eſt, & abundat: aut poſitum eſt pro μὰ ſyllaba: ut Graeci μὰ τὸν Ἀπόλλωνα dicunt. ET TU AEDEPOL, SYRA.] Irriſit ad MECASTOR, addendo AEDEPOL. Et quod illa PARMENO, ille hic addidit SYRA. SYRA.] SURA veteres legerunt, U pro Y ponentes: ut *Muſia*, *Suria*.

9. DIC MIHI, PHILOTIS.] Vide licentiam: ſupra PHILOTIUM, hic PHILOTIS dixit. UBI TE OBLECTASTI TAM DIU?] Facete dictum meretrici: non, *Ubi fuiſti?* ſed, UBI TE OBLECTASTI?

10. MINIME EQUIDEM ME OBLECTAVI.] ME, acutius proferendum eſt: & reſpondet πρὸς τὸ TE.

11. CORINTHUM HINC SUM PROFECTA.] HINC magnum oſtendit dolorem habere Philotium, quod relictis Athenis Corinthi habitaverit. CUM MILITE CORINTHUM HINC SUM PROFECTA INHUMANISSIMO.] Multa dixit: & MILITE, & HINC, & INHUMANISSIMO. INHUMANISSIMO.] Quid potuit de milite dici, niſi in ſuperlativo? namque omnis miles inhumanus: hic vero *inhumaniſſimus*. CORINTHUM HINC SUM PROFECTA.] Haec argumenta ſunt, an ſe oblectare potuerit. a perſona, quia miles inhumaniſſimus: a loco, quod HINC PROFECTA: a tempore, quod BIENNIUM: a re, id eſt, ab injuris quam *tulit*.

12. BIENNIUM IBI PERPETUUM.] Ut continuationem ſui caſus oſtenderet, PERPETUUM dixit. MISERA.] Muliebris interpoſitio, τὸ MISERA. ILLUM TULI.] Non, cum illo fui, ſed TULI: adeo non ME OBLECTAVI.

13. DESIDERIUM ATHENARUM.] ſ Quod Corinthum profecta es. ATHENARUM ARBITROR.] Quod dixit HINC, ante πολοικὸν * Athenaium, & ἀμφιβολία TE DESIDERIUM CEPISSE. AEDEPOL TE DESIDERIUM ATHENARUM ARBITROR CEPISSE SAEPE.] Quod CUM MILITE INHUMANISSIMO.

OBSERV. IN DONAT.

5. *Quod Corinthum profecta es.*] Integra haec nota in mendo cubat. Reſtituo ex conjectura: DESIDERIUM ATHENARUM.] *Quod Corinthum profecta es.* ATHENARUM ARBITROR.] *Quod dixit* HINC, *ante μετοίκησιν*. ATHENARUM TE DESIDERIUM CEPISSE.] Ἀμφιβολία. AEDEPOL TE DESIDERIUM ATHENARUM ARBITROR CEPISSE SAEPE.] *Quod cum milite inhumaniſſimo.* Lindenbruchius πολοικὸν edidit, quod una literula propius ad μετοίκησιν accedit.

COMMENTARIUS.

9. DIC MIHI, PHILOTIS.] Curioſe interrogat. Sic Graeci, Εἰπέ μοι. Vide ad And. IV. 1. 44. & Taubmannum ad Virg. Ecl. III. 1.

11. CORINTHUM.] Jam olim ſcortorum numero infamis fuit Corinthus. Vide Lucian. in Ἑταίραις, & Eraſm. Adag.

Non cuivis homini contingit adire Corinthum.

12. TULI.] Sic infra IV. 3, 4. Mſſ. & editi quidam, PERTULI.

14. ET TE TUUM CONSILIUM CONTEMSISSE.] Codices quidam non agnoſcunt TE. Confer And. IV. 3. 18.

18. AGITAREM LIBERE INTER VOS CONVIVIUM.] Heaut. IV. 4. 11. Diſſimulavit hunc locum Cicero, quando Fam. IX. 24. Latinorum CONVIVIUM laudat prae Graecorum συμποσίῳ & συνδείπνῳ. nam & *vivere*, & *victus*, & *victitare* epulis & comeſſationibus affinia ſunt. Sic Eun. V. 9. 44. Plaut. Aſin. V. 1. 7.

hoc

Conſilium contemſiſſe. *Ph.* Non dici poteſt,
Quam cupida eram huc redeundi, abeundi a milite,
Voſque hic videndi, antiqua ut conſuetudine
Agitarem libere inter vos convivium.
Nam illic haud licebat, niſi praefinito loqui,
Quae illi placerent. *Pa.* Haud opinor, commode
Finem ſtatuiſſe orationi militem.

Ph.

DONATI.

15. Consilium contemsisss.] [a] Poenitudine eſſe poſſeſſam.

16. Huc redeundi.] Iterum a loco. Abeundi a milite.] A perſona. Vosque hic videndi.] A re. Radeundi, abeundi, vosque hic videnda.] Oratorie unam rem in tria diviſit, *Huc redeundi*, *Abeundi a milite*, *Voſque hic videndi*: ut diceret, *Huc veniendi*.

18. Agitarem inter vos libere convivium.] Inter *agere* & *agitare* hoc intereſt: quod *Agere*, eſt aliquid vel [b] neceſſarium facere: *Agitare*, voluptarium. Ergo Agitarem, exercerem.

19. Nam illic haud licebat, nisi praefinito loqui.] Legitur & illi: ut ſit circumflexus accentus, & ſignificet illic: ut,

[c] *Illi mea triſtia facta.*

Et abſolutum eſt. Praefinito.] Deeſt tempore, aut quid tale. Nisi praefinito loqui, quae illi placerent.] Duo dixit: & Praefinito, & Quae illi placerent: ut neque quantum velles, neque quod velles, diceres.

20. Haud opinor, commode.] Commode, pro *blande*, & *bene*: ut, *Numquam tam dices commode*.

21. Finem statuisse orationi militem.] Argute Militem: quia quaſi inimicus ſit orationi, quae in pace plurimum poteſt.

OBSERV. IN DONAT.

6. *Poenitudine eſſe poſſeſſam.*] Ita primus, opinor, Rob. Stephanus edidit: quum antea legeretur barbare, *plenitudinem non eſſe poſſeſſam.* Videtur autem ſcripſiſſe Interpres: *Poenituiſſe, ie eſſe profectam.*

7. *Vel neceſſarium.*] Suſpicor, ſcripſiſſe Interpretem, *ſerium vel neceſſarium.*

8. *Illi.*] Virg. Aen. II. 548.

COMMENTARIUS.

hoc agitemus convivium

Vino & ſermone ſuavi.

Mil. II. 2. 10.

Accuratoto, ut ſine talis domi agitent convivium.

19. Praefinito loqui.] Ὡρισμένως. Ut quaſi fines & termini ponerentur, quouſque liceret loqui, quae vellem. Sic in emendo *praefinire* mercedem vel pretium dicimus, quando certa damus mandata. Cic. Fam. VII. 2. Praefiniſti, *quo ne pluris emerem.* Vide ejuſmodi leges amicae *praefinitas* apud Plautum, Aſin. IV. 1.

20. Haud opinor commode finem statuisse orationi militem.] And. I. 1. 124. Jocum captat ſervus ex ambiguitate verborum meretriculae, quaſi illa conqueſta fuiſſet, ſibi quaſi diſcipulae Rhetoris cujuſdam non licuiſſe, niſi ad legem & regulam, ſeu ad amuſſim praeceptorum rhetoricorum loqui; quam regulam non commode praeſcripſerit rudis miles, & ipſe praeceptorum artis oratoriae non ſatis gnarus. Certe *στρατιωτικὴ ἀλογία* de homine nec diſerto nec intelligente uſurpatur. Et *gentem hircoſam centurionum* vocat Perſius, III. 77. Ubi vide Iſ. Caſaub. Unde & *Atticam eloquentiam* quaſi rem inſolitam, quanquam *εἰρωνευόμενος*, in Thraſone laudat Gnatho Eun. V. 9. 63. In MSſ. tamen & editis nonnullis eſt, Orationi tuae. Quod vero Phaedrus Lib. V. Prol. 1. dicit,

Quum deſtinaſſem operis habere terminum,

V V V y v J. Fr.

Ph. Sed quid hoc negoti eſt, modo quae narravit mihi
Hic intus Bacchis? quod ego numquam credidi
Fore, ut hac ille viva poſſet animum inducere
Uxorem habere. *Pa.* Habere autem? *Ph.* Eho tu, an non habet?
Pa. Habet: ſed firmae hae vereor ut ſint nuptiae.
Ph. Ita Di Deaeque faxint, ſi in rem eſt Bacchidis.

Sed

DONATI.

22. Sed quid hoc negoti est?] Hic ad argumentum nunc deſcendit. In Phormione, *Sed quid tu es triſtis?* praelatis ſcilicet allocutionibus, & ſeparatarum & permiſtarum perſonarum: ne jejune ad argumentum veniens, non agere fabulam, ſed narrare videretur. Quid hoc negoti est?] Bene addidit negoti, ut augeret invidiam facti. nam potuit dicere, *Quid hoc eſt?* Sed, ut diximus, ad invidiam & magnitudinem rei, Negoti dixit. Quae narravit mihi.] Quae, qualia ſcilicet, & quanta. [9] Modo quod narravit mihi.] Quae, legendum eſt: ut ſit, qualia & quanta: & hoc is ὑπονοεῖσθαι.

23. Quod ego numquam credidi.] Hoc totum cum invidia pronuntiandum ex animo meretricis, quae facinus indignum nuptias putat.

24. Ut hac ille viva posset.] Mire oſtendit ex eiſdem verbis eandem hanc eſſe, quam ſupra dixit, *Numquam illa viva uxorem ducturum*, Posset animum inducere.] Quaſi in rem duram & immanem.

25. Habere autem?] Oſtendit pronuntiatione, quod prope eſt, ut non habeat.

26. Sed firmae has vereor ut sint nuptias.] Bene pro perſona ſervi, qui vult dominum uxorium eſſe magis, quam amatorem Bacchidis. Sed hae firmae vereor.] Animadverte *Terentium* in nuptiis [10] hoc dictum ſervare, utrum firmas an infirmas dicat nuptias. Ut.] Ne non.

27. Si in rem est Bacchidis.] Bene additum, Si in rem sit Bacchidis: ut oſtenderet, ſe non malignitatis, ſed benevolentiae cauſa, talia vota ſuſcipere. In rem.] Pro, utilitatem: *Ab re*, contra utilitatem.

OBSERV. IN DONAT.

9. Modo quod.] Haec nota non eſt Donati, qui in ſuo Codice Modo quae legit.

10 *Hoc dictum.*] Forte, *Hoc dubium.*

COMMENTARIUS.

J. Fr. Gronovius & Schefferus legunt, *Operi ſtatuere terminum.*

22. Quid hoc negoti est.] Sic Adelph. IV. 5. 73.

25. Eho tu.] Mſſ. quidam & editi non agnoſcunt tu.

26. Firmae nuptiae.] Sic infra 101. Phorm. V. 1. 6.

29. Non est opus prolato.] Sic mox verſu 32. & 78. Adelph. III. 2. 39. & 41. Heaut. V. 2. 41.

31. Ita me Di amabunt.] Haec varie leguntur in Mſſ. & editis: Ita me Di bene amabunt. Ita me Di bene ament. Ita me Di amabunt. Guyetus, Amassint. Expreſſi lectionem Mureti & Rivii.

32. Ut tacita mecum gaudeam.] Taciturnitatis major eſt affectus, teſte Servio ad Virg. Aen. I. 502.

Latonae tacitum pertentant gaudia pectus.

33. Dices commode.] Adparet, Philotium verecunda quadam modeſtia, qualis decet ſexum muliebrem, reſpondiſſe Parmenoni. quidquid enim decenter fit, commode fieri dicitur. Nepos Praefat. *Commode ſaltare.* Niſi, quia

tamne

Sed qui iſtuc credam ita eſſe? dic mihi, Parmeno.
Pa. Non eſt opus prolato: hoc percontarier
Deſiſte. *Ph.* Nempe ea cauſa, ut ne id fiat palam.
Ita me Di amabunt, haud propterea te rogo,
Ut hoc proferam: ſed ut tacita mecum gaudeam.
Pa. Numquam dices tam commode, ut tergum meum
Tuam in fidem committam. *Ph.* Ah! noli, Parmeno.

DONATI.

28. SED QUI ISTUC CREDAM?] Id eſt, *nuptias eſſe infirmas.* SED QUI ISTUC CREDAM, ITA ESSE? DIC MIHI, PARMENO.] Superiore voto excuſavit crimen curioſitatis: jam videtur [11] poſt Bacchidem audire velle.

29. NON EST OPUS PROLATO: HOC PERCONTARIER DESISTE.] Vide quam convenienter Poëta, quum id agat, ut narrantem Parmenonem inducat, tamen multis diverticulis morales facetias internectat. NON EST OPUS PROLATO; HOC PERCONTARIER DESISTE.] Incerta diſtinctio, utrum, PROLATO HOC, an HOC PERCONTARIER.

31. ITA ME DI BENE AMABUNT.] Pro *ament:* ut,

[12] *donec regina ſacerdos*
Marte gravis, geminam partu dabit Ilia prolem.

32. UT HOC PROFERAM.] Prodam, Bacchidi ſcilicet, vel cuilibet. MECUM GAUDEAM.] Mecum, intra me. *Virgil.*

[13] *Haec ſecum.*

33. NUMQUAM DICES TAM COMMODE.] Haec pronuntiatio ejuſmodi eſſe debet, ut ex ea appareat prope delinitum Parmenonem, vix ſe poſſe continere quin narret. NUMQUAM DICES TAM COMMODE.] Quaſi ex parte labefactus eſt: ſic enim loquitur.

34. AH! NOLI, PARMENO.] Artificioſe ſe fingit audire nolle, ut tacitura credatur, ſi audierit: quia curioſitas ſignum eſt loquacitatis. Sic [14] *Horat.*

Percontatorem fugito: nam garrulus idem eſt.

OBSERV. IN DONAT.

11. *Poſt Bacchidem.*] Immo, *propter Bacchidem*, cui favet.
12. *Donec.*] Virg. Aen. I. 271.
13. *Haec ſecum.*] Virg. Aen I. 41.
14. *Horat.*] Epiſt. I. 18. 69.

COMMENTARIUS.

tamen meretrix erat Philotium. COMMODE malis interpretari *blande*, quod facit Donatus ad verſ. 20.

TERGUM.] Vernili oratione utitur, eſt enim, UT TERGUM MEUM TUAM IN FIDEM COMMITTAM, *Ut, ſi tu fidem fallas, ego plectar pendens,* quando TERGUM maxime in diſcrimen veniebat. Heaut. IV. 4. 6. Unde Milphio ſervus apud Plautum, Poen. I. 2. 186.

quaſi oſtreatum tergum *ulceribus geſtito.*

34. AH! NOLI.] Laudat Guyetum Boeclerus, *verbo & clare* explicantem haec verba, quaſi dicat Philotis, ſed *εἰρωνικῶς*, *Noli committere tergum tuum in meam fidem.* Neque Donati artificium ſatis perſpicio; quod laudat Dacieria. Aliter mihi videtur, atque hic ſenſus eſſe verborum Philotii, AH! NOLI *de mea fide, tuo vere tergo ſollicitus eſſe, vel ſaltem id ſimulare.* Hunc enim ſenſum omnino poſtulant, quae continuo ſequuntur: QUASI TU NON MULTO MALIS NARRARE HOC MIHI, QUAM EGO, QUAE PERCONTOR, SCIRE. Παράλληλον eſt illud Luciani, in Lapithis, ubi Licinum narrare quid detrectantem ita alloquitur Philo: Θρύπτῃ ταῦτα, ὦ Λυκῖνε. ἀλλ' ὅτι γε πρὸς ἐμὲ οὕτω ποιεῖν ἐχρῆν. ἀκριβῶς γεγονέναι πολὺ πλέον ἐπιθυμοῦντά σε εἰπεῖν, ἢ ἐμὲ ἀκοῦσαι. Et quae ſequuntur.

Quaſi tu non multo malis narrare hoc mihi,
Quam ego, quae percontor, ſcire. *Pa.* Vera haec praedicat:
Et illud mihi vitium 'ſt maximum. ſi mihi fidem
Das, te tacituram, dicam. *Ph.* Ad ingenium redis.
Fidem do: loquere. *Pa.* Auſculta. *Ph.* Iſtic ſum. *Pa.* Hanc
Bacchidem
Amabat, ut cum maxume, tum Pamphilus,
Quum

DONATI.

35. QUASI NON TU MULTO MALIS.] Deeſt, *Ita dicis:* ut ſit, *Ita dicis quaſi*. Et nunc Philotis non eſt inſtantior, hac calliditate, ut magis ſervum ad dicendum provocet. QUASI NON TU MULTO MALIS NARRARE HOC MIHI.] Ἔλλειψις: deeſt enim, *Ita gravaris dicere*, aut, *Ita negas te eſſe locuturum.*

36. VERA HAEC PRAEDICAT: ET ILLUD MIHI VITIUM 'ST MAXIMUM.] Haec lentius apud ſeſe; illud clare, SI MIHI FIDEM DAS. Etiam alia ſe habere vitia, exceptione ſignificat; in hoc quod dicit, ILLUD MIHI VITIUM 'ST MAXIMUM.

37. ET ILLUD MIHI VITIUM 'ST MAXIMUM.] Servile vitium eſt, tacere non poſſe. SI MIHI FIDEM DAS.] Animadverte, his dilationibus etiam ſpectatorem ſuſpendi, quo libentius audiat. SI MIHI FIDEM DAS.] [15] Fideliter, pro *des*.

38. AD INGENIUM REDIS.] Quia a ſe diſceſſerat, ſi taceret: *Cicero*, *Redit ad ſe*.

39. HANC BACCHIDEM AMABAT, UT CUM MAXUME.] Ejuſmodi eſt haec tota narratio, ut defenſionem adoleſcentis continere videatur; quod meretricem amicam neceſſitate coactus deſeruerit. Miro igitur, unde quaeſtio eſt, inde coepit: AMABAT, inquit, BACCHIDEM. Sic & in ſecundo [16] *Virgilius*, at fortiores Graeci Trojanis,

fracti bello, inquit, *fatiſque repulſi*
Ductores Danaum.

40. BACCHIDEM AMABAT.] Ordo & ſenſus hic eſt, *Hanc Bacchidem tum amabat Pamphilus, ut cum maxume amabat, quum pater, uxorem ut ducat, orare occipit.* Et UT poſitum pro *quemadmodum*. Et *maxume* bis numero ſubauditur. Et CUMMAXUME, una pars orationis eſt: aut CUM MAXUME, pro nimis.

OBSERV. IN DONAT.

15. *Fideliter, pro des.*] Suſpecta lectio. nec a Libris quidquam praeſidii, niſi quod in quibuſdam junctim, *Fideliter prodes*, expreſſum aniam dat cogitandi, ſcriptum fuiſſe *Fideliter ſides.* quod mutatum in *fdes*. Scripſerit igitur Donatus: SI MIHI FIDEM DAS, TE TACITURAM.] *Si fideliter condes.* i. e. continebis.

16. *Virgilius.*] II. 13.

COMMENTARIUS.

36. VERA HAEC PRAEDICAT: ET ILLUD MIHI VITIUM 'ST MAXIMUM.] Haec ſervus ad ſpectatores converſus dicit, quaſi non audiente Philotio.

37. ILLUD MIHI VITIUM 'ST MAXIMUM.] Plaut. Merc. III. 4. 9.

Id illi vitium maximum 'ſt.

Et paſſim alibi.

38. AD INGENIUM REDIS.] H. e. ad naturalem garrulitatem. Feſtivius erit, ſi cum Codicibus quibuſdam legas, AD INGENIUM REDIT. ut itidem ad ſpectatores converſa Philotium haec dicat. q. d. *Dixine, ita eſſe futurum, ut mihi narraret, quae percontor; quoniam continere nihil poteſt.* Adelph. I. 1. 46. Sunt tamen bonae notae Libri, in quibus AD INGENIUM REDI legitur.

39. ISTIC SUM.] Sic Prol. 30. & Heaut. III. 1. 63.

40. UT CUM MAXUME.] De hac locutione vide ad Adelph. IV. 1. 2.

42. HAEC

Digitized by Google

Quum pater, uxorem ut ducat, orare occipit:
Et haec, communia omnium quae ſunt patrum,
Seſe ſenem eſſe, dicere: illum autem unicum:
Praeſidium velle ſe ſenectuti ſuae.
Ille primo ſe negare. ſed poſtquam acrius
Pater inſtat, fecit animi ut incertus foret;
Pudorin', anne amori obſequeretur magis.

Tun-

DONATI.

41. QUUM PATER.] QUUM, modo adverbium eſt temporis, pro *quando.* ORARE OCCEPIT.] [17] Maxima neceſſitas eſt, orans pater.

42. ET HAEC, COMMONIA OMNIUM.] Quid ſi injuſtum eſt, quod orabatur? oſtendit juſtum, & frequentatum, quod dicebat pater.

43. SESE SENEM ESSE, DICERE.] Omnem cauſam adoleſcentis ſenex amputavit, pro ſuo ſenili commodo rogans: potuiſſet enim adoleſcens dicere, *Quam pro me curam geris,* [18] *hanc precor pro me deponas.* SENEM ESSE, DICERE.] Illud poſſet agere amator contra utilitatem ſuam: ſed non poterat filius contra utilitatem patris. Ergo ut cogeret pater, ſuam cauſam interponebat.

44. PRAESIDIUM VELLE SE SENECTUTI SUAE.] PRAESIDIUM SENECTUTIS, ſobolem & ſucceſſorem dicit.

45. ILLE PRIMO SE NEGARE.] Utrum deeſt *dicere?* [19] an, *negare ſe nuptiis?* SED POSTQUAM ACRIUS PATER INSTAT.] Tria dicit, & ACRIUS, & PATER, & INSTAT. SED POSTQUAM ACRIUS PATER INSTAT.] POSTQUAM, inquit, PATER ACRIUS INSTAT, non compulſus eſt Pamphilus, ſed tantum deliberavit. PATER INSTAT.] Major vis eſt quum PATER INSTAT, quam quum rogat.

47. PUDORIN', ANNE AMORI OBSEQUERETUR MAGIS.] Sic oſtendit in utramque partem, ut [20] tantum in animo honeſti adoleſcentis pudor amorem vincere debuiſſet: PUDORIN', ANNE AMORI.] Α'πανόλυθον. non enim praepoſito *utrum* intulit ANNE. PUDORIN', ANNE AMORI.] Latens excuſationis ratio explicata eſt. PUDORI, Patris ſcilicet: AMORI, Meretricis.

OBSERV. IN DONAT.

17. *Maxima neceſſitas eſt, orans pater.*] Vide Comment. ad And. I. 2. 19.

18. *Hanc precor pro me deponas*] Codd. veteres, etiam MSſ. *Hanc precor o. pro me d.* quod valet, *Hanc precor omnem pro me deponas.*

19. *An, negare ſe nuptiis.*] In MS. Boend & edd. vetuſtis eſt, *An negare ſe nuptias.* Unde ſuſpicor ſcripſiſſe Donatum, *An* NEGARE, *ſc. nuptias.* ut ſimul indicet, poſſe & legi apud Terentium, ILLE PRIMO NEGARE. Rob. Stephanus hanc notam omiſit.

20. *Tantum.*] Lego, *Tamen.* pro quo in Codd. vett. eſt, *nihilominus.*

COMMENTARIUS.

42. HAEC, COMMUNIA OMNIUM.] Melior lectio, prae illa quorundam Codicum, HAEC OMNIA OMNIUM.

43. ILLUM AUTEM UNICUM.] MSſ. pluſculi, & edit. anni 1469. ILLUM AUTEM ESSE UNICUM. Ita & Junt.

44. PRAESIDIUM VELLE SE SENECTUTI SUAE.] Scilicet, Πατρὶ γηράσκοντι υἱὸν γίνεσθαι ὅσιον.

46. FECIT.] MSſ. & editi quidam poſt ann. 1469. FACIT, Credo, quod praeſens INSTAT praeceſſit.

47. PUDORIN', ANNE AMORI.] Solent haec ſibi invicem opponi in amantibus. *Pudor* reverentiam filii erga patrem proprie notat. Sic And. I. 5. 26. Adelph. I. 1. 32. Quanquam & latius patet. Cic. Fam. XVI. 9. ad Tironem: *Quum pudori tuo maluiſti obſequi, quam valetudini.* Unde quod h. l. PUDORIN', ANNE AMORI OBSEQUERETUR MAGIS, dubitavit, infra III. 4. 34. decernit,

Nam me parenti potius, quam amori, obſequi
Oportet.

Tundendo, atque odio denique effecit ſenex:
Deſpondit ei gnatam hujus vicini proxumi.
Uſque illud viſum eſt Pamphilo neutiquam grave,
Donec jam in ipſis nuptiis. poſtquam videt
Paratas: nec moram ullam, quin ducat, dari:
Ibi demum ita aegre tulit, ut ipſam Bacchidem,

Si

DONATI.

48. TUNDENDO, ATQUE ODIO.] *Tundere*, eſt ſaepius idem repetere: [21] tranſlatio a fabrorum malleo. ODIO.] Aſſiduitate. Attendends eſt difficultas uniuſcujuſque verbi. TUNDENDO, ATQUE ODIO DENIQUE EFFECIT.] DENIQUE temporis longitudinem ſignificat. *Efficimus* vero, quod cum magno conatu & molimine facimus, vixque per nos finem accipir. TUNDENDO, ATQUE ODIO DENIQUE EFFECIT SENEX.] Mire interpoſuit moras, ad poſtremum confeſſurus uxorem ductam. Primo, inquit, negavit: poſt, deliberavit: ad poſtremum, duxit. Non, inqnit, ipſe: ſed effecit hoc ſenex. Ita mutatione perſonae totam voluntatem adoleſcentis abſolvit. DENIQUE EFFECIT.] Oratorie tempus appoſuit: nam hoc ſignificat DENIQUE. ODIO.] Hoc eſt, inſtantia.

49. DESPONDIT EI GNATAM.] Vide, non hic dici, *Duxit uxorem Pamphilus*: ſed totum ad patrem referri.

50. NEUTIQUAM.] Non nimis.

51. DONEC JAM IN IPSIS NUPTIIS.] Nota locutionem ſenſu magis, quam verbis manifeſtam. DONEC JAM IN IPSIS NUPTIIS.] Deeſt, *Poſitus conſtitutuſve ita doluit, & aegre tulit.* Aut repetere debemus ſic, IN IPSIS *inquam* NUPTIIS. DONEC JAM IN IPSIS NUPTIIS.] In mentione nnptiarum effervеſcit animus amatoris.

52. NEC MORAM ULLAM, QUIN DUCAT, DARI.] Ubi nec aliquam dieculam, vel dilationem videt ad nuptias. QUIN.] Quo minus.

53. IBI DEMUM.] Denique, poſtremo. Et mire additum eſt IBI: quia male pendebat, IN IPSIS NUPTIIS. Et ſic eſt, quaſi dixiſſet, IN IPSIS *inquam* NUPTIIS. DEMUM ITA AEGRE TULIT, UT IPSAM BACCHIDEM, SI ADESSET, CREDO, IBI EJUS COMMISERESCERET.] Hoc ὑπερβολικῶς. ut [22] *Virgilius*,

Vel Priamo miſeranda manus.

UT IPSAM BACCHIDEM.] Quae nunc accuſatrix eſt. Et eſt argumentum ab animo. AEGRE TULIT.] Idem [23] Virgilius,

quis talia fando,
Myrmidonum, Dolopumve, aut duri miles Ulyſſei,
Temperet a lacrymis?

OBSERV. IN DONAT.

21. *Tranſlatio a fabrorum malleo.*] Vide ad And. II. 2. 11. 22. *Virgilius.*] Aen. XI. 259. 23. *Virgilius.*] Aen. II. 6.

COMMENTARIUS.

Ovid. Metam. I. 618.

pudor *eſt, qui ſuadeat illinc;*
Hinc diſſuadet amor. *victus pudor eſſet amore.*

Edit. Junt. & anni 1469. PUDORI ANNE AMORI.

48. TUNDENDO, ATQUE ODIO.] Ἓν διὰ δυοῖν, pro, odioſe tundendo, & inſtando. Plaut. Poen. I. 3. 25. *pergin' aures* tundere? Suet. Veſp. 2. *Ea demum* extudit, *magis convicio quam precibus vel auctoritate.* Guyetus tres hoſce verſus damnat.

49. HUJUS VICINI PROXUMI.] Δεικτικῶς haec pronunciat, Phidippi aedes indigitans.

51. DONEC JAM IN IPSIS NUPTIIS.] Diſtinctionem maximam poſui poſt haec verba. ſubauditur

Si adeſſet, credo, ibi ejus commiſereſceret.
Ubicumque datum erat ſpatium ſolitudinis,
Ut colloqui mecum una poſſet: Parmeno,
Perii! quid ego egi? in quod me conjeci malum?
Non potero hoc ferre, Parmeno. perii miſer!
Ph. At te Di, Deaeque perduint, cum iſtoc odio! Laches.
Pa. Ut ad pauca redeam, uxorem deducit domum.

Nocte

DONATI.

54. CREDO, IBI.] IBI, pro *Tum.*

56. UT COLLOQUI MECUM UNA POSSET.] *Παρέλκον* tertium. Et argumentum a perſona, quod ait, MECUM. PARMENO, PERII!] Argumentum a dictis: quod ait, PARMENO, PERII! PARMENO.] Moraliter, & antonomaſiace nomen repetit. Et ſignificanter fecit, non addendo *Dicebat*, & in *μιμητικὸν* a *διηγηματικῷ* tranſeundo. Et mire interpoſuit nomen, ut affectum doloris oſtenderet. Sic [24] *Virgilius*:

Anna, fatebor enim.

58. PARMENO.] Ἐν ἤθει repetit nomen.

59. AT TE DI, DEAEQUE PERDUINT.] Obtinuit & perſuaſit ſervus. nam jam meretrix ſeni iraſcitur, non Pamphilo. CUM ISTOC ODIO.] Cum inſtantia ac moleſtia.

60. UT AD PAUCA REDEAM.] Tanquam multa ſint, quae de Pamphili amore dici poſſint.

Ut

OBSERV. IN DONAT.

24. *Virgilius.*] Aen. IV. 20.

COMMENTARIUS.

auditur autem, *viſum illud eſt graviſſimum.* Sic Virg. Aen. II. 100.

donec Calchante miniſtro.

Dixit vero IN IPSIS NUPTIIS, pro, ipſo nuptiarum die, ſeu deductione ſponſae jamjam futura; vel, ſi mavis, Parmenonis verbis, POSTQUAM VIDET PARATAS: NEC MORAM ULLAM, QUIN DUCAT, DARI. Fere eodem ſenſu, quo Nepos Milt. 7. *Quum jam* in eo *eſſet, ut oppido poteretur.*

POSTQUAM VIDET PARATAS.] Sic And. II 2. 4.

53. UT IPSAM BACCHIDEM, SI ADESSET, CREDO, IBI EJUS COMMISERESCERET.] Emphaſis omnis eſt in nomine Bacchidis, quia diſciplina eſt meretricibus, *ne cujuſquam miſereat.* Supra I. 1. 7. Simile loquendi genus eſt apud Pacuvium, Duloreſte:

Si Priamus adeſſet, & ipſe ejus commiſereſceret.

Quae verba imitatus Terentius. Sed & Virgilius Donato laudatus.

55. SPATIUM SOLITUDINIS.] Facultas habendi me ſolum. Sic infra III. 3. 14.

57. PERII! QUID EGO EGI?] Sic Eun. II. 3. 86. Heaut. IV. 1. 18. Eſt autem h. l. *μίμησις* verborum Pamphili.

58. NON POTERO HOC FERRE.] Modeſtior alter Pamphilus, And. V. 3. 27.

Vis me uxorem ducere? hanc vis amittere? ut potero, feram.

59. DI, DEAEQUE.] In Mſſ. & edd. aliis eſt, DI DEAEQUE OMNES. Elegantiam & artificium aperit Donatus. quo magis inficete Guyetus verſum hunc expungit.

PERDUINT.] Editio anni 1469. PERDANT.

CUM ISTOC ODIO.] Cum tua odioſa & moleſta inſtantia. Vide Adelph. IV. 6. 1. Mſ. Bodl. CUM ISTOC DOLO.

60. UT AD PAUCA REDEAM.] Sic Phorm. IV. 3. 43.

UXOREM DEDUCIT DOMUM.] Adelph. IV. 5. 60. Plaut. Caſin. II. 8. 36.

Sine prius deduci.

61. NOCTE

Nocte illa prima virginem non attigit.
Quae conſecuta eſt nox, eam nihilo magis.
Ph. Quid ais! cum virgine una adoleſcens cubuerit
Plus potus, illa ſe abſtinere ut potuerit?
Non veriſimile dicis: nec verum arbitror.
Pa.

DONATI.

Ut ad pauca rsdeam.] Praeceptum oratorinm in longa narratione, pro veritatis inquiſitione. reddit enim auditorem [25] acriorem, quem ſpes finis recipit ſatigatum. Uxorem deducit domum.] *Uxor* dicitur, vel ab ungendis poſtibus, & figenda lana: id eſt, quod quum puellae nuberent, maritorum poſtes ungebant, ibique lanam figebant. vel quod lotos maritos ipſae ungebant. cujus rei teſtis *Ennius:*

Exin Tarquinium bona foemina lavit & unxit.

61. Nocte illa prima.] Pronuntiandum acutius, Illa prima: quaſi dicat, plena deſiderii, plena cupiditatis. Similiter addidit, Virgsnem. Et expreſſe, Non attigit nocte illa prima. Quaſi dicat, plena amoris & plena dulcedinis: ut mirum ſit quod infertur, *Non tactam virginem.* Et hic argumentum eſt, quanta fecerit Pamphilus erga amicam ſuam. Virginem non attigit.] Virginem ἔμφασις eſt: quamvis non amatam, virginem tamen. Et non dixit, non amplexus eſt: ſed, *Ne attigit quidem.*

62. Quae conſecuta est nox.] Eam primam noctem ſcilicet. Nihilo magis.] Quaſi in nihilo poſſit eſſe magis ant minus. Et Nihilo magis, aſſeverationis eſt.

63. Quid ais! cum virgine una.] Invenitur [26] quaſi interjectio una, id eſt, ſimul uno loco. Cum virgins.] A perſona. Una.] A loco. Adolescens.] A perſona. Cubuerit.] Ab habitu & occaſione. Cum virgine una adolescens cuausrit.] Argumenta in conjecturam neceſſario poſita: quibus *Terentius* ex utraque parte diſputans, τὸ ἀπίθανον purgat, ne quis illum ſtulte haec poſuiſſe judicaret. [27] Haec enim meretrix tarde credit argumentis, ne a Parmenone vincatur. Hinc eſt quod ait [28] *Horat.*

Vincere Caecilius gravitate, Terentius arte.

64. Plus potus.] Ab impulſione, & ex accidentibus.

65. Non verisimile dicis.] Αὔξησις perveiſa:. prius eſt enim verum, deinde verisimile. Sed ideo ſic dicit, quia eſt ſaepe non verisimile, verum tamen: ut, Decios pro alieno commodo mori voluiſſe. Non verisimile dicis.] Hoc jam plus eſt, tantum eum amaſſe Bacchidem, quantum non poſſit credi.

OBSERV. IN DONAT.

25. *Acriorem.*] Forte, *Alacriorem.* Et mox, *reficit fatigatum.*
26. *Quaſi interjectio*] Codd. ante Rob. Stephanum: *Quaſi ſemper in Terentio.* Videtur autem expreſſiſſe Graecorum ὡς ἐπὶ πολύ.
27. *Haec.*] Ante Rob. Stephanum rectius legebatur: *Hoc,* i. e. ideo, ea arte.
28. *Horatius.*] Epiſt. II. 1. 59.

COMMENTARIUS.

61. Nocte illa prima virginem non attigit.] Ita fere Homerus de Ulyſſe, Odyſſ. E. 154.

Ἀλλ' ἦτοι νύκτας μὲν ἰαύεσκεν καὶ ἀνάγκῃ
Ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι παρ' οὐκ ἐθέλων ἐθελούσῃ·
Ἤματα δ' ἐν πέτρῃσι καὶ ἠϊόνεσσι καθίζων,
Δάκρυσι καὶ στοναχῇσι καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἐρέχθων.

Sed certe nocte quidem dormiebat quidem coactus
In ſpelunca cava, nolens apud volentem:
Die vero in petris & littoribus ſedens
Lacrumis & gemitibus & doloribus animum macerans.

Quo reſpexiſſe Terentium credebat Eraſmus. Sed & in veteri Comoedia credibile eſt ſimile quid fictum fuiſſe.

63. Cum virgine una adolescens cubuerit.] Adelph. V. 3. 65. Plaut. Amph. II. 2. 103.

Iumo mecum coenaviſti, & mecum cubuiſti.
Curc.

Pa. Credo ita videri tibi: nam nemo ad te venit,
Niſi cupiens tui: ille invitus illam duxerat.
Ph. Quid deinde fit? *Pa.* Diebus ſane pauculis
Poſt, Pamphilus me ſolum ſeducit foras:
Narratque, ut virgo ab ſe integra etiam tum ſiet:
Seque

DONATI.

66. Credo ita videri tibi: nam nemo ad te venit.] Magno compendio uſus eſt, non oſtendens cur hoc falſum ſit, quod putet meretrix: ſed cur hoc putet. Ita ex ejus perſona totum refellitur, quod objicit.

67. Ille invitus.] Invitus dicendo, quaſi admonet iterum iterumque. ut [29] *Virgilius*,

Italiam non ſponte ſequor.

68. Quid deinde fit?] Interponitur perſona ad exitum feſtinans: ut alibi, [30] *Quam metui, quorſum evaderes.* Diebus sane pauculis post.] Hic exitus eſt.

69. Pamphilus me solum seducit foras.] Ne teſtis quiſquam & arbiter ſecretorum interveniat. Me solum seducit foras.] Familiaris in ſervo jactantia, de dominorum familiaritate. ſimul quia decens eſt, ut per eum, quid geſtum ſit, ſpectatores ſciant.

70. Narratque, ut virgo ab se integra etiam tum siet.] Hoc eſt illud quod ſupra dixerat, *Nocte illa prima virginem non attigit.*

OBSERV. IN DONAT.

29. *Virgilius.*] Aen. IV. 361.

30. *Quam metui, quorſum evaderes.*] E memoria laudavit verba Soſiae, And. I. 1. 100. Quam timeo, quorsum evadas!

COMMENTARIUS.

Curc. I. 1. 57.

At illa eſt pudica, neque dum cubitat cum viris.

Codd. quidam, Concubuerit. Mſ. Boend. Concubuerit adolescens. Ita & edit. Anon.

64. Plus potus.] Sic Heaut. II. 1. 8. Plaut. Amph. I. 1. 126.

Credo edepol equidem dormire ſolem, atque adpotum probe.

Curc. II. 3. 75.

Poſtquam coenati atque adpoti, *talos poſcit ſibi in manum.*

Rud. II. 7. 8.

Vel ego amare utramvis poſſim, ſi probe adpotus *ſiem.*

Eſt autem potus h. l. πεπωκώς.

Illa se abstinere.] Sic infra III. 3. 51. Caeteroquin *abſtinentia* & *continentia* ita differunt, ut illa notet virtutem, qua quis habens occaſionem locupletandi ſe ex publico, vel de alieno, ea tamen non utitur contra jus & fas. Unde paſſim potentibus tribuitur. Suet. Caeſ. 54. Oth. 3. Domit. 9. & 10. Haec vero, qua quis continet ſuos affectus in amoribus & libidine. Verſum hunc ita laudat Priſcianus Inſtit. Grammat. Lib. IX. Aſſentiuntur Bembus, Rivius, Georg. & Fr. Fabricii. Turpilius, Pedio:

Ut ille hae ſeſe abſtineret, *ego ſuperſederem nuptiis.*

65. Nec verum.] Mſſ. quidam & editi poſt ann. 1469. Neque verum.

68. Deinde.] Mſſ. quidam & editi, Inde.

69. Me solum seducit foras.] Naevius, Praecone:

Ergo dedita opera te, pater, ſolum foras
Seduxi.

Haec propria & vera *ſeducendi* notio. Plaut. Aſin. II. 2. 95.

Nam me hodie ſenex ſeduxit *ſolum, ſeorſum ab aedibus.*

Curc. II. 3. 60.

Prehendit dextram, ſeducit.

Phaed. III. 10. 11. Seductus *in ſecretum.*

70. Virgo ab se integra.] Plaut. Curc. I. 1. 51.

Seque ante, quam eam uxorem duxiſſet domum,
Speraſſe, eas tolerare poſſe nuptias:
Sed quam decrerim me non poſſe diutius
Habere, eam ludibrio haberi, Parmeno,
Quin integram itidem reddam, ut accepi ab ſuis,
Neque honeſtum mihi, neque utile ipſi virgini eſt.
Ph. Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili.
Pa. Hoc ego proferre, incommodum mihi eſſe arbitror:
Reddi-

DONATI.

71. SEQUE ANTE, QUAM EAM UXOREM DUXISSET DOMUM.] Bonus color purgationis: diceretur enim, Quare, ſi illam odio habebat, ducebat uxorem?

72. TOLERARE POSSE.] TOLERARE, verbum eſt male patientis.

73. QUAM DECRERIM ME NON POSSE DIUTIUS HABERE.] Ἀποστροφὴ καὶ ἠθοποιΐα, [31] ἀπὸ διηγήματος εἰς μιμητικόν. DECRERIM.] Statuerim & defixerim.

74. EAM LUDIBRIO HABERI.] Honeſto verbo & pudoris pleno uſus eſt: & nove pro *vitiari.*

75. QUIN.] Quo minus. INTEGRAM.] Id eſt, honeſtam. non enim dixit, Spoliatam virginem aut mulierem. UT ACCEPI A SUIS.] [32] Vigilanter quidem INTEGRAM ſpecificat: id eſt, talem, qualem accepi a ſuis: potuit enim vitiatam accepiſſe, ut ſaepe evenit. Ergo non abundat, UT ACCEPI A SUIS, ſed habet ſignificationem.

77. PIUM AC PUDICUM INGENIUM NARRAS PAMPHILI.] Erga meretricem PIUM, PUDICUM erga virginem. Cogitur PIUM dicere Pamphilum, quem perjurum putabat. PIUM ET PUDICUM INGENIUM NARRAS PAMPHILI.] An ſimul erga virginem & PIUM & PUDICUM? an PIUM erga meretricem, PUDICUM erga virginem?

78. HOC EGO PROFERRE.] Verba Pamphili ſunt: non ut quidam putant, ad perſonam Parmenonis referentes. HOC EGO PROFERRE.] Amorem ſcilicet meretricis.

OBSERV. IN DONAT.

31. *Ἀπὸ διηγήματος εἰς μιμητικόν.*] Rob. Stephanus, *ἀπομνημονεύματος.*

32. *Vigilanter quidem* INTEGRAM *ſpecificat.*] Mſſ. & edd. veteres, *Vigilanter quod eſt* INTEGRAM *ſignificat.*

COMMENTARIUS.

Tam a me pudica eſt, *quaſi ſoror mea ſit: niſi*
Si eſt oſculando quippiam impudicior.

Eandem Lucilius *ſignatam virginem* dixit, quaſi illaeſam, inviolatam.

71. SEQUE.] Codices quidam praeferunt, SED.

72. TOLERARE.] Mſ. Lipſ. TOLLERE.

73. SED QUAM DECRERIM.] Quatuor hi verſus mimeſin verborum Pamphili continent; ex ejus enim perſona loquitur ſervus. In Codd. quibuſdam eſt DECREVERIM.

74. EAM LUDIBRIO HABERE.] Ejus pudori illudere vitio. Bene explicat Donatus. Editio Juntina: EAM LUDIBRIO NOLO HABERI. Idem Graecis eſt ἐντρυφᾶν, ὑβρίζειν, ἐμπαίζειν, καταπαίζειν. Sic Geneſ. XXXIX. 14. לצחק בנו οἱ ό reddiderunt. ἐμπαίζειν ἡμῖν. Vulg. *Ut illuderet nobis.* Et Judic. XIX. 25. ויתעללו - בה quod proprie eſt, *Et vim intulerunt illi*, verterunt, καὶ ἐνέπαιζον ἐν αὐτῇ. Sed Vulg. *Qua cum abuſi eſſent.* Sic Noſter, Phorm. II. 3. 66. Et Latini paſſim turpitudinis ſenſu *Ludibrio habere, illudere, ludificari, feminarum capitibus illudere*, dixerunt. Citat Guyetus in ἀνεκδότοις verba Pauli Jur. I. Si quis. *Si quis ſervum meum, vel filium meum* ludibrio habeat, *licet conſentientem, tamen ego injuriam videor accipere.*

76. NEQUE HONESTUM MIHI.] Decens, decorum.

Reddi patri autem, cui tu nihil dicas vitii,
Superbum eſt: ſed illam ſpero, ubi hoc cognoverit,
Non poſſe ſe mecum eſſe, abituram denique.
Ph. Quid interea? ibatne ad Bacchidem? *Pa.* Cotidie.
Sed, ut fit, poſtquam hunc alienum ab ſeſe videt,
Maligna multo, & magis procax facta ilico eſt.
Ph. Non aedepol mirum. *Pa.* Atqui ea res multo maxime
Disjunxit illum ab illa: poſtquam & ipſe ſe,
Et illam, & hanc, quae domi erat, cognovit ſatis,

Ad

DONATI.

79. Cui nihil dicas vitii.] Nunc Vitii, culpae uxoriae.

81. Abituram denique.] Denique, moram ſignificat, & poſtremam tarditatem. itaque poſtremo, vel ſero abituram indicat.

82. Quid interea?] Exultantis eſt, & geſtientis audire. Interea.] Inter eos dies.

83. Postquam hunc alienum ab sese videt.] Pro *Alienatum* dixit. ut in Phormione, *Quid? ego vobis, Geta, alienus ſum?* Nam quomodo Alienum, ſi amabat, dixiſſet? Postquam hunc alienum.] Oratorie, [33] non jam Bacchidem excuſat, quam a veriſimili cauſa vult inducere, quod ipſa ſit in Pamphilum durior. Alienum ab sese videt.] Id eſt, maritum: nam hoc nomen a meretricibus alienum eſt.

84. Maligna multo.] Maligna, difficilis [34] ac ſuperba. *Malignus* eſt, qui difficultatem ſui oſtendit. Procax.] Diſpoliatrix & petax. [35] *Procare* enim, eſt petere. [36] *Virgil.*

procacibus auſtris.

id eſt, impudentibus. nam qui multum petit, impudens eſt & procax. Unde & *Proci* dicti ſunt, qui filias alienas in matrimonium petierunt.

85. Non aedepol mirum.] Obtinuit quod volebat Parmeno. nam credidit Philotis injuriam factam Pamphilo. Atqui ea res multo maxime.] Opportune concitatius Pamphilum defendit Parmeno, poſtquam Philotis inducta eſt, ut fateretur injuriam factam. Atqui ea res.] Atqui, immo. Legitur & Atque.

87. Et illam.] Meretricem malam. Et hanc, quae domi erat.] Uxorem modeſtam. Et illam, et hanc, quae domi erat.] Illam, quae meretrix eſſet: Hanc, id eſt, uxorem. Cognovit.] Diligentius & attentius conſideravit. nam *Cognoſcere*, eſt diligenter & attente conſiderare. Cognovit satis.] Bene satis, ex ipſius moribus, & ex meretricis.

OBSERV. IN DONAT.

33. *Non jam Bacchidem excuſat.*] Forte, *Non tam Bacchidem accuſat.*

34. *Ac ſuperba.*] Voces hae utut videntur a Donato profectae, in nullo tamen Codicum, quos conſului, comparent.

35. *Procare enim, eſt petere.*] Vide ad Heaut. II. 1. 15.

36. *Virgil.*] Aen. I. 536.

COMMENTARIUS.

rum. And. I. 1. 114. Hec. III. 3. 43.

78. Hoc ego proferre.] Pergit narrare verba Pamphili.

Incommodum mihi.] Ob rumorem ſiniſtrum, & iram patris. Intelligit autem amorem meretricis, ſeu potius repudium virginis, ob amorem meretricis.

79. Cui tu nihil.] Quidam Codices non agnoſcunt Tu. Senſus autem eſt, Quam nullius vitii inſimules. Plaut. Aſin. V. 2. 48.

ſaxo, ut ſcias,
Quid pericli ſit, dotatae uxori vitium dicere.

Sic in gloſſis Philoxeni, Καταγινώσκω τῦ κλέπτω, *Vitium furi dico*, eſt, furti inſimulo.

84. Maligna.] Praeparatio Poetae ad mores Bacchidis inſinuandos, & ad jurisjurandi praeſta-

Ad exemplum ambarum mores earum exiſtimans.
Haec, ita uti liberali eſſe ingenio decet,
Pudens, modeſta: incommoda, atque injurias
Viri omnes ferre, & tegere contumelias.
Hic, animus partim uxoris miſericordia
Devin-

DONATI.

88. Ad exemplum.] Quaſi ad imaginem, & collationem, & ſpeciem comparationis. Existimans.] Intelligens.

89. Hasc, ita uti liberali esse ingenio decet.] Qualitas comparativa.

90. Pudens, modesta.] Haec contra vitia meretricia poluit. Pudens haec, illa procax: Modesta haec, illa maligna. reliqua vero ſuperadduntur, [37] ornamenta uxoris, matronaeque laudes. Incommoda, atque injurias.] Callide, laudata uxore non repetit vitia meretricis apud meretricem: & ſimul contentus de uxoris laudibus, vitia meretricis intelligit. Incommoda, atque injurias viri omnes ferre.] Figura ἔλλειψις.

91. Tegere.] Hoc plus eſt, quam ferre. Et Tegere, quod meretricem amaret. Et plus dixit Tegere, quam celare. Tegere enim ad hoc dixit: ut non ſolum cuiquam non ediceret, ſed & ne quis ſciret.

92. Hic, animus.] [38] Oratorie dixit. non enim Pamphilum dixit: ſed *animum* Pamphili. Hic, animus.] Hic pro *Tum.* [39] *Virgilius,*

Hic annis gravis, atque animi maturus Aletes.

Uxoris misericordia.] Ἀμφιβολία. Uxoris misericordia.] Recte, quia ex miſericordia amor naſcitur. Sic & in Phormione, *Miſeritum eſt. Virgo ipſa facie egregia.* [40] *Virgilius,*

heu, quibus ille

Jactatus fatis!

OBSERV. IN DONAT.

37. *Ornamenta uxoris.*] Codd. veteres: *Ornamento uxoria.*

38. *Oratorie dixit.*] Videtur τὸ *dixit* abeſſe debere; quia continuo ſequitur.

39. *Virgilius.*] Aen. IX. 246.

40. *Virgilius.*] Aen. IV. 13.

COMMENTARIUS.

praeſtationem, quam facit in fine Comoediae.

88. Ad exemplum ambarum mores earum existimans.] Metrum Aestimans poſcit. Et ſolent haec verba paſſim inter ſe commutari. Guyetus verſum hunc expungit. Eſt autem locutio elegans, licet rarior. q. d. Mores utriuſque ex comparatione mutua aeſtimans, & de utriſque ex hac comparatione judicans. Neque artificio caret, quod Philumena laudata a liberali ingenio, pudore, modeſtia, & patientia, de Bacchide tacet, ſic tacite eam vituperans; ne inviſum eſſet, meretricem coram meretrice inſectari.

91. Tegere contumelias.] Sic infra III. 3. 28.

92. Hic.] Eleganter, pro, *Tunc.* Phaed. I. 11. 5.

hic *auritulus*
Clamorem ſubito totis tollis viribus.

Et V. 10. 6. hic *tum venator dolens*
Canem objurgabat.

Valer. Max. I. 7. 1. exter. Hic *dux: Italiae Vides, inquit, vaſtitatem.* Curt. IV. 4. 1. Hic *rex fatigatus, ſtatuerat ſoluta obſidione Aegyptum petere.*

93. Devinctus.] Mſſ. & veteres quidam impreſſi, poſt ann. 1469. & Anon. Devictus. Et ita praefert Codex Mſ. Donati Hulſlianus. In duobus Mſſ. Leidenſibus τῷ Devictus litera N ſupraſcripta.

Injuriis.] Libri quidam Mſſ. & impreſſi, Injuria praeferunt; in quibus edit. anni 1469. Et laudat ὁμοιόπτωτον Fr. Fabricius. Intelliguntur autem injuriae Pamphilo a Bacchide ortae.

94. Elapsus est Bacchidi.] Subduxit ſe Bacchi-

Devinctus, partim victus hujus injuriis,
Paullatim elapſu' eſt Bacchidi: atque huc tranſtulit
Amorem, poſtquam par ingenium nactus eſt.
Interea in Imbro moritur cognatus ſenex
Horunc. ea ad hos redibat lege hereditas.

Eo

DONATI.

93. Devinctus, partim victus.] De proximo repetivit παρόμοιον, Devinctus, victus. Partim victus hujusce injuriis.] Qualitas relativa.

94. Paullatim elapsus.] Adeo eſt tardus amor Pamphili & magnus, ut etiam poſt injurias difficile diſcedat. Elapsus.] Animus, non Pamphilus.

95. Postquam par ingenium nactus est.] An ſibi par? an abſolute bonum? ut dicimus, *Sic par eſt facere te.* Ergo aut ſibi par, aut uxori: id eſt, liberali foeminae. Par ingenium nactus est.] Par ingenium, eandem voluntatem. [41] *Salluſtius, Quos eadem odiſſe, & eadem metuere in unum coëgit.* Idem [42] alibi; *Nam idem velle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia eſt.*

96. Interea in Imbro moritur cognatus senex.] Bene cauſa abitionis Pamphili narratur. Moritur cognatus senex.] Bene, quod ait Senex: nam acerbum funus non conveniebat Fabulae. In Comoedia itaque apud *Terentium*, aut [43] meretrix moleſta, aut [44] ex duabus una uxor moritur, aut ſenex. Ita ex hujuſmodi mortibus, vel incommodum vitatur, vel lucrum inſuper naſcitur, ut non fit cauſa lugendi.

97. Horum.] Maluit Horum, quam *Dominorum*, dicere. Ad hos redibat lege hereditas.] Verbo juris uſus eſt: ea enim legitima eſt hereditas, quae familiae debebatur.

OBSERV. IN DONAT.

41. *Salluſtius*] Jugurth. 31. legitur nunc: *Quos omnes eadem cupere, eadem odiſſe, eadem metuere in unum coegit.*
42. *Alibi.*] Bello Catil. 20.
41. *Meretrix moleſta.*] Exemplo eſt Chryſis. And. I. 1. 78.
44. *Ex duabus una uxor.*] Phorm. V. 1. 10.

COMMENTARIUS.

Bacchidi. Cic. Philipp. XIII. 5. *Sunt alii plures fortaſſe; ſed mea memoria* dilabuntur. Contra *animum* amanti quaſi *elapſum* reddere illi dicitur amica. Horat. Carm. I. 16. 26.

dum mihi
Fias recantatis amica
Opprobriis, animumque reddas.

Mſ. Bodl. & Lipſ. Bacchide. Mſ. Boend. A Bacchide. Ita & edit. 1469. & Anon.

Huc transtulit amorem.] Praeſtat haec lectio, prae aliorum Codicum, Hunc. Sic infra III. 1. 17.

Vix me illinc abſtraxi, atque impeditum in ea
expedivi animum meum;
Vixque huc contuleram.

Heaut. II. 4. 10.

illi ſuum animum alio conferunt.

Gellius VII. 11. ex Ciceronis ſecunda Antoniana laudat haec: *Caput autem literarum hoc erat; ſibi cum illa mima poſthac nihil futurum: omnem ſe amorem abjeciſſe illius, atque in hanc transfudiſſe.*

95. Par ingenium.] De Pamphili ingenio vide ſupra, verſu 77. de Philumenae 89. 90.

96. In Imbro.] Imbrus inſula eſt juxta Thraciam ſita.

97. Horunc.] Mſſ. quidam & impreſſi veteres, Horum, contra leges Senarii.

Ea ad hos redibat lege hereditas.] Sic And. IV. 5. 4. A Mſ. Bodl. Ea abeſt. Mſ. Boend. Terentii & Donati, Ad hos redibat per legem hereditas. Ita & edit. Anon.

98. Extru-

Eo amantem invitum Pamphilum extrudit pater.
Relinquit cum matre hic uxorem. nam ſenex
Rus abdidit ſe. huc raro in urbem commeat.
Ph. Quid adhuc habent infirmitatis nuptiae?
Pa. Nunc audies. primo dies compluſculos
Bene conveniebat ſane inter eas. interim

Miris

DONATI.

98. EO AMANTEM.] Modo jam uxorem: non enim amicam. INVITUM PAMPHILUM EXTRUDIT PATER.] INVITUM receſſiſſe vis verbi demonſtrat. Nam proprie *Extrudere* dicitur, qui manibus expellit: ſed hic tranſlatione uſus eſt, ut oſtenderet, tantum importunitatis verbis ſenis fuiſſe, quantum impulſio manuum efficere potuiſſet. EXTRUDIT.] Verbum neceſſitatis, [45] & aptum importunitati.

99. RELINQUIT.] Inertia praeſentis temporis. Legitur & RELIQUIT. RELINQUIT CUM MATRE HIC UXOREM.] Praeparatio ad futurum errorem.

100. NAM SENEX RUS ABDIDIT SE.] NAM hic inceptiva particula eſt. ut, *Nam meus conſervos eſt homo haud magni pretii.* [46] *Plautus* in Milite glorioſo. RUS ABDIDIT SE.] Verbum reprehendentis ſenem: quod, SE ABDIDIT, dixit. HUC RARO IN URBEM COMMEAT.] Huc bene dixit, ut oſtendat Parmenonem in urbe eſſe. Mira *οἰκονομία.* fac enim praeſentem, & nullus error in Fabula eſt. COMMEAT.] *Commeare* eſt abeſſe inde, ubi te eſſe oporteat. Ergo hoc dicto oſtendit, quam raro ad urbem veniat ſenex. quippe *Commeatus* eſt ex aliqua commoratione temporalis abſceſſus.

101. QUID ADHUC HABENT INFIRMITATIS NUPTIAE?] Bene uſque adhuc ſuſpenſa narratio eſt. Et in hac interrogatione quaſi ſubſtomachatur Philotis decepta, quod nihil videat infirmitatis in nuptiis, quod optaverat. QUID ADHUC HABENT?] Hoc triſtior meretrix dixit.

102. NUNC AUDIES.] Sic ait, quaſi jamdudum audire cupienti, vel quaſi ad moleſtam percontatricem.

103. BENE CONVENIEBAT SANE.] BENE, pro multum: & SANE, valide. quia qui ſanus, idem & validus.

OBSERV. IN DONAT.

45. *Et aptum importunitati.*] Haec abſunt a Codd. veteribus. 46. *Plautus in Milite glorioſo.*] Act. II. 1. 67.

COMMENTARIUS.

98. EXTRUDIT.] Plaut. Merc. Argum. 1.
Mercatum a ſe dum filium extrudit *pater.*
Et II. 3. 22.
Jam hinc olim invitum domo extruſit *ab ſeſe.*

99. RELINQUIT.] Mſ. Bodl. RELIQUIT.

100. RUS ABDIDIT SE.] Plaut. Pſeud. IV. 7. 5.
Ex conſpectu heri ſi ſui ſe abdiderunt.
Cic. Fam. XIII. 29. Abdidit ſe *in intimam Macedoniam.*

102. PRIMO.] Edit. anni 1469. PRIMOM.

COMPLUSCULOS.] Priſcianus Inſtit. Grammat. III. PLUSCULOS.

103. BENE CONVENIEBAT SANE INTER EAS.] Plaut. Trin. III. 1. 22.
Neſcio quid non ſatis inter eos convenit.

105. POSTULATIO.] Expoſtulatio, querela, jurgium. Plaut. Bacchid. III. 3. 45.
Acris poſtulatio *haec eſt, cum hujus dicta intelligo.*
Et *poſtulare* pro expoſtulare. Mil. II. 6. 34.
ut neſciam,
Utrumne poſtulare *prius tecum aequem ſiet,*
An me expurgare.

106. QUID IGITUR?] Mſ. Lipſ. QUID AGITUR?

107. FUGERE E CONSPECTU.] Mirum, quum Soſtrata & Philumena eſſent in unis aedibus.

Non

Digitized by Google

Miris modis odiſſe coepit Soſtratam:
Neque lites ullae inter eas, poſtulatio
Numquam. *Ph.* Quid igitur? *Pa.* Si quando ad eam acceſſerat
Confabulatum, fugere e conſpectu ilico:
Videre nolle. denique, ubi non quit pati,

Simu-

DONATI.

104. INTERIM MIRIS MODIS ODISSE.] Huc uſque Parmenonem Poëta verba paſſus eſt dicere: caetera actibus ſervaturus. INTERIM MIRIS MODIS.] Mire ad finem Comoediae rerum explanatio reſervatur. namque ſi quaeras, fallitur Parmeno, quum non odio ſocrus, ſed pudore ſimultatem adverſus ſocrum Philumena ſimulaverit. INTERIM.] Modo repente: & eſt adverbium temporis. MIRIS MODIS.] Miris exemplis.

105. POSTULATIO.] Expoſtulatio, querela. ſed proprie *Expoſtulatio* eſt apud illum ipſum, qui peccaverit: POSTULATIO, de illo apud alterum.

106. QUID IGITUR?] Recte dixit, ſi hoc non fuit, quid ergo? POSTULATIO, querela, & quaſi juſta interpoſitio querelarum.

107. FUGERE E CONSPECTU ILICO.] Bene E CONSPECTU: utpote, quae caveret gravida intelligi. Sed tamen ſubjungit, VIDERE NOLLE: ut ignorantia Parmenonis appareat, qui argumentum odiorum credidit, quod Philumena neque videri vellet, neque videre. FUGERE E CONSPECTU.] Ne videretur.

108. VIDERE NOLLE.] Ne videret. DENIQUE, UBI NON QUIT PATI.] PATI & ſuſtinere, & ſuſtineri intelligi poteſt hoc loco, utrum poſtquam non potuit ſuſtinere ſocrum? an poſtquam illam ſocrus ferre non potuit, ſic ſe celantem nurum? Poteſt etiam ſic intelligi, Ubi non potuit argumenta odii ſui ipſa nurus pati & continere, [47] migravit ad ſocrum. NON QUIT PATI.] Tolerare aut tolerari: quia *Patior* commune eſt. nam *Patior te*, & *a te*, dicimus.

OBSERV. IN DONAT.

47. *Migravit ad ſocrum.*] Immo, *Migravit a ſocru.*

COMMENTARIUS.

Non manſit igitur in gynaeceo Philumena, ſed ex conclavi in conclave ſeſe proripuit, celatura inſtantem partem. Phaed. I. 16. 6. de cervo:

Tu de conſpectu fugere *veloci impetu.*

Edit. anni 1469. FUGERE ILLICO E CONSPECTU.

108. VIDERE NOLLE.] Haec ſi cohaerent ſuperioribus, FUGERE E CONSPECTU, omnino legendum videtur, VIDERI NOLLE. Si vero VIDERE defendimus, ſermo ita ordinandus videtur: *Si quando Soſtrata acceſſerat ad Philumenam confabulatum, haec fugere e conſpectu; ſi quando Philumena arceſſeretur ad Soſtratam confabulatum, videre nolle. Denique ubi non quit pati vel inviſentem vel arceſſentem ſocrum, ſimulat, ſe ad matrem arceſſi.* Quo ſenſu VIDERE notat inviſere.

NON QUIT.] In quibuſdam Mſſ. & edd. poſt ann. 1469. & Anon. eſt, NON QUIVIT. Dixit autem abſolute, NON QUIT PATI, uti Eun. I. 1. 9.

ferre non poſſe.

Heaut. IV. 5. 13.

non poſſum pati.

Et Adelph. IV. 2. 15.

Non, hercle, hic quidem durare *quiſquam, ſi ſic ſit, poteſt.*

Virg. Ecl. X. 52.

Certum eſt in ſilvis, inter ſpelaea ferarum
Malle pati.

Et Aen. I. 207.

Durate, *& voſmet rebus ſervate ſecundis.*

Idem Graecis eſt *καρτερεῖν*. Donatus non cepit.

109. Ad

Digitized by Google

Simulat ſe a matre arceſſi ad rem divinam. abiit.
Ubi ibi eſt dies complures, arceſſi jubet.
Dixere cauſam tunc, neſcio quam. iterum jubet.
Nemo remiſit. poſtquam arceſſunt ſaepius,
Aegram eſſe ſimulant mulierem. noſtra ilico
It viſere ad eam. admiſit nemo. hoc ubi ſenex
Reſcivit, heri ea cauſa rure huc advenit:
Patrem continuo convenit Philumenae.

Quid

DONATI.

109. Abiit.] Proprie Abiit: quia non exſpectavit ut mitteretur.

110. Ubi illic dies est complures.] *Ἀρχαίως* dies, non *diebus* dixit. Arcessi jubet.] Non addidit *Quae*, quia intelligitur.

111. Dixere causam tunc, nescio quam.] Ideo Nescio quam, quia nullius momenti, ac falſam.

112. Nemo remisit.] Hic jam apertius odium videtur, ubi nec jam fingitur cauſa. Postquam arcessunt.] Subauditur *Noſtri*, id eſt, miſſi a ſocru. Postquam arcessunt.] Id eſt, miſſi a nobis ſcilicet. Et mira varietas.

114. It visere.] Ut, [48] *populare Penates Venimus.*

It visere ad eam.] [49] Visere, officii eſt: *Videre*, quaerentis aliquem. Admisit nemo.] Injurioſa etiam ipſa pronuntiatio eſt. Hoc ubi senex rescivit.] *Scimus* quae ad nos deferuntur: *Reſcimus* celata.

115. Heri ea causa.] Bene Ea causa: quippe qui ſe ruri abdidiſſet.

117. Nondum etiam scio.] *Παρέλκον* tertium: [50] & deeſt *ſcire*. Et eſt *σύλληψις*, *Scio ſcire*, cum *ἀναβάσει*. Nondum etiam.] Recte ſervavit reliquis partibus Fabulae pendulum & attentum ſpectatorem.

OBSERV. IN DONAT.

48. *Populare.*] Virg. Aen. I. 527.

49. Visere, *officii eſt: Videre, quaerentis aliquem.*] Si ita legas, uti vulgo editur, videtur diſtingui inter τὸ visere & *Videre*. Suſpicor autem junctim legendum eſſe, Visere, *officium eſt videre quaerentis aliquem.*

50. *Et deeſt ſcire.*] Notae ad hunc & ſeq. verſum interpolata eſt; neque quidquam praeſidii a Codd. antiquis. Reſtituo ex conjectura: Nondum etiam scio.] *Παρέλκον tertium.* Nondum etiam.] *Recte ſervavit reliquis partibus Fabulae pendulum & attentum ſpectatorem.* Nisi sane curae est, quorsum eventurum hoc siet.] *Bene, quia curioſus eſt Parmeno, & idem garrulus. nam per totam Fabulam talis inducitur.* Nisi sane curae est.] *Ἔλλειψις. Deeſt, ſcire. Et eſt σύλληψις*, Scio, *ſcire, cum ἀναβάσει.*

COMMENTARIUS.

109. Ad rem divinam.] Sic Eun. III. 3. 7.

110. Ubi ibi est dies complures.] Ita verſus conſtat. Alii tamen cum Donato, Ubi illic dies est.

111. Dixere causam.] Integer hic verſus abeſt a Mſ. Lipſ.

114. Visere ad eam.] Sic infra II. 1. 40. III. 2. 4. & 6. Plaut. Bacchid. III. 5. 4.

viſam huc ad eum.

Ovid. Amor. II. 2. 21.

Ibit ad *adſectam, quae non languebit*, amicam. Viſere.

115. Rescivit.] Explicat vocem Gellius II. 19.

Rure.] Edit. anni 1469. De rure.

118. Curae est] Quidam Codd. Curae mihi est. Alii, Curae scire mihi est. Editio anni 1469. Mihi curae.

119. Habes omnem rem.] Lucil. Lib. XXVIII.

Habes omnem rem; *timeo ne accuſer.*

Quo cospi hoc iter.] In quibuſdam Mſſ. & impreſſis Hoc non legitur.

120. Con-

Digitized by Google

Quid egerint inter ſe, nondum etiam ſcio:
Niſi ſane curae eſt, quorſum eventurum hoc ſiet.
Habes omnem rem. pergam, quo coepi hoc iter.
Ph. Et quidem ego: nam conſtitui cum quodam hoſpite,
Me eſſe illum conventuram. *Pa.* Di vortant bene,
Quod agas! *Ph.* Vale. *Pa.* Et tu bene vale, Philotium.

DONATI.

118. NISI SANE CURAE EST, QUORSUM EVENTURUM HOC SIET.] Bene: quia curioſus eſt Parmeno, & idem garrulus. nam per totam Fabulam talis inducitur. QUORSUM EVENTURUM.] [51] Ἔλλειψις. deeſt *ſcire*.

119. HABES OMNEM REM.] Quaſi dicat, quam audire expetiſti. PERGAM, QUO COEPI HOC ITER.] PERGAM HOC ITER: ut,

[52] *Tendere iter pennis.*

QUO COEPI HOC ITER.] Ad portum ſcilicet.

120. NAM CONSTITUI CUM QUODAM HOSPITE.] Dicit cauſam, cur in reliqua Fabula non appareat perſona hujus meretricis. CONSTITUI.] CONSTITUUS proprie. nam de hujuſmodi rebus dicitur convenire & *conſtituere*, de cujuſmodi rebus apud extraneos meretrices agunt.

121. DI VORTANT BENE, QUOD AGAS!] Saepe enim res eveniunt aliter, quam volumus: & ideo *Vertumnus* colitur, [53] qui praeeſt rebus vertentibus.

OBSERV. IN DONAT.

51. Ἔλλειψις. deeſt *ſcire*.] Haec notaverat Interpres ad illa, NISI SANE CURAE EST.

52. *Tendere*.] Virg. Aen. VI. 240.

53. *Qui praeeſt rebus vertentibus.*] Vid. ad Adelph. IV. 7. 10. Quae conjectura hoc loco confirmatur.

COMMENTARIUS.

120. CONSTITUI.] Vide ad Heaut. IV. 4. 4. Edit. anni 1469. CONSTITUIT. Titinnius apud Non. v. Toga: *Scorto rus* conſtituit.

122. PH. VALE.] Mſ. Lipſ. PH. BENE VALE.

ET TU BENE VALE, PHILOTIUM.] Mſ. Boend. ET TU BENE, PHILOTIUM. Ita & edit. Anon. In aliis eſt, ET TU BENE VALE, PHILOTIS.

ACTUS SECUNDI

SCENA PRIMA.

Laches. Sostrata.

La. PRô Deûm atque hominum fidem! quod hoc genus eſt? quae haec eſt conjuratio?
Utin' omnes mulieres eadem aeque ſtudeant, nolintque omnia?
Neque declinatam quidquam ab aliarum ingenio ullam reperias?
Itaque

DONATI.

PRô Deum atque hominum fidem!] *In hac Scena accuſatio ſocrus eſt: quae ſe conjecturaliter defendit, dicens nihil a ſe factum in perniciem nurus.*

1. Prô Deûm atque hominum fidem!] Ἐμπαθῶς ab exclamatione coepta ſcena eſt. Senex enim eſt difficilis & iratus. Quod hoc genus eſt? quae haec eſt conjuratio?] Conatur *Terentius* adverſus famam ſocrum bonam reperire, & incipit a generali exclamatione, quo vehementior ſit ejus accuſatio: paulatimque ad ſpeciale crimen deſcendit. Quod hoc genus.] Accuſatio a perſona: cui accidit ex ſexu, quod ſocrus eſt. Conjuratio.] [1] *Confeſſio*, bonae rei eſt: Conjuratio, malae. Et inde *conjuratio Catilinae* dicta eſt. Quae haec conjuratio?] Accuſatio a re.

2. Ut omnes mulieres eadem aeque studeant.] Bono argumento utitur. Laeſiſti nurum, quia ſocrus es: & nulla ſocrus diligit nurum. Ut omnes mulieres.] Accuſatio a cauſa eadem. Studeant.] Majoris operis eſt *ſtudere*, quam *velle*.

3. Neque declinatam quidquam.] Id eſt, flexam vel inflexam, ab eo, quod declinaverit: ne parum ſit, *diverſam* vel *diſſimilem* dixiſſe, ut eſt illud, [2] *Illum tumultum inflexit.*

OBSERV. IN DONAT.

1. *Confeſſio.*] Forte, *Conſenſio.*
2. *Ut eſt illud.*] Mſ. Boend. *Ut eſt illum tumultum inflexit.* Ita & editi quidam. Alii, *ut eſt illud, tumultum inflexit.*

COMMENTARIUS.

1. Quod hoc genus est? Quae haec est conjuratio?] Videtur dictum per ἓν διὰ δυοῖν, pro, Quod hoc genus eſt conjurationis? Plautus Rud. V. 3. 15.

Quae haec eſt factio?

2. Utin' omnes.] Ita expreſſi ex Cod. Bembino & Victoriano, quod homini irato magis convenit, magiſque commotum & fervidum eſt, quam vulgatum & Donati, ut omnes.

Aeque studeant.] Sic Eun. Prol. 1. & 28. Phaedrus I. 27. 2.

Qui humiles nati dici locupletes ſtudent.

i. e. ſumma ope nituntur. Salluſt. Catil. 1.

3. Neque declinatam quidquam ab aliarum ingenio ullam reperias?] Ἀπὸ τῆς ἄλλων φύσεως ἐκκλίνουσαν. Unde Menander:

Γυνὴ γυναικὸς πώποτ' οὐδὲν διαφέρει.
Nihil unquam differt mulier a muliere.

Euripides, Medea, 408.

Γυναῖκες εἰς μὲν ἔσθλ' ἀμηχανώταται,
Κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται.
Nos mulieres ad bona quidem ineptiſſimae,
Malorum

Itaque adeo uno animo omnes ſocrus oderunt nurus.
Viris eſſe advorſas, aeque ſtudium eſt: ſimilis pertinacia eſt.
In eodemque omnes mihi videntur ludo doctae ad malitiam.
Ei ludo, ſi ullus eſt, magiſtram hanc eſſe ſatis certo ſcio.

So.

DONATI.

4. Itaque adeo uno animo.] Neſcias an ex ſententia hac, vel adeo ex hac ſcena nomen Fabulae ſit inventum. Itaque adeo.] Neceſſaria ſententiae ἀμφιβολία, ad deſcribendam utramque perſonam.

5. Viris esse advorsas.] Aliud argumentum: Laeſiſti nurum, ut mihi adverſareris. nam mulier es, & mulieres omnes adverſantur viris. Aeque studium est.] Studium, eſt voluntas hominis attentior atque impenſior. Similis pertinacia est.] Αὔξησις. nam Studium & bonum eſt: Pertinacia vero [3] numquam non mala.

6. In eodemque omnes mihi videntur ludo doctae ad malitiam.] Tria in accuſatione poſuit, ex quibus duo ſunt communia, unum ipſius. quod mulier eſt, & quod ſocrus, communia: [4] quod ipſa ſpecialiter magiſtra eſt ad malitiam Soſtrata. Ex his colligit injuriam paſſam nurum, per conjecturam.

7. Et ei ludo, si ullus est, magistram.] Magna amplificatio criminis. dubitat an ſit ludus malitiae: & magiſtram non dubitat Soſtratam, ſed, Certo scio, inquit.

OBSERV. IN DONAT.

3. *Numquam non.*] Ita ſcripſiſſe Donatum, dubium nullum eſt, quamvis in Mſ. Boend. & edd. nonnullis ſit, *non numquam*. Non valet autem Donati diſtinctio, quia & *pertinax* & *pertinacia* non raro etiam in bonam partem uſurpantur. Vide Fabri Theſaurum.

4. *Quod ipſa ſpecialiter.*] Forte, *Ipſius, quod ipſa ſpecialiter.* Vel, *Quod ſpecialiter magiſtra eſt ad malitiam Soſtrata, ipſius.*

COMMENTARIUS.

Malorum vere omnium artifices aptiſſimae.

4. Uno animo.] Ita dictum, uti, *uno ore.* ὁμοθυμαδόν.

Socrus oderunt nurus.] Conſulto ambigue extuliſſe Terentium ait Hieronymus adverſus Jov. Lib. 1. Verba Hieronymi: *In Lepta urbe ſemibarbara, poſita in ſolitudine, moris eſt, ut nurus altera die ſocrum ollam mutuam poſtulet; cui illa ſtatim negat, ut ſcias, illud verum eſſe Terentii, quod conſulte ambigue extulit*, Quid est hoc? omnes socrus oderunt nurus. Poſſit tamen ex perſona Lachetis nurum diligentis verus Terentii ſenſus elici, ut omnes socrus ſit caſus rectus, valeatque, πᾶσαι ἑκυραί.

5. Viris esse advorsas.] Sic And. I. 1. 37. Heaut. V. 3. 5.

Aequa studium.] Ita dixit pro *aequale.* uti mox, Similis partinacia. Scilicet ſolent adverbia paſſim pro adjectivis poni apud Plautum. Vide Parei Lex. Plaut. v. *Parum, plus, ſatis, nimis.* Adjectivorum tamen uſus pro adverbiis multo frequentior. Junxit & Cicero, Academ. Quaeſt. Tuſc. I. 12. *Non* pertinacia, *aut* ſtudio *vincendi.*

6. Ludo.] Schola, gymnaſio. Sic, Ἐκ τοῦ αὐτοῦ γυμνασίου. Et, Αὐτὴ γὰρ κάμινος, αὐτὸς εἵλκυσε τραχύς. Proprie autem *Ludus* dicebatur ſchola gladiatorum, in qua tirones gladiatores ludicro certamine exercebantur & praeparabantur ad ludos publicos. Horat. Epiſt. I. 1. 2.

Donatum jam rude, quaeris,
Maecenas, iterum antiquo me includere ludo.

Hinc vox tranſlata ad omnem ſcholam, uti h. l. & Phorm. I. 2. 36. Eodem porro ſignificatu dixit Abner, 2. Sam. II. 14. יקומו נא הנערים וישחקו לפנינו Quod LXX. locutione uſitata reddiderunt: Ἀναστήτωσαν δὴ τὰ παιδάρια, καὶ παιξάτωσαν ἐνώπιον ἡμῶν. Vide Interpretes. Neque aliter fere Belgae, *Het canon ſpeelt.*

Doctae ad malitiam.] Guyetus in gloſſis Mſſ. e Plauto laudat, *Doctus ad malitiam, & ad maledicendum.* Sed locum non indicat, nec mihi reperire contigit.

7. Magistram.] Elegans oppido locus eſt apud Quinctilianum Inſtit. VI. 3. referentem verba Ciceronis in Pletorium Fonteji accuſatorem: *Cujus matrem dixit, dum vixiſſet*, ludum, *poſtquam mortua eſſet*, magiſtros habuiſſe. In quibus verbis ipſe Quinctilianus aenigma agnoſcit. Acumen in eo conſiſtit: *Ludum habere* dicuntur

So. Me miſeram! quae nunc, quamobrem accuſer, neſcio. *La.* Hem!

Tu neſcis? *So.* Non, ita me Di bene ament! mi Laches:

Itaque una inter nos agere aetatem liceat. *La.* Di mala prohibeant!

So. Meque abs te immerito eſſe accuſatam, poſtmodum reſciſces. *La.* Scio. Te

DONATI.

9. Me miſeram!] *a* Et haec ἐμπαθῶς coepit, ſed ad miſericordiam ſpectat defendentis oratio. Quae nunc, quamobrem accuſer, neſcio.] Oratorie pro ſe loquitur mulier. ſiquidem majoris innocentiae eſt neſcire crimen, quam defendere. Et his verbis oſtenditur, ſine noxa eſſe etiam Philumenam: non ſolum hanc, quae loquitur, Soſtratam.

9. Non, ita me Di bene ament! mi Laches.] Modo Mi Laches non eſt blandientis, ſed ejus qui periclitetur innoxius. Non, ita me Di bene ament!] Ἄτεχνος πίστις per jusjurandum. Non, ita me Di bene ament!] Animadvertendum, veteres non minus εὐφημισμὸν in verbis, quam κακέμφατον neglexiſſe: velut hic, Ita me Di bene ament!

10. Itaque.] Modo duae partes ſunt orationis. Di mala prohibeant!] Seniliter odit uxorem, cujus amor optabilis fuit in adoleſcentia. Di mala prohibeant!] Ut una inter nos agamus aetatem.

11. Poſtmodum reſciſces.] Haec figura ab oratoribus ἐπάγγελμα nominatur: in qua aliquid promittimus judicibus nos probaturos, quum metuimus, ne quid illis temere perſuaſum ſit. Poſtmodum reſciſces.] Fiducia innocentiae. *Reſciſcere* eſt, *b* quum quod de induſtria celatur, vix argumentorum vi agnoſcitur.

OBSERV. IN DONAT.

a. Et haec ἐμπαθῶς.] Rob. Stephanus: *Et haec quae ἐμπαθῶς coepit.* Codices vetuſtiores: *Et haec, quae ab exclamatione coepit, ad miſericordiam ſpectat defendentis oratio.*

b. Quum quod de induſtria celatur.] Vide infra III. 1. 5.

COMMENTARIUS.

laniſtae & ſcholarum magiſtri. Quorum autem bona, qui non ſunt ſolvendo, ſub haſta venduntur, *accipiunt magiſtros*, ſub. auctionum, qui bonorum indicem faciunt, & auctioni praeſunt. Quoniam igitur ad hanc feminam vivam infames aliae mulieres conveniſſe dicebantur, ut pueri conveniunt ad ludimagiſtrum, inde *ludum habuiſſe* dicitur. Quia vero poſt mortem ejus bona erant divendita, iiſque vendendis magiſtri erant conſtituti, inde poſt mortem dicebatur *habuiſſe magiſtros*. Vide quae e Turnebo laudat Cl. Burmannus.

Hanc.] Δεικτικῶς de uxore Soſtrata.

9. Non.] Haec particula in omnibus Mſſ. non comparet. quanquam ſine metri damno abeſſe nequit.

Ita me Di bene ament! mi Laches.] Haec abſunt a Mſ. Traject. Faërnus autem dicit, non fere inveniri librum, in quo ſit dictio bene; ſed nec Donatum eam habere. Eſt autem in Mſ. Mark. ſed & reperi in Mſ. Donati Hulſiano. unde & ediderunt Aldus, Stephanus, aliique aetate ſuppares.

10. Itaque.] Valet, *Et ita.* Sic infra IV. 2. 3.

Di mala prohibeant!] Ajunt haec ſecum muſſitaſſe Lachetem; atque adeo Soſtratam quaſi non auditis mariti verbis proſequi ſermonem. Quando ſenſus ſenis fuerit: *Ita Dii faxint!* Fabrini ubi vertiſſet: *Iddio ci guardi di male*, in eundem ſenſum addit: *Voleva quaſi dire, che non ſarebbe male, ſe non conſumaſſero la loro vita inſieme, e che ella moriſſe.* Mihi id durius videtur, neque ex genio Comoediae Terentianae,

Te immerito? an quidquam pro iſtis factis dignum te dici poteſt?

Quae me, & te, & familiam dedecoras: filio luctum paras.

Tum autem, ex amicis inimici ut ſint nobis adfines, facis:

Qui illum decrerunt dignum, ſuos cui liberos committerent.

DONATI.

12. AN QUIDQUAM PRO ISTIS FACTIS.] Amare; παρὰ προσδοκίαν.

13. QUAE ME, ET TE, ET FAMILIAM.] Jam ſic accuſat, quaſi probaverit crimen. Et eſt amplificatio. QUAE ME, ET TE, ET FAMILIAM.] Haec exaggeratio eſt, quae δείνωσις appellatur: quum ex uno maleficio multa fiunt ab oratoribus crimina. DEDECORAS.] *Dedecoratur*, [7] quod honeſtum eſt: *Turpatur*, quod honeſtum eſt corporale.

15. DIGNUM, SUOS CUI LIBEROS COMMITTERENT.] Multum ſonanter, & accuſatorio ſtrepitu, nec maſculinum genus, nec foemininum poſuit: [8] nec unam, ſed LIBEROS. Sic [9] *Cicero, En cui tuos liberos committas*: quum de uno ageret. Et, *Habemus enim liberos*: de puella. DIGNUM.] Sic dixit DIGNUM, ut honoris genus ſit, accipere uxorem meruiſſe. SUOS CUI LIBEROS COMMITTERENT.] Nota LIBEROS in ſignificatione etiam unius filiae.

OBSERV. IN DONAT.

7. *Quod honeſtum eſt.*] Reſtituit Abr. Wielingius: *Quod honeſtum mente eſt: Turpatur, quod honeſtum eſt corpore.*

8. *Nec unam.*] Forte, *Nec filiam.* Vel, *nec unam filiam.* Uti mox, *unius filiae.*

9. *Cicero.*] Videtur e memoria laudare verba Servii Sulpicii ad Ciceronem, Fam. IV. 5. *Cujus fidei liberos tuos te tuto committere putares.*

COMMENTARIUS.

rentianae, quemquam uxori praeſenti optare mortem. Quin potius crediderim, eundem Lachetis, qui Soſtratae, verborum ſenſum eſſe. Haec bona precatur, ille mala deprecatur.

11. POSTMODUM RESCISCES.] Libri quidam, POSTMODO praeferunt. Menander:

Ταῦθ' ὕστερον λάβοις ἂν ἡμαρτημένα.

LA. SCIO.] Aut ſecum haec dixit Laches, aut languet vox, ne dicam, abſurda eſt. Qui ſcire ſe diceret ſenex, immerito a ſe accuſari uxorem, quam eodem tempore meritiſſimo jure accuſari affirmat? Et ſunt Codices, in quibus τὸ SCIO non legitur. Quid vero, ſi Soſtratae tribuatur? ut hic ſit verborum ordo: MEQUE ABS TE IMMERITO ESSE ACCUSATAM POSTMODUM RESCISCES, SCIO. LA. TE IMMERITO? Idem Guyeto placebat.

12. PRO ISTIS FACTIS.] Quibus factis? ſcilicet Soſtrata anus ſuſceperat inimicitias cum puella. Philumena impatiens injuriarum abierat. Hinc dedecus in familiam omnem, luctus Pamphilo filio paratus, affines ex amicis inimici. Quae omnia gravi exaggeratione recenſentur.

13. FAMILIAM DEDECORAS.] Libri quidam praeferunt, OMNEM FAMILIAM. Quod tamen plerique Mſſ. non agnoſcunt, neque Mſ. Donati Hulſt. nec edit. 1469. In Mſ. Bodl. a prima manu erat, FABULAM DEDECORAS. Sic Plaut. Bacchid. III. 3. 95. & Trin. II. 2. 18.

FILIO LUCTUM PARAS.] Phaed. I. 28. 6.

Ne tantum miſerae luctum importaret *ſibi.*

Idem II. 4. 6.

pernicies, *ait*,

Tibi paratur; *forſan & miſerae mihi.*

Vide Donatum ad And. IV. 1. 32. & IV. 2. 7.

14. EX AMICIS INIMICI UT SINT.] Eadem conſtructione dixit And. I. 1. 10.

feci, e ſervo *ut eſſes* libertus *mihi.*

Imitatus Caeſar B. C. III. 104. *Plerumque in calamitate* ex amicis inimici *exiſtunt.*

15. DECRERUNT.] Mſſ. quidam, DECREVERUNT.

LIBEROS.] Filiam unicam intelligit. Sic Ser-

Tu ſola exorere, quae perturbes haec, tua impudentia.
So. Egone? *La.* Tu, inquam, mulier, quae me omnino lapidem, non hominem putas.
An, quia ruri crebro eſſe ſoleo, neſcire arbitramini
Quo quiſque pacto hic vitam veſtrorum exigat?
Multo melius hic quae fiunt, quam illic, ubi ſum aſſidue, ſcio.
Ideo,

DONATI.

16. Tu sola exorere.] Emergis, reperiris. Verbum hoc impudentiam notat. [10] *Cicero, Exorsus eſt ſervus, qui, quem in eculeo appellare non poſſet, eum accuſet ſolutus.* Exorere.] Exiſtis. *Exoriri* dicitur, qui non exſpectatus invadit in aliquem.

17. Tu, inquam, mulier, qoae me omnino lapidem, non hominem putas.] Tu, mulier, ἔμφασιν malitiae habet. Et omnino expreſſio conſuetudinis eſt ad indignationem. Et *lapis* numquam utilis, niſi ad telum, quem magis ad injuriam delegit, nam ſaxum melius, quam lapis. Ut [11] *Virgilius:*

Saxaque ſubvectare humeris.

Tu, inquam, mulier.] Sic [12] *Euripides:*

Πολλὰς ἂν εὕροις μηχανάς· γυνὴ γὰρ εἶ.

Et [13] *Virgilius:*

varium & mutabile ſemper Foemina.

Lapidem, haud hominem.] Sufficeret, Lapidem putas: ſed de ſtomacho, Haud hominem, additum eſt. [14] *Plautus,*

Herus meus, elephanti corio circumtectus eſt, non ſuo.

Haud hominem putas.] Ἐν ἤθει. Sic *Apollodorus:* [15] Σὺ μὲ παντάπασιν * eHCAY λίθον.

18. An, quia ruri esse crebro soleo.] Memor ſui eſt, qui dixerat, [16] *Rus abis.*

19. Quo quisque pacto hic vitam vestrorum.] Vestrorum, pro *veſtrûm.* ſic veteres.

20. Multo melius hic quae fiunt.] Ὑπερβολῇ uſus eſt. ut in Adelphis, *An non prius ſetis ſex menſibus olfeciſſem?*

OBSERV. IN DONAT.

10. *Cicero.*] Orat. pro Dejot. 1.
11. *Virgilius.*] Aen. XI. 131.
12. *Euripides.*] Andromache, verſu 85. *Multas invenies technas: es enim mulier.*
13. *Virgilius.*] Aen. IV. 569.
14. *Plautus.*] Mil. II. 2. 80. legitur & *circumtentus.*
15. Σὺ μὲ.] Forte: Σὺ μὲ παντάπασιν ἡγήσαιο λίθον;

Tu me omnino ducis lapidem?

16. *Rus abis.*] Lego: *Quia dixerat*, Rus abdidit se. Id enim dixerat Parmeno, ſupra I. 2. 100. Ne dubites, ita ſcripſiſſe Donatum, infra ad verſum 27. Rus habitatum abii, rurſus notat, *Quia dixit*, Senex rus sese abdidit. Videtur autem ſcriptum fuiſſe, *Rus ab. ſ.* atque inde formatum a Librariis, *Rus abis.*

COMMENTARIUS.

vius ad Cic. Fam. IV. 5. *Licitum eſt tibi, credo, pro tua dignitate, ex hac juventute generum deligere, cujus fidei* liberos *tuos te tuto committere putares.* Sempronius Aſellio de Tiberio Graccho, apud Gell. II. 13. *Orare coepit, ut ſe defenderent,* liberoſ*que ſuos: eum, quem virilis ſexus tum in eo tempore habebat, produci juſſit, populoque commendavit prope flens.* Cajus de Verb. Signif. *Non eſt ſine* liberis, *cui vel unus filius, unave filia eſt.* Plaut. Aul. IV. 10. 5.

quid ego emerui, adoleſcens, mali, Quamobrem ita faceres, meque meoſque perditum ires liberos?

de una filia.

Committerent.] Proprie; quia feminae in manus & poteſtatem viri tradebantur. Sic And. I. 5. 6. Quanquam non omnes uxores viri in manum conveniebant, ſed ſolae matresfamilias. Per confarreationem enim nuptae illa erant poteſtate exemtae; & ſolae per conventionem in

Ideo, quia, ut vos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris.
Jampridem equidem audivi cepiſſe odium tui Philumenam;
Minimeque adeo mirum: &, ni id feciſſet, magis mirum foret.
Sed non credidi adeo, ut etiam totam hanc odiſſet domum.
Quod ſi ſciſſem, illa hic maneret potius, tu hinc iſſes foras.

At

DONATI.

21. IDEO, QUIA, UT VOS MIHI DOMI ERITIS.] Mire confirmat, unde ſciat: ne ſuſpicioſe crimen objicere videretur. Et bene MIHI: quia commoditas familiae ad hunc redundatura eſt.

22. PRIDEM EQUIDEM AUDIVI CEPISSE ODIUM TUI PHILUMENAM.] Primo objurgatio eſt Soſtratae, cur non amet nurum. Secundo, cur non ametur a nuru. Tertio, [17] cur uſque adeo puella nupta deſerat domum.

23. MINIMEQUE ADEO MIRUM.] Satis amare; pro merito dicit odium, contra meritum amoremque: ſimul excuſat nurum, quae oderit talem ſocrum: & ſimul praevenit, *Quid ſi non laeſa eſt, ſed odio me habet?*

24. SED NON CREDIDI ADEO.] Deeſt, *Oſuram fuiſſe.*

26. AT VIDE, QUAM IMMERITO AEGRITUDO HAEC ORITUR MIHI ABS TE, SOSTRATA.] Ἠθικῶς poſt acrem invectionem, ſe ipſum miſeratur, ut invidiam durae inclamationis in ipſam convertat. Sic in Andria,

Age nunc: jam ego pol hodie, ſi vivo, tibi
Oſtendam, herum quid ſit pericli fallere.

Et continuo,

Chreme,
Pietatem gnati! nonne te miſeret mei?
Tantum laborem capere ob talem filium?

QUAM IMMERITO AEGRITUDO HAEC ORITUR MIHI

OBSERV. IN DONAT.

17. *Cur uſque adeo puella.*] Lego: *Cur uſque adeo, ut puella nupta deſerat domum.*

COMMENTARIUS.

in manus, & uſum virorum poteſtati ſuberant.

16. TU SOLA EXORERE.] Mſ. Donati Hulſt. EXHORRORE. Aldina editio, anni 1521. EXHORRERE. Utrumque barbare. Mſſ. Leidenſes tres, EXORRERE. Unde conjiciebam legendum, EXORIERE. quod ἐμφατικώτερον videtur cum indignanti interrogatione expreſſum.

17. TU, INQUAM.] Mſ. Mark. TU, INQUAM EGO.

LAPIDEM.] Stupidum & bardum. Infra IV. 1. 9. Heaut. IV. 7. 3. & V. 1. 44. Plaut. Merc. III. 4. 46.

egomet credidi,
Homini docto rem mandare, is lapidi *mando maximo.*

19. VESTRORUM.] Codex Bembinus cum Mſſ. quibuſdam aliis, VESTRARUM.

20. QUAM ILLIC.] Sunt, qui ILLI legunt. quod probat Fr. Fabricius.

21. IDEO, QUIA.] Ita Mſſ. Leidenſium unus, Mſ. Mark. & Mſ. Donati Hulſt. legunt. Ita & veteres quaedam editiones. Mſ. Traject. IDEO, QUOD. Si vero legas QUIA, habebit hic verſus honeſtam excuſationem curioſitatis in Lachete, quare ſcire velit, qua ratione vitam uxor cum nuru domi exigant, quia ſcilicet ab earum conſuetudine domeſtica pendeat ſua fama foris. De voce PROINDE vide ad Heaut. I. 1. 13.

MIHI.] Eleganter παρέλκει, ut ſaepe alias.

EGO ERO FAMA.] Ita dicitur, uti infra IV. 3. 14. *Nos jam fabula ſumus.* Goveanus, laudante Fr. Fabricio, delet τὸ FAMA. Vide Parei Lexic. Plaut. v. *Sermo.*

25. ILLA HIC MANERET POTIUS.] Mſ. Mark. ILLA HINC, MANERET POTIUS. Ut poſſit videri παρὰ προσδοκίαν dictum. Mſ. Lipſ. MANERET POTIS. ſupraſcriptum, *potens.*

TU HINC ISSES FORAS.] Minatur formulam divortii, *Exi foras, mulier.* Martial. XI. 104. 1.

Uxor vade foras, *aut moribus utere noſtris.*

Juvenal. Sat. VI. 145.

Collige ſarcinulas, dicet libertus, & exi:
Jam gravis es nobis, & ſaepe emungeris. exi
Ocius, & propera: ſicco venit altera naſo.

27. CONCE-

Digitized by Google

At vide, quam immerito aegritudo haec oritur mihi abs te, Soſtrata:
Rus habitatum abii, concedens vobis, & rei ſerviens;
Sumtus veſtros otiumque ut noſtra res poſſet pati,
Meo labori haud parcens, praeter aequom atque aetatem meam.
Non te pro his curaſſe rebus, ne quid aegre eſſet mihi?

So.

DONATI.

MIHI ABS TE, SOSTRATA.] [18] Poſtquam de injuria dixit, de perſona ejus cujus fama eſt, id eſt, * cum. AEGRITUDO HAEC ORITUR.] ORITUR, & magnitudinem rei ſignificat, & repentinum impetum. ut ſupra, *Tu ſola exerere.*

27. RUS HABITATUM ABII.] Quia dixit, *Senex rus ſeſe abdidit.* CONCEDENS VOBIS.] Ne diceretur, [19] quod ſit voluptatis cauſa. VOBIS, melius pluraliter, [20] quam ſi diceret *Cui.* CONCEDENS VOBIS, ET REI SERVIENS.] CONCEDENS VOBIS, id eſt, ut vos in urbe eſſetis. REI SERVIENS.] *Res ſervit* divitibus, quia abundant: *rei ſerviunt* pauperes, quia ſe coartant ad anguſtias rei. Ita ergo res pro qualitate ſua & *ſervit*, & ei *rei ſervitur.* [21] *Horatius,*

Imperat aut ſervit collecta pecunia cuique.

28. SUMTUS VESTROS, OTIUMQUE.] [22] Sumtus veſtros, idem quod alibi, *Otium, vitam urbanam.* Vel quod nihil acquiritis, ut in Adelphis, *Hanc ego clementem vitam urbanam, atque otium ſequutus ſum.* OTIUMQUE.] [23] Hoc eſt, amorem: quaſi nihil agentibus. UT NOSTRA RES POSSET PATI.] Mediocris ſcilicet: ut comici patresfamilias.

29. PRAETER AEQUOM, ATQUE AETATEM MEAM.] PRAETER AEQUOM, quia vos eſtis domini: vel quia vos fruimini, quum ego doluerim. AETATEM.] Quia ſenex. [24] *Virgil.*

vires ultra, ſortemque ſenectae.

30. NON TE PRO HIS CURASSE REBUS.] Mirus ſenſus: PRO HIS, inquit, tot REBUS unam & facilem redderes: *Curares*, NE QUID AEGRE ESSET MIHI. Et TE ſic pronuntiandum, quaſi dicat, *Etſi alii non curarent*, [25] *curare debuiſti.*

OBSERV. IN DONAT.

18. *Poſtquam.*] Ante Rob. Stephanum nullum lacunae indicium; nulla librorum varietas; ſenſus nullus.

19. *Quod ſit voluptatis cauſa.*] Codd. veteres rectius: *Quid ſi voluptatis cauſa?*

20. *Quam ſi diceret, cui.*] Forte, *Quam ſi diceret, Tibi.* alloquitur enim Soſtratam ſolam.

21. *Horatius.*] Epiſt. I. 10. 47.

22. *Sumtus veſtros.*] Locus diſtinctione laborare videtur, & ſic reſtituendus: SUMTUS VESTROS, *idem quod alibi.* OTIUM.] *Vitam urbanam.*

23. *Hoc eſt, amorem.*] Mſ. Hulſt. & Lind. *Hoc amare.*] Vide ſupra ad verſum 12. & 23. Infra, 32. & 34. Sic Phorm. II. 1. 8. *Illud durum.*

24. *Virgilius.*] Aen. VI. 114.

25. *Curare debuiſti.*] Lego, *Tu curare debuiſti.* Idem ſuſpicabatur Doctiſſ. Wieſingius; ſed & pro *alii* legens, *alias.*

COMMENTARIUS.

27. CONCEDENS VOBIS.] E conſpectu veſtro ſecedens, vobis locum dans. Plaut. Epid. V. 2. 16.

Num ab domo abſum? num oculis conceſſi *tuis?*

Amph. I. 1. 120.

neque nox quoquam concedit *die.*

h. e. diei.

REI SERVIENS.] Plaut. Truc. II. 3. 21.

Ut rei ſervire *ſuave eſt!*

28. OTIUM.] Proprie. Juſtinus II. 4. de Amazonibus: *Virgines in eundem ipſis morem, non* otio, *neque laniſicio; ſed armis, equis, venationibus exercebant.*

PATI.] Horat. Epiſt. I. 18. 28.

meae, contendere noli,

Stultitiam patiuntur *opes: tibi parvula res eſt.*

Senſus eſt, Ego par ſum, quos facio, ſumtibus. Unde eadem *inſania*, & *ſumtus inſani* dicuntur.

29. PRAETER AEQUOM ATQUE AETATEM.] Sic Heaut. I. 1. 7.

31. EVENIT.] Mſ. Mark VENIT. quod laudat Rivius.

Digitized by Google

So. Non mea opera, neque pol culpa evenit. *La.* Immo maxume.
Sola hic fuiſti: in te omnis haeret culpa ſola, Soſtrata.
Quae hic erant, curares: quum ego vos ſolvi curis caeteris.
Cum puella anum ſuſcepiſſe inimicitias, non pudet?
Illius dices culpa factum. *So.* Haud equidem dico, mi Laches.

La.

DONATI.

31. NON MEA OPERA, NEQUE POL CULPA.] Vellet dicere, Nurus culpa evenit: ſed melius dixit, NON MEA: ne accuſando confirmaret, quod dixit ſenex, *Omnes ſocrus oderunt nurus.* NEQUE POL CULPA EVENIT.] Bene additum, NEQUE POL CULPA. Potuit enim fieri ut non fecerit ipſa injuriam: ſed tamen permiſerit fieri. mire tamen nec ipſa accuſat nurum. NON MEA OPERA, NEQUE POL CULPA.] Videtur unum dixiſſe OPERA & CULPA: & tamen non eſt idem. OPERA enim eſt, ſi ſcientes laeſerimus: CULPA, ſi neſcientes. quorum alterum ſceleris, alterum ſtultitiae eſt.

32. SOLA HIC FUISTI.] Ratio. & deeſt *enim:* ut ſit, *Sola enim hic fuiſti,* quod ad filium & maritum pertinet: nam non ſola, cum qua nurus. SOLA HIC FUISTI.] SOLA, quantum pertinet ad regendam domum: caeterum & filius, & nurus erant: ſed SOLA, id eſt, ſine me. IN TE OMNIS HAERET CULPA.] [26] Etſi in nuru culpa aliqua, in te omnis eſt tamen, Soſtrata. SOLA, SOSTRATA.] Optime geminavit SOLA, more iraſcentium: nondum nomen poſuit, & SOSTRATA additum ad amaritudinem inclamantis.

33. QUUM EGO VOS SOLVI CURIS CAETERIS.] VOS, pro TE: ut,

[27] *deſiſte manum committere Teucris.*

QUUM EGO VOS SOLVI.] Nova figura, SOLVE VOS.

34. CUM PUELLA ANUM SUSCEPISSE INIMICITIAS.] Hoc dicit, tanquam conceſſerit etiam nurum iniquam eſſe. CUM PUELLA.] [28] *Puellam* blande dixit: ita hanc cum amaritudine, ANUM.

35. ILLIUS DICES CULPA FACTUM.] Praevenit defenſionem: & eam ſic pronuntiavit ut crimen. HAUD EQUIDEM DICO, MI LACHES.] MI LACHES modo dixit, quaſi graviſſimum accuſatorem arguens, & quaſi defatigata & delaſſata ejus inclamationibus. Non ergo blandientis eſt modo MI: ſed invidioſe rogitantis.

OBSERV. IN DONAT.

26. *Et ſi in nuru culpa aliqua.*] Haec varie leguntur. Mſ. Hulſt. *Si eſt injuria aliqua, culpa ibi te omnis eſt, Soſtrata.* Edit. Anon. *Si eſt in nuru injuria aliqua, in te omnis tamen, Soſtrata.* In aliis aliter.

27. *Deſiſte.*] Virgil. Aen. XII. 60.

28. *Puellam blande dixit.*] Lego, *Ut* puellam *blande dixit.*

COMMENTARIUS.

Rivius. Ita & edit. anni 1469.

32. IN TE OMNIS HAERET CULPA.] Cic. pro M. Coel. 23. *Ne crimen haereret?* & cap. 6. *Nec Catilinae familiaritatis* crimen haereat.

33. QUAE HIC ERANT.] Intelligit rem domeſticam, quae matribus familiarum debet eſſe curae. Emphatice legit Mſ. Mark. SOLA, QUAE HIC ERANT, CURARES, voce SOLA tertium repetita.

34. PUELLA.] Dicitur de femina juvene, ſed jam nupta. quales etiam infra IV. 3. 13. dicuntur *Adoleſcentulae.* Et ſic Pamphilus jam maritus *adoleſcens* dicitur, IV. 1. 41. Virg. Ecl. VI. 47.

Ah, virgo *infelix*, *quae te dementia coepit?*

De Paſiphaë, matre Phaedrae, Ariadnes, & Androgei. Neque fere aliter Belgae feminam nuptam appellatione vocis *Juffrouw* deſignant.

SUSCEPISSE INIMICITIAS.] Cicero pro A. Cluent. 67. *Novis inter propinquos* ſuſceptis inimicitiis. Catil. II. 5. Suſcipio inimicitias *hominum perditorum.* quod valet, *excipio.* Contra Fam. VIII. 6. *Cavendum tibi erit, ne parum ſimpliciter, & candide* poſuiſſe inimicitias *videaris.* Pro Cluent. 67. *Ceteri novis affinitatibus adducti, veteres* inimicitias *ſaepe* deponunt. De Provinc. Conſ. 8. *Quid, ſi ipſas* inimicitias depono, *reip. cauſa?*

ZZZ z z

36. GNATI

Digitized by Google

La. Gaudeo, ita me Di ament! gnati cauſa. nam de te quidem
Satis ſcio, peccando detrimenti nihil fieri poteſt.
So. Qui ſcis, an ea cauſa, mi vir, me odiſſe aſſimulaverit,
Ut cum matre plus una eſſet? *La.* Quid ais? non ſigni hoc ſat eſt,

Quod

DONATI.

36. GAUDEO, ITA ME DI AMENT! GNATI CAUSA.] Quod ſimilis filius non ſit, an quod talem uxorem habeat, quam nec inimica accuſare poſſit? Et GNATI CAUSA, dixit: quia talem uxorem habens, ſua cauſa quid gaudeat, non habet. NAM DE TE QUIDEM SATIS SCIO.] Id eſt, nihil detrimenti fit, ſi tu pecces. id eſt, nunquam, inquit, peccando pejor fieri potes: ſed es eadem [29] quae ſemper es. Senſus eſt: Jam talis es, ut pejor fieri non poſſis. Sic [30] Cicero, *Eſt idem Verres, qui fuit ſemper.*

37. PECCANDO DETRIMENTI.] Servas, inquit, numerum peccatorum, nec fit ullum copiae detrimentum. ſed quum plurimum delinquas, tantundem ſemper admittitur. PECCANDO DETRIMENTI.] Hic ſenſus obſcurus eſt: attamen hic, dum quantumcunque inquit ſceleris admiſeris, id eſt, quantumcunque peccaveris, nihil de tua exiſtimatione minuitur, nihil de pudore derogatur: eadem es quae fuiſti, quia pejor fieri non potes. PECCANDO DETRIMENTI.] Quidam hanc putant *εἰρωνείαν*: quaſi dicat, Certus ſum, quod ex nullo peccato tuo damnum pati poſſumus: ſed male.

38. QUI SCIS, AN EA CAUSA, MI VIR.] Defenſio a derivatione cauſae: in qua oſtenditur non hanc eſſe, quam objicit cauſam ſenex, cur abierit nurus ad matrem ſuam.

39. UT CUM MATRE.] Deeſt *ſua.* UT CUM MATRE UNA PLUS ESSET?] Ἰδιωτικῶς dixit: id eſt, diu, ac majorem partem.

40. QUOD HERI NEMO VOLUIT.] Bene infirmavit defenſionem ſenex, dicendo, Si propter matrem abiit, cur tu excluſa es, quum venires?

OBSERV. IN DONAT.

29. *Quae ſemper es.*] Haec abſunt a Codd. veteribus. Et mire interpolata eſſe ſequentia ex aliis Interpretibus, vel ex repetitis Ciceronis verbis in iiſdem Codicibus adparet.

30. *Cicero.*] Verr. I. 1.

COMMENTARIUS.

36. GNATI CAUSA.] Quod nimirum talem uxorem habeat, quam nec inimica ſocrus accuſare poſſit.

DE TE QUIDEM, SATIS SCIO, PECCANDO DETRIMENTI NIHIL FIERI POTEST.] Id Guyeto valet, *Nam, quod ad te attinet, peccando detrimenti nihil fieri poteſt, ſub. tibi. Id eſt, Jam talis es, ut peccando pejor fieri non poſſis.* Gall. *Tu n'es pas en age, de t'amender.* Fabrini verba grandius etiam ſonant. *Il ſenſo à bello*, inquit, *ma il modo de dire à un poco ſcuro, & dice queſto, tu ſei homai tale, tanta rea e cattiva femina, che fa pur che male tu vuoi, che mai diventerai peggio di quelche che tu ſei, perche tu ſei giunta à la ſommità de le ſceleratezze, e non ſi puo aggiunger nulla à la tua triſtitia.* Cicero ad Herenn. IV. 10. haud ſcio, an huc reſpiciens: *Ubi enim iſte vidiſſet ſcurram exhauſto rubere, qui ſe putaret nihil habere, quod de exiſtimatione perderet, ut* omnia ſine famae detrimento facere *poſſet?*

38. ME ODISSE.] Mſ. Mark. ODISSE SE, omiſſo ME. Mſ. Bodl. Lipſ. & edit. 1469. ME ODISSE SE.

39. UT CUM MATRE UNA PLUS ESSET.] Dixit PLUS pro amplius, diutius, πλεῖον. Lucret. VI. 420.

Alta-

Quod heri nemo voluit viſentem ad eam te intro admittere?
So. Enim laſſam oppido tum eſſe ajebant: eo ad eam non admiſ-
ſa ſum.
La. Tuos eſſe ego illi mores morbum magis, quam ullam aliam
rem, arbitror.
Et merito adeo: nam voſtrarum nulla eſt, quin gnatum velit
Ducere uxorem: & quae vobis placita eſt conditio, datur.
Ubi

DONATI.

41. ENIM LASSAM OPPIDO.] Infirmius defenditur ſocrus, ut error ſenis uſque ad καταςροφὴν perſeveret. ENIM LASSAM OPPIDO.] Pro, OPPIDO ENIM dixit. Supervacua ponitur interdum haec conjunctio, aut pro altera conjunctione. OPPIDO.] Valde. tranſlatio a ruſticis, qui interrogati, quemadmodum fruges proveniſſent? reſpondebant, OPPIDO, id eſt, quae ſibi & *oppido* ſufficere potuiſſent. EO.] Propterea, ideo.

42. TUOS ESSE ILLI MORES.] Acerbiſſime inſtitit ſenex & accuſationi uxoris, & defenſioni nurus: ſiquidem hoc ſenſu dicat, nurum nec mendacii culpam incurrere, quae vere aegrotet ex moribus malae ſocrus.

43. NAM VOSTRARUM NULLA EST.] Pro *Voſtrûm.* hoc enim venit ab eo quod eſt *Voſtra.* QUIN GNATUM VELIT.] QUIN, quae non.

44. ET QUAE VOBIS PLACITA EST CONDITIO, DATUR.] Imago hic quaedam argumentationis, quae dicitur ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους: quod Latine dicitur, *Ab initio ad finem.* Et ut generaliter coepit invectionem, ita generaliter concluſit in ſocrus. Et eſt ſenſus, Eo improbius facitis, quod illas, quas elegeritis, odiſtis.

COMMENTARIUS.

Altaque cur plerumque petit loca? plurimaque plus
Montibus in ſummis veſtigia cernimus ipſis?

Quanquam aliter in editione Crechii legitur.

SIGNI HOC.] Mſ. Bodl. non agnoſcit HOC. neque edit. anni 1469.

40. VISENTEM AD EAM TE.] Ita Mſ. Traject. & Leidd. quatuor. ſed Mſ. Mark. VISENTEM TE AD EAM. quomodo Rob. Stephanus & Aldus ediderunt.

INTRO ADMITTERE.] Ita legendum, non INTROMITTERE, vel ex Act. III. 1. 49. patet. In edit. anni 1469. eſt, TE INTRODUCERE.

41. ENIM.] Solet Plautus maxime in initio ſententiae hac voce uti, ſed & Apulejus.

LASSAM OPPIDO TUM ESSE AJEBANT.] Heaut. IV. 4. 12. Mſ. Bodl. EAM LASSAM ENIM OPPIDO. Mſ. Mark. & edit. anni 1469. LASSAM EAM OPPIDO TUM AJEBANT. Guyetus in Scholiis Mſſ. ἰσχυρῶς κεκοπιακυῖαν. *fort abbatue, & qui n'avoit point de repos.* Eodem autem ſenſu dictum, quo *laborare morbo.* unde infra II. 2. 14. AEGRA exponitur. Fabrini *afflitta per la malatia* vertit. De vocabulo OPPIDO ita Feſtus: *Ortum eſt autem hoc verbum ex ſermone inter ſe confabulantium, quantum quiſque frugum faceret? utque multitudo ſignificaretur, ſaepe reſpondebatur:* quantum vel oppido ſatis eſſet. *Hinc in conſuetudinem venit, ut diceretur* OPPIDO *pro valde multum.*

42. EGO. ULLAM.] Utraque vox deſideratur in Mſ. Mark. Laudat Faërnus EGO ex Codice Bembino. Et videtur gravius dictum.

MORBUM.] Codices quidam AD MORBUM praeferunt.

44. CONDITIO.] Matrimonium, uxor. Gall. *le parti.* Phorm. IV. 1. 13. Plaut. Aul. III. 5. 1.

Narravi amicis multis conſilium meum
De conditione *hac. Euclionis filiam*
Laudant.

Nepos Att. 12. *Nullius* conditionis *non haberet poteſtatem.* Suet. Galb. 5. *Remanſit in coelibatu: neque ſollicitari ulla* conditione *amplius potuit.*

ZZZ zzz 45. Exi-

Ubi duxere impulſu voſtro, voſtro impulſu eaſdem exigunt.

DONATI.

45. Ubi duxere impulsu vostro.] 31 Bene verba eadem ſtomachoſe, & ſignificanter repetivit, ut improbitas ex proximo appareat impulsu. Ubi duxere impulsu.] Videtur, ut ſupra diximus, haec tota ſcena ad hoc interpoſita, ut Fabulae nomen hinc intelligeremus inventum. Et impudentiam ſocruum, *impulſus* repetitio demonſtravit. Impulsu vostro.] Sic in Heautontimor. *Scortari crebro nolunt; nolunt crebro convivarier.*

OBSERV. IN DONAT.

31. *Bene verba eadem.*] Haec notata videntur fuiſſe ad alterum illud, Impulsu vostro. Scribo ex conjectura: Ubi duxere impulsu vostro.] *Videtur, ut ſupra diximus, haec tota ſcena ad hoc interpoſita, ut Fabulae nomen hinc intelligeremus inventum. Et impudentiam ſocruum, impulſus repetitio demonſtrat.* Impulsu vostro easdem exigunt.] *Bene verba eadem ſtomachoſe & ſignificanter repetivit, ut improbitas ex proximo appareat* impulsu. Impulsu vosvro.] *Sic in Heautontimorumeno: Scortari crebro nolunt; nolunt crebro convivarier.* Qui locus videri poſſit ἀπροσδιόνυσος eſſe, ſed non eſt. Uti enim h. l. τὸ impulsu iteratur, ita in altero illo τὸ *nolunt.*

COMMENTARIUS.

45. Exigunt.] Plenius Plautus, Merc. IV. 6. 5.

Uxor viro ſi clam domo egreſſa eſt foras,
Viro fit cauſa, exigitur matrimonio.

Solitam tamen cauſam divortii addi, diſcas ex Cic. Philipp. II. 28. *Illam ſuam ſuas res ſibi habere juſſit; ex XII. Tabulis cauſam addidit*, exegit. Quae verba varie tentantur abs hominibus eruditis. exhibui autem lectionem Aſcenſianam. Unde Feſtus: *Repudium ait dictum Verres, quod fit ob rem pudendam.* quae licet ridicula ſit etymologia, rem tamen explicat. Suet. Caeſ. 50. Exegiſſet *uxorem.* Claud. 26. *Quam olim* exegerat.

ACTUS SECUNDI

SCENA SECUNDA.

Phidippus. Laches. Sostrata.

Ph. Etsi ſcio ego, Philumena, meum jus eſſe, ut te cogam,

Quae

DONATI.

Etsi scio ego, Philumena, meum jus esse.] *In hac ſcena moralis allocutio Phidippi eſt ad filiam, mitiſſimi patris colorem oſtendens.*

1. Etsi scio.] Apparet & hic multa prius

patri

COMMENTARIUS.

Phidippus domo egreſſus filiam, quae intus manet, adloquitur.

1. Ut te cogam.] Sub. Redire ad Soſtratam ſocrum. And. III. 2. 51.

2. Fa-

Digitized by Google

Quae ego imperem, facere: ego tamen patrio animo victus, faciam,
Ut tibi concedam: neque tuae libidini advorſabor.
La. Atque eccum Phidippum optume video. ex hoc jam ſcibo, quid ſiet.
Phidippe, etſi ego meis me omnibus ſcio eſſe adprime obſequentem,
Sed non adeo, ut mea facilitas corrumpat illorum animos:

DONATI.

patri ſuo Philumenam locutam fuiſſe. Ergo haec reſponſio eſt, non principium. SCIO MEUM JUS ESSE, UT TE COGAM.] Hoc idem in Adelphis, *Non neceſſe habeo omnia Pro meo jure agere.* UT TE COGAM.] Etiam invitam ſcilicet.

2. PATRIO ANIMO VICTUS.] Bene VICTUS: quia non ratione facio. VICTUS eſt undecunque, qui recedit a jure.

3. NEQUE TUAE LIBIDINI.] *Libido* eſt quaelibet voluntas temere ſuſcepta. Et bene LIBIDINI: eſt enim non aequum, [1] domo mariti abeſſe nuptam. Etſi enim pro voluntate poſuit *Libidinem:* tamen ſubaccuſavit hoc nomine.

4. OPTUME.] Opportune. EX HOC JAM SCIBO.] Legitur & HINC, locale adverbium. Et quaſi comminatur uxori, modo ſe inventurum, ipſam peccaſſe, non nurum. QUID SIET.] Utrum, quid ſit rei? an, quid fiet nurus? utrum innocens, an iniqua? Et videtur hoc Soſtratae dicere: nam vicini ſunt inter ſe proximi Laches & Phidippus.

5. PHIDIPPE, ETSI EGO MEIS.] Expoſtulatio Lachetis apud Phidippum, accuſationem continens, tanquam cauſam injuriarum intendat. SCIO ME ESSE ADPRIME OBSEQUENTEM.] Principium a perſona ejus, cum quo agitur, & ſua: & an utile ſit, nimis obſequi hominem ſuis. ADPRIME.] Vehementiſſime.

6. SED NON ADEO, UT MEA FACILITAS.] FACILITAS, indulgentia. SED NON ADEO, UT MEA FACILITAS.] Deeſt *Tamen.* Et eſt ἀνακόλουθον tertium.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Domo mariti abeſſe nuptam.*] Mſ. Boend. & editi mei ante Rob. Stephanum omnes, *animo mariti abeſſe nuptam.*

COMMENTARIUS.

2. FACIAM, UT TIBI CONCEDAM.] Sic Eun. III. 2. 53. Cic. Philipp. III. 5. *Faciundum eſt igitur nobis, P. C. ut D. Bruti privatum conſilium auctoritate publica comprobemus.* Fam. III. 8. *Faciendum mihi putavi, ut tuis literis brevi reſponderem.* Acad. Quaeſt. I. 2. *Ea, quantum potui, nihil enim magnopere meorum miror, feci, ut eſſent nota noſtris.* Belgiciſmum ſapit.

3. LIBIDINI.] Simpliciter pro voluntate poſuit. Unde *Libido eſt* Plauto familiare, pro libet, lubet.

4. EX HOC.] Ita expreſſi ex Mſſ. Leidenſibus quinque, Mark. Bodl. Lipſ. quamquam duo poſteriores legunt, JAM SCIBO EX HOC. porro ita ediderunt Rob. Stephanus, Aldus, alii vetuſtiores. In Mſ. Bemb. erat, HINC JAM SCIBO. Sic Adelph. III. 3. 7. Editio anni 1469. VIDEO. JAM SCIBO.

5. ADPRIME.] Joh. Pierius ad Virg. Georg. II. 134. *Flos ad prima tenax*, notat, in Cod. Mſ. Terentii legi, ETSI EGO MEIS ME OMNIBUS SCIO ESSE AD PRIMA OBSEQUENTEM.

6. SED.] Notanda locutio, qua SED uſurpatur poſt ETSI, notatque *tamen.* Cic. Fam. IX. 16. *Nam* etſi *non facile dijudicatur amor verus, & fictus, niſi aliquod incidat ejuſmodi tempus, ut, quaſi aurum igni, ſic benevolentia fidelis periculo aliquo per-*

Quod tu ſi idem faceres, magis in rem & noſtram, & voſtram
id eſſet.
Nunc video in illarum poteſtate eſſe te. *Ph.* Heia vero!
La. Adii te heri de filia: ut veni, itidem incertum amiſti.
Haud ita decet, ſi perpetuam vis eſſe adfinitatem hanc,
Celare te iras. ſi quid eſt peccatum a nobis, profer:
Aut ea refellendo, aut purgando: vobis corrigemus,

Te

DONATI.

8. NUNC VIDEO.] Jucunde temperat ejus culpam, quem accuſat, quum dicat illum coactum a ſuis facere ſibi injurias. HEIA VERO!] Modo adverbium corripientis. HEIA VERO!] παρέλκον.

9. ADII TE HERI DE FILIA.] Narratio. Et memoriter Poëta: quia dixit [2] HERI, ea cauſa rure huc advenit, patrem continuo Philumenae convenit. ITIDEM INCERTUM AMISTI.] Pro AMISISTI. συγκοπή. Et ITIDEM, quid eſt? an id, Incertum amiſiſti, ut ad te incertus veni? Jungendum ergo UT VENI, ITIDEM. ut ſit, *Ut veni, amiſiſti itidem incertum. Incertus;* inquit, *veni: incertus a te receſſi.*

10. HAUD ITA DECET.] Non uſque adeo decet. Et eſt confirmatio. HAUD ITA DECET.] Bene additum eſt ITA. etſi enim celandae irae: non uſque adeo tamen, ut diſcordiam pariant.

12. AUT EA REFELLENDO, AUT PURGANDO.] *Refellit* qui negat: *Purgat* [3] qui fatetur, & ſic defendit. Ergo *Refellimus* per conjecturam: *Purgamus* [4] per caeteros ſtatus. VOBIS CORRIGEMUS.] Plus dixit VOBIS, quam *Tibi.*

OBSERV. IN DONAT.

2. *Heri.*] Diſtinctione laborat locus inde ab editione Rob. Stephani. Vide ſupra I. 2. 115.

3. *Qui fatetur.*] Mſ. Hulſt. & Boend. cum impreſſis ante Rob. Steph. *qui idem fatetur.*

4. *Per caeteros ſtatus.*] Mſ. Boend. *per certos caſus.*

COMMENTARIUS.

ſpici poſſit; cetera ſunt ſigna communia: ſed *ego uno utor argumento, quamobrem me ex animo, vereque arbitrer diligi.* Horat. Serm. I. 10. 64.

fuerit Lucilius, inquam,
Comis & urbanus: fuerit limatior idem,
Quam rudis, & Graecis intacti carminis auctor,
Quamque Poëtarum ſeniorum turba: ſed *ille,*
Si foret hoc noſtrum fato delatus in aevum,
Detereret ſibi multa.

Chariſius non attendens ad hanc notionem τοῦ SED, ἀνακόλουθον vocat.

8. IN ILLARUM POTESTATE ESSE TE.] Ἔμφασις eſt in vocibus ILLARUM & TE. Exprobrat igitur Laches Phidippo praepoſteram vivendi rationem. Abſurdum enim eſt, patremfamilias, patria poteſtate amiſſa, in poteſtate uxoris & filiae eſſe. Qualis maritomaſtix proprio nomine *domina* dicitur Juvenali, Sat. VI. 30.

Ferre potes dominam,*ſalvis tot reſtibus,ullam?*
Plaut. Aul. III. 5. 60.

Nam quae indotata eſt,ea in poteſtate eſt *viri.*
Cic. Fam. V. 4. *Omnibus in rebus me* fore in tua poteſtate, *tibi confirmo.* Att. III. 22. *Saepe enim tu ad me ſcripſiſti, eum totum* eſſe in illius poteſtate. Mſ. Lipſ. IN ILLARUM POTESTATEM TE ESSE.

9. UT VENI, ITIDEM INCERTUM AMISTI.] Sic Phorm. II. 4. 19.

Incertior ſum multo, quam dudum.

Mſſ. Leidenſes quinque, & Lipſ. cum Mark. AMISISTI, quomodo & multae editionum veterum. Mſ. Donati Hulſt. DIMISISTI.

10. PERPETUAM.] Mſſ. quidam & editi poſt ann. 1469. PERPETUAM HANC.

11. CELARE TE IRAS.] Contra Plautus dixit. Pſeud. I. 5. 34.

Iram

Digitized by Google

Te judice ipſo. ſin ea eſt cauſa retinendi apud vos,
Quia aegra eſt: te mihi injuriam facere arbitror, Phidippe:
Si metuis, ſatis ut meae domi curetur diligenter.
At, ita me Di ament! haud tibi hoc concedo, etſi illi pater es,
Ut tu illam ſalvam magis velis, quam ego. id adeo gnati cauſa,
Quem ego intellexi illam haud minus, quam ſe ipſum, magnificare.

Ne-

DONATI.

13. Te judice ipso.] [5] *Virgilius:*

Pan Deus Arcadia mecum ſi judice certet.

Quid enim eſt te ipso, niſi ſcilicet reo culpae, & [6] tibi ipſi ac tuis faventi? vel qui me ſperes vincere. Sin ea est causa retinendi apud vos.] Reprehenſio.

14. Arbitror, Phidippe.] Bene addidit nomen, excitans audientem.

15. Satis ut meae domi curetur diligenter.] Ut, *ne non.* Et jungendum eſt, Satis diligenter. non enim, Metuis satis.

16. At, ita me Di ament! haud.] Addidit jusjurandum; vix enim credibile eſt tantundem amare ſocerum, quantum patrem. Etsi illi pater es.] [7] *Salluſtius* in primo libro, *Et liberis ejus avunculus erat.* Etsi illi pater es.] Compendium attulit [8] *Virgilius:*

Heu fuge, nate Dea.

Hoc enim ſentit, *Quanquam natus Dea ſis, fuge tamen.*

17. Id adeo gnati causa.] Honeſte amori nurus rationem ſubjecit piam. Nam non continuo rectum eſt, nimis amari a ſocero nurum, niſi propter filium diligatur. Bene ergo Gnati causa. incredibile eſt enim, patrem non patris pietate ſuperari.

18. Quem ego intellexi.] Et cauſam ſui amoris oſtendit, & mariti nullam erga conjugem culpam: quippe qui amet. Et a Parmenone dictum, *Eo amantem invitum Pamphilum extrudit pater.* Quem ego intellexi illam haud minus, quam se ipsum magnifacere.] Hic ſubtiliter oneratur culpa nurus: ſi quidem indigne injuriam faciat ſocero & marito.

OBSERV. IN DONAT.

5. *Virgilius.*] Ecl. IV. 59. legitur nunc: *Pan etiam.*

6. *Tibi ipſi ac tuis faventi?*] Ita reſtituiſſe opinor Rob. Stephanum, cum antea legeretur, *Tibi ipſi actibus faventi.*

7. *Salluſtius.*] Locus eſt in Fragmentis.

8. *Virgilius.*] Aen. II. 289.

COMMENTARIUS.

Iram in promtu gerere.

Si quid est peccatum.] Codices quidam, Si quod est peccatum.

12. Refellendo.] Refutando, purgando. Phorm. I. 2. 82. & II. 3. 54. Cic. pro Q. Ligar. 5. Refellere, *& coarguere noſtrum mendacium.*

13. Sin ea est causa retinendi apud vos.] Ἐμφατικῶς dictum Ea. quare Guyeti Eam languet.

15. Satis ut.] Mſ. Mark. Satiene.

Curetur diligenter.] Cicero Fam. XVI. 5. *Ego omnem ſpem tui* diligenter curandi *in Curio habeo.* Atque ita paſſim. Aliter paullo Eun. III. 2. 52.

Curate *iſtam* diligenter *virginem.*

16. Haud tibi hoc concedo.] Hac in re non feram poſteriores. Cic. Fam. IV. 3. *A me vero ſic diligitur, ut* tibi uni concedam, *praeterea nemini.* Et X. 29. Noſtrum imitatus, Nec his concedo, *quamquam ſunt ſingulari in te benevolentia, ut te ſalvum malint, quam ego.* Virg. Ecl. II. 57.

Nec, ſi muneribus certes, concedat *Iolas.*

Eodem fere ſenſu inſcriptio Lapidis Termini eſt: Concedo nulli. Quod ſibi ſymbolum adoptavit Eraſmus.

18. Quem ego intellexi illam haud minus, quam se ipsum magnificare.] Mſ. Mark.

Neque adeo clam me eſt, quam eſſe eum graviter laturum credam,
Hoc ſi reſcierit. eo domum, ſtudeo haec, prius quam ille, ut redeat,
Ph. Laches, & diligentiam voſtram, & benignitatem
Novi: & quae dicis, omnia eſſe, ut dicis, animum induco.
Et te hoc mihi cupio credere: illam ad vos redire ſtudeo,

Si

DONATI.

19. NEQUE ADEO CLAM ME EST, QUAM ESSE.] Ingenioſiſſime Poeta jam praeparat cauſam ſimulaturo ob hanc rem iracundiam Pamphilo.

20. HAEC, PRIUS QUAM ILLE, UT REDEAT.] Hic ſubtiliter etiam terrorem injecit iracundiae mariti.

21. LACHES, ET DILIGENTIAM VOSTRAM.] Principium ſimiliter a perſona eſt factum. LACHES, ET DILIGENTIAM VOSTRAM.] Remotivo ſtatu agit Phidippus pro perſona ſua. nam in filiam removet culpam, cur non redeat: & relativam ſimul tentat qualitatem. poteſt enim videri, eam injuria ſocrus ad hanc voluntatem eſſe compulſam. LACHES, ET DILIGENTIAM VOSTRAM.] Ab eo coepit, quo maxime motus eſt, & quod in primis purgandum ſibi fuit: ne ſuſpectam aut voluntatem, aut diligentiam habere videatur affinium. Et cum affectu quodam, & gemitu dixit, LACHES, quod ille ait, PHIDIPPE. Et bene a nomine coepit, ut conſentire illi videatur. Et DILIGENTIAM, quod ille ait; SIN METUIS, SATIS UT MEAE DOMI, &c. Et VOSTRAM melius, quam *Tuam:* quum ille dixerit de ſe tantum. Et BENIGNITATEM, quod ait, HAUD TIBI CONCEDO, ETSI ILLI PATER ES, UT TU ILLAM, &c. ET DILIGENTIAM VOSTRAM, ET BENIGNITATEM.] Ἀπόδοσις ad utrumque. DILIGENTIAM: quia dixit, SI METUIS, SATIS UT MEAE DOMI CURETUR DILIGENTER. BENIGNITATEM: quia dixit, HAUD TIBI CONCEDO, ETSI ILLI PATER ES, UT TU ILLAM SALVAM MAGIS VELIS, QUAM EGO.

22. ET QUAE DICIS, OMNIA ESSE, UT DICIS.] Quod juravit: & quod dixit *gnati cauſa*, & quod addidit, Quod illam amet Pamphilus

23. ET TE HOC MIHI CUPIO CREDERE.] Melius, quam ſi & hic juraret. ET TE HOC MIHI CUPIO CREDERE.] Bene collegit ex viciſſitudine, quod volebat.

COMMENTARIUS.

Mark. QUEM EGO INTELLEXI NON AMARE MINUS, QUAM SE IPSUM, AUT MAGNIFICARE. Atque ita exhibent editiones Anonyma, anni 1469. Veneta anni 1490. & paucae aliae. Quomodo & Donatum legiſſe ſuſpicio eſt. In quibuſdam Codd. eſt MAGNIFACERE. Ita & Donatus legit. Plaut. Pſeud. IV. 1. 34.

te amo, & metuo, & magnifico.

Stich. I. 2. 43.

pudicitia 'ſt, pater,
Eos magnificare, *qui nos ſocias ſumſerunt ſibi.*

Lucil. Ex incert. 164.

Magnificare *hos, his bene velle, his vivere amicum.*

Eſt vero MAGNIFICARE idem quod MAGNIFACERE. Male igitur vulgo pro *laudare* uſurpant. quod & vetus Interpres fecit, vertens verba Mariae in Evang. Luc. I. 46. *Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον*, Magnificat *anima mea dominum.* quomodo & Belgae: *Myne ziele maakt groot den Heere.*

20. EO DOMUM, STUDEO HAEC, PRIUS QUAM ILLE, UT REDEAT.] Ita diſtinxi, ut ordo & ſenſus ſit, EO STUDEO, UT HAEC PRIUS REDEAT DOMUM, QUAM ILLE. Sub. *redeat ex Imbro.*

Guyetus,

Si facere poſſim ullo modo. *La.* Quae res te facere id prohibet?
Eho! num quidnam accuſat virum? *Ph.* Minime. nam poſt-
quam attendi
Magis, & vi coepi cogere, ut rediret, ſancte adjurat,
Non poſſe apud vos Pamphilo ſe abſente perdurare.
Aliud fortaſſe aliis vitii eſt: ego ſum animo leni natus.

Non

DONATI.

24. SI FACERE POSSIM.] Hic eſt remotio. SI FACERE POSSIM ULLO MODO.] Et mollius dixit, quam ſi, *Nec facere poſſum*, dixiſſet. hoc enim vult intelligi, * *Volo, & non poſſum facere.*

25. EHO! NUM QUIDNAM ACCUSAT VIRUM?] Geſticulatio quaedam, ſecretiora quaerentis. ſaepe enim de maritis puellae parentibus queri ſolent aliquid ejuſmodi, quod ſolis ipſis committendum eſt. EHO! NUM QUIDNAM ACCUSAT VIRUM?] EHO, interjectio ponentis aurem propiorem. nam illa quaerit, quae ſolent de maritis puellae matribus queri. NAM POSTQUAM ATTENDI.] Inſtiti. Et vide, num deſit *animum:* ut ſit, *Attendi animum.* Non enim plenum eſt, ſed nudum. Adverti enim oculos, aut animum, ſubauditur.

26. SANCTE ADJURAT.] Τὸ AD, nunc auctivum eſt: ſignificat enim *Valde.*

27. NON POSSE APUD VOS PAMPHILO SE ABSENTE PERDURARE.] Bene hic addidit Poëta verba Philumenae, ad quae Phidippus respondebat: quum diceret, *Etſi ſcio ego, Philumena, meum jus eſſe, &c.* NON POSSE APUD VOS PAMPHILO SE ABSENTE PERDURARE.] Magnifice contra illud quod Laches dixit, aegre laturum Pamphilum. Et ita locutus eſt, quaſi hoc Pamphilo gratius eſſe debeat. PERDURARE.] Proprie & muliebriter dixit.

28. ALIUD FORTASSE ALIIS VITII EST.] Sic dixit, ne diceret, *Sed ego, ut redeat:* & mollius dixit ALIIS, quam ſi *tibi* dixiſſet. EGO SUM ANIMO LENI NATUS.] Hoc contra illud quod primum dictum eſt: *Etſi ego meis omnibus ſcio me eſſe apprime obſequentem: Sed non adeo, ut facilitas mea illorum corrumpat animos.* EGO SUM ANIMO LENI] Qualitas venialis. ANIMO LENI NATUS.] Hoc eſt plenum. nam SUM ANIMO LENI, quum dicimus, ἐλλειπτικῶς profertur.

OBSERV. IN DONAT.

9. *Volo, & non poſſum facere.*] Lego, *Volo, at non poſſum facere.* Mox enim dicet idem Phidippus: NON POSSUM ADVORSARI MEIS.

COMMENTARIUS.

Guyetus, ut ſolet, in omnia alia abiens legit, EO DEMUM STUDEO HAEC, PRIUSQUAM ILLE HUC REDEAT. Ut adeo STUDEO HAEC ſit, ταῦτα σπουδάζω, & ſubaudiatur, *lites componere.* Sic Galenus θεραπευτικῶν Lib. IX. Δοξοσοφίαν μᾶλλον ἢ ἀλήθειαν σπουδάζειν. Quaerit porro Guyetus, *Quid hic τὸ* DOMUM *faciat, non video.* Immo vero, quid τὸ DEMUM? DOMUM ducta erit Philumena, *domo* abierat, DOMUM ergo redire eam neceſſe erat. Unde aut vera eſt lectio, quam exhibui, aut quae eſt in paucis Codicibus aliis, EO DOMUM STUDEO HANC, (ſub. redire) PRIUSQUAM ILLE HUC REDEAT.

26. SANCTE ADJURAT.] Supra I. 1. 4. Plaut. Ciſtell. II. 3. 27.

ſancte adjurabat mihi.

27. NON POSSE APUD VOS PAMPHILO SE ABSENTE PERDURARE.] Ordo eſt; NON POSSE SE PERDURARE APUD VOS, PAMPHILO ABSENTE. Vide ad Adelph. IV. 2. 15.

28. ALIUD FORTASSE ALIIS VITII EST.] MſſT. quidam & editi poſt ann. 1469. ALII praeferunt. Similis autem ſententia Ciceronis, ad Brutum Epiſt. 13. *Alter alii cum ſuis vivunt:*

nihil

Non poſſum advorſari meis. *La.* Hem! Soſtrata. *So.* Heu me miſeram!

La. Certumne eſt iſtuc? *Ph.* Nunc quidem, ut videtur. ſed numquid vis?

Nam eſt, quod me tranſire ad forum jam oporteat. *La.* Eo tecum una.

DONATI.

29. Non possum.] Concluſio. Hem! Sostrata.] Quae dixiſti, *Non mea opera, neque pol culpa evenit.* Heu me miseram!] Ad ſe rediri totiens, quaſi delaſſata, conqueritur.

30. Certumne est istuc?] Quod Philumena non redeat. Numquid vis?] Diſcedentis verbum.

31. Transire.] Cito ire.

COMMENTARIUS.

nihil ego poſſum in ſororis meae liberis facere, quo poſſit expleri voluntas mea, aut officium.

29. Hem! Sostrata.] Increpantis eſt, q.d. *Vide, quid feceris.*

30. Nunc quidem, ut videtur.] Senſus eſt, Ut nunc eſt, non redibit. Certum eſt, non redituram, donec abſens erit Pamphilus: neque videtur perſuaderi ei poſſe, ut ante redeat. Quo reſponſo ſi ſpei locus daretur, poſſe aliquid accidere, quo Philumena animum mutaret, ſibique, ut rediret, perſuaderi pateretur, quod exiſtimant Guyetus & Boeclerus, certe Laches porro etiam inſtitiſſet, neque abrumpi ſermonem paſſus fuiſſet.

31. Nam.] Rationem reddit, quare ſe abſolvi & dimitti poſtulet. Unde quod de tranſitiva particula ſcribunt, non ſit veriſimile. Ita tamen And. I. 1. 24. & Cic. de Oratore II, 64. Nam *in Caelio ſane etiam ad cauſam utile fuit tuum illud, Antoni.* Eundem uſum habet Graecorum *γάρ*. Auctor Epiſtolae ad Hebr. V. 1. *Πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται τὰ πρὸς τὸν Θεόν.*

ACTUS

ACTUS SECUNDI

SCENA TERTIA.

Sostrata.

AEdepol nae nos ſumus mulieres inique aeque omnes inviſae viris,
Propter paucas: quae omnes faciunt dignae ut videamur malo.
Nam, ita me Di ament! quod me accuſat nunc vir, ſum extra noxiam.

Sed

DONATI.

AEdepol ne nos sumus mulieres inique aeque omnes.] *In hac ſcena eſt allocutio, qua inducitur ſecum loquens anus: per quam orationem mores ejus, & animus mitis intelligi poſſit.*

1. Aedepol ne nos mulieres.] Laches generaliter incuſavit ſocrus; haec plurimas defendit. Cauſa accuſationis iniquae, Non enim omnes ſumus malae. Inique aeque.] Comicum παρόμοιον. Et vide ſententiam, defenſionem accuſatarum ſocruum continentem: contra illud quod ait, Itaque uno animo omnes socrus oderunt nurus. Officium enim boni Poëtae eſt, nullum genus hominum ſpecialiter laedere. Sic [1] *Virgilius:*

quod ſaepe malae legere novercae.

Id eſt, non omnes novercae, [2] ſed tantum malae.

3. Nam, ita me Di ament!] Bene jurat. nam ſine jurejurando incredibile eſt, [3] ſit bona ſocrus. Quod me accusat] Deeſt *in eo.* ut ſit, *In eo quod me accuſat nunc vir, ſum extra noxiam.* An Quod, propter quod.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Virgilius.*] Georg. III. 282.
2. *Sed tantum malae.*] Lindenbruchius edidit, *Sed tantum mea.* Sed praeter fidem meorum Codicum.
3. *Sit bona ſocrus.*] Ita Libri omnes. Malim, *quod ſit bona ſocrus.* vel, *Eſſe bonam ſocrum.*

COMMENTARIUS.

1. Aedepol.] Faërnus Cod. Bembini fide τὸ Mulieres ex verſu hoc expungit. Sed Mſſ. Leidenſes quatuor, cum Bodl. Traject. & Lipſ. exhibent: Aedepol nae nos sumus mulieres aeque omnes invisae viris. omiſſo τῷ inique. Accedunt es impreſſis Anon. Edit. anni 1469. neque aliter Juntae, niſi quod Mulieres sumus ediderunt. Eshibeo lectionem Donati. Editiones Aldinae varie; illa anni 1521. ut Juntae, Pauli Manutii vero, Aldi F. 1559. Aedepol nae nos aequè sumus omnes invisas viris. Utcunque; huic querelae ſimilis eſt illa apud Euripidem Ione, 398. Verba Creuſae:

Τὰ γὰρ γυναικῶν δυσχερῆ πρὸς ἄρσενας,
Κἀν ταῖς κακαῖσιν αἱ 'γαθαὶ μεμιγμέναι,
Μισούμεθ'. οὕτω δυστυχεῖς πεφύκαμεν.
Conditio enim mulierum miſera apud viros,
Nam bonae etiam inter malas mixtae
Odio habemur. adeo miſerae ſumus.

Sed non facile eſt expurgatu: ita animum induxerunt, ſocrus
Omnes eſſe iniquas. haud pol me quidem. nam numquam ſecus
Habui illam, ac ſi ex me eſſet nata: nec, qui hoc mihi eveniat, ſcio.
Niſi pol filium multis modis jam exſpecto, ut redeat domum.

DONATI.

4. Ita animum induxerunt.] *Inducere animum* eſt ita tenere, * ut non amittant: id eſt, perſuadere animo ſuo. Socrus omnes esse iniquas.] Intelligitur, quibus iniquas, id eſt nuribus: quia socrus nomen eſt ad aliquid dictum.

5. Haud pol me quidem.] *Eſſe iniquam*, ſubaudiendum eſt a ſuperiore, ut ſit Pol, pro pleno jurejurando. Haud pol me quidem.] Subaudiendum *Scio eſſe*, aut *Novi eſſe*, aut tale quid, ſecundum ἔλλειψιν, quae familiaris eſt his, qui ſecum loquuntur.

6. Nec, qui hoc mihi eveniat.] Qui, unde.

7. Multis modis.] Vehementer. Jam exspecto, ut redeat domum.] Quia nihil mirum in matre eſt, exſpectare ut filius redeat: idcirco additum Multis modis.

OBSERV. IN DONAT.

4. *Ut non amittant.*] Ita Rob. Stephanus. Codd. vetuſtiores, *Ut amittant*. Utràque lectio ſuſpecta.

COMMENTARIUS.

4. Non facile est expurgatu.] Plaut. Capt. III. 4. 87.

Sed hoc primum me expurgare *tibi volo*.

Mil. II. 6. 17.

Sc. Expurgare *volo me*. Pe. *Tun' te* expurges *mihi?*

5. Haud pol me quidem.] Sub. *Iniquam eſſe inducant animum*. Neque opus cum Guyeto legere, Haud pol ego quidem. Sub. *Iniqua ſum*. Vide Donatum.

Numquam secus habui.] Salluſt. Catil. 11. *Sulla exercitum* luxurioſe habuerat.

6. Eveniat.] Codd. quidam, Eveniet.

7. Multis modis.] Guyetus mallet, Mirimodis. In paucis Codd. eſt Multimodis. Vide Heaut. II. 3. 79. Cic. de Oratore III. 58. ex vetere Poëta:

Multimodis *ſum circumventus, morbo, exilio, atque inopia*.

Adde Giſan. Ind. Lucret. v. *Multimodis*.

ACTUS

ACTUS TERTII

SCENA PRIMA.

PAMPHILUS. PARMENO. MYRRHINA.

Pa. NEMINI ego plura acerba eſſe credo ex amore homini umquam oblata,
Quam mihi. heu me infelicem! hanccine ego vitam parſi perdere?
Haccine cauſa ego eram tantopere cupidus redeundi domum?
Cui quanto fuerat praeſtabilius, ubivis gentium agere aetatem,
Quam

DONATI.

NEMINI EGO PLURA ACERBA.] *Hic allocutio eſt per conqueſtionem. Et bene non ſe amatoribus modo, ſed infelicibus amatoribus comparavit: & principium eſt a ſumma totius mali.*

1. NEMINI EGO PLURA ACERBA.] Ab eo loco conqueſtionis, in quo dicitur, quod nulli fere talia adverſa contigerint. NEMINI EGO PLURA ACERBA.] Nimis ¹ cothurnati & tragici in hac ſcena dolores eſſent, non comici, niſi adderet, Ex AMORE. NEMINI EGO PLURA ACERBA ESSE CREDO.] ACERBA dupliciter evenerunt Pamphilo. ex praeterito, de meretrice: ex praſenti, de uxore.

2. HEU ME INFELICEM!] Ab ipſa ſimplici exclamatione. HEU ME INFELICEM!] Lachrymans hoc dicit. HANCCINE EGO VITAM.] Ab eo quod ab adverſis ad adverſa delatus ſit. PARSI PERDERE?] *Parco*, conſervo, *parſi* facit: *Parco*, veniam do, *peperci*. Modo ergo *continui*, *abſtinui* ſignificat.

3. CUPIDUS REDEUNDI DOMUM?] Ab eo quod contra ſpem contigit malum.

4. UBIVIS GENTIUM AGERE AETATEM.] A malorum ſuorum comparatione. UBIVIS GENTIUM AGERE AETATEM.] Magna deteſtatio praeſentis loci, eligere quaſvis terras, vel quamvis gentem potius, quam eam, in qua eſt. ² *Virgilius:*

Tollite me, Teucri; quaſcunque abducite terras.

Et GENTIUM hic abundat. Et bene, UBIVIS GENTIUM AGERE AETATEM: quia ſupra dixerat, *Hanccine ego vitam parſi perdere?* Nimis enim tragicum fieret, *Satius erat in mari perire.*

OBSERV. IN DONAT.

1. *Cothurnati.*] Mſſ. Hulſt. & Boend. *Conturbati.* Quomodo & Stephanus edidit.

2. *Virgilius.*] Aen. III. 601.

COMMENTARIUS.

1. NEMINI EGO PLURA.] Mſ. Bodl. NEMINI PLURA EGO.

HOMINI UMQUAM.] Haec Guyetus in gloſſis Mſſ. gloſſam vocat; atque adeo mire quatuor hoſce verſus refingit.

OBLATA.] H. e. Eveniſſe. Dicitur igitur τὸ *Offerri* etiam de rebus malis. Sic infra III. 3. 10. atque ibi Donat. & V. 1. 13. Similis fere ſententia Plauti, Merc. II. 3. 1.

3. TANTOPERE.] Mſ. Bodl. TANTO OPERE.

 6. Nos

Quam huc redire? atque haec ita eſſe, miſerum me reſciſcere?
Nam nos omnes, quibus eſt alicunde aliquis objectus labos,
Omne quod eſt interea tempus, prius quam id reſcitum eſt, lucro eſt.
Par. At ſic citius, qui te expedias his aerumnis, reperias.
Si non rediſſes, hae irae factae eſſent multo ampliores:

Sed

D O N A T I.

5. ATQUE HAEC ITA ESSE, MISERUM ME RESCISCERE?] Quod ait, lachrymantis eſt. [1] RESCISCERE, eſt vix reperire, quod de induſtria fuerat celatum.

6. NAM NOS OMNES, QUIBUS EST ALICUNDE.] Aut deeſt *apud*, ut ſit, *Apud nos omnes.* Aut *nos omnes*, pro, *nobis omnibus.* NAM NOS OMNES.] Ratio ſuperioris ſenſus. Et deeſt *apud*, aut *penes*, aut quid tale. NAM NOS OMNES, QUIBUS EST.] Conſtat hanc σύλληψιν eſſe. retulit enim LUCRO EST, non ad NOS OMNES, ſed ad QUIBUS EST ALICUNDE: ut ſit ordo, *Nam quibus eſt alicunde aliquis objectus labos, lucro eſt tempus.* [4] hoc eſt, nos omnes. NAM NOS OMNES, QUIBUS EST.] Hac figura uſus eſt etiam [5] *Tullius* pro Murena, *Praetor quoque ne ſe pulchrum, ac beatum putaret, ei quoque carmen compoſitum eſt.* Nam ille dativum caſum ſubjecit, cum praepoſuiſſet nominativum. Et totum Apollodori eſt, qui ſic ait * [6] ΟΙΓΑΡ ΑCΙCΟΥΝΙΕC ΤΟΝ ΧΡω CΝΟΥ ΔιεΝΤΙΚΗΚΟΤΗC.

* QUIBUS EST ALICUNDE.] Hoc genus locutionis abſolutum dicitur. Tale eſt apud [7] *Virgilium:*

Craſtina lux, mea ſi non irrita dicta putaris,
Ingentes Rutulae ſpectabis caedis acervos.

7. RESCITUM EST.] Σχῆμα ἀνατοΝΟΝ. *

8. AT SIC.] Sed ſic. AT SIC CITIUS, QUI TE EXPEDIAS HIS AERUMNIS, REPERIAS.] At hoc modo, quod veniſti, & diſcordias eſſe celerius reperire poteris: & quo modo his aerumnis te abſolvas. Et bene EXPEDIAS AERUMNIS. aut enim ſolvunt nos curae abeuntes, aut impediunt & ligant advenientes. Ut,

[8] *Solvite corde metum, Teucri, ſecludite curas.*

AT SIC CITIUS, QUI.] Sententia contraria. nam ſupra ſic collegit, Si ignorare mala ſua unicuique bonum eſt: ſequitur ut malum ſit, ea cito cognoviſſe. Hic per contrarium: Si in adverſis ſuis ſuccurrere unicuique quamprimum bonum eſt: ſequitur, ut cito ea cognoviſſe, ſit quam optimum.

O B S E R V. I N D O N A T.

1. *Reſciſcere, eſt vix reperire.*] Doctiſſ. Wielingius ex conjectura: *Id reperire.* Ita tamen etiam ſupra II. 1. 11.

4. *Hoc eſt, nos omnes.*] Lego, *Hoc eſt, nobis omnibus.* Scriptum fuerat in libris antiquis, *n. o.* unde error natus.

5. *Tullius pro Murena.*] Cap. 12. Ubi nunc legitur: *Praetor interea, ne pulchrum ſe, ac beatum putaret, atque aliquid ipſe ſua ſponte loqueretur, ei quoque carmen compoſitum eſt.*

6. ΟΙΓΑΡ.] Aenigma merum. Effingo ex conjectura: ΠΟΝΟΙ ΓΑΡ, ΚΑΚΟΝ ΕΣ ΤΟΝ ΧΡΟΝΟΝ ΟΥΚ ΕΙΔΕΝΑΙ, ΚΕΡΔΟΣ ΤΙ.

7. *Virgilium.*] Aen. X. 244. ubi ſi cum aliis *ſpectabit* legas, locus erit ἀπροσδιόνυσος.

8. *Solvite.*] Virg. Aen. I. 566.

C O M M E N T A R I U S.

6. NOS OMNES.] Varie haec capiunt Interpretes. Fabrini: *Queſte è uno nominativo, a ſcambio di dativo.* Guyetus reponit, OMNIBUS NAM. Donato *eſt genus locutionis abſolutum.* Poſſit & ſenſus eſſe: *Quod ad nos omnes attinet.*

OBJECTUS LABOS] *Objiciendi* verbum μέσον eſt. De re triſti uſurpatur Adelph. IV. 4. 1. Phorm. III. 2. 18. Plaut. Epid. I. 2. 58.

res ſubito haec objecta *'ſt tibi.*

De re laeta Heaut. I. 2. 12. Plaut. Curc. IV. 2. 45.

Quoi homini Dii ſunt propitii, lucrum ei profecto objiciunt.

Eſt

Sed nunc adventum tuum ambas, Pamphile, ſcio reverituras.
Rem cognoſces: iram expedies: rurſum in gratiam reſtitues:
Levia ſunt haec, quae tu pergravia eſſe in animum induxti tuum.
Pa. Quid conſolare me? an quiſquam uſquam gentium eſt aeque miſer?

Prius

DONATI.

10. SED NUNC ADVENTUM TUUM AMBAS.] Ne accuſare alteram altera audeat.

11. REM COGNOSCES.] Melius eſt REM, quam *litem*. REM COGNOSCES: IRAM EXPEDIES: RURSUM IN GRATIAM RESTITUES.] Τρίκωλος ſententia. Et bono ordine uſus eſt. Prius enim fit querela, deinde ponitur iracundia, poſtremo [9] reditur in conſilium.

12. LEVIA SUNT HAEC QUAE TU PERGRAVIA ESSE.] Genus conſolationis, non a ſubſtantia, ſed a quantitate. non dicit [10] non eſſe cauſam ſolicitudinis, ſed *levem* dicit. QUAE TU PERGRAVIA ESSE.] Bene additum contra LEVIA, non *gravia*, ſed PERGRAVIA. LEVIA SUNT.] A quantitate. IN ANIMUM INDUXTI TUUM.] Id perſuaſiſti tibi.

13. QUID CONSOLARE ME? AN QUISQUAM USQUAM.] Ut ſolet in vero angore, ipſa conſolatione aegreſcit dolor. Et ingenioſe, non inquit *Dicis*, ſed CONSOLARIS ME: & hoc ipſo oſtendis ſcire te, quod miſer ſum.

OBSERV. IN DONAT.

9. *Reditur in conſilium.*] Abr. Wielingius: *Reditur in concilium.* i. e. *conciliationem.* A libris nihil praeſidii, ob conſtantem lectionem. Poſſit & *gratiam* ſcriptum fuiſſe, & *concordiam.*

10. *Non eſſe cauſam.*] Abr. Wielingius: *Non eſſe ea cauſam.*

COMMENTARIUS.

Eſt autem LABOS dolor, aerumna. Sic Graeci πόνος & πονεῖν. Heaut. I. 1. 30. Euripides,

Ἔφυ μεν οὐδεὶς, ὅςις οὐ πονεῖ, βροτῶν.

quod Cicero Tuſc. Quaeſt. III. 25. vertit:

Mortalis nemo eſt, quem non attingit dolor.

Vide Barthii Adverſ. XXXIII. 1.

7. LUCRO EST.] Vide Phorm. II. 1. 16.

8. SIC.] Hoc modo, quod nimirum veniſti tempeſtive, ut haſce diſcordias ſedes.

TE EXPEDIAS HIS AERUMNIS.] Vide ad And. III. 5. 11. & mox verſu 11.

10. AMBAS.] Guyetus in Scholiis Mſſ. *ſocrum & nurum* intelligit. Res autem poſtulat, ut mater & uxor intelligatur.

11. REM COGNOSCES.] Vide ad And. Prol. 24.

RURSUM IN GRATIAM RESTITUES.] Πλεονάζει τὸ RURSUM, quod Comicis familiare. Sic Eun. IV. 2. 6. Phorm. V. 7. 29. Plaut. Bacchid. II. 3. 60.

rurſum *in portum recipimus.*

Poen. Prol. 79.

Revortor rurſus *denuo Carthaginem.*

Sic Graeci, πάλιν αὖ, ὕςερον αὖθις. Quanto magis inficete Guyetus τὸ RURSUM expungit.

12. LEVIA SUNT HAEC.] Bona Mſſ. pars, ut & editorum, poſt an. 1469. non agnoſcit τὸ HAEC. Unde Rivius delet; Fr. Fabricius tuetur.

13. AN QUISQUAM USQUAM GENTIUM.] Mſſ. Lipſ. Mark. Boend. Bodl. AN QUISQUAM GENTIUM, omiſſo USQUAM. Ita & Mſ. Donati Hulſt. & omnes Boecleri, cum Mſſ. Leidenſibus quinque, niſi quod in quinto τὸ USQUAM ſupraſcriptum. Ex editis non agnoſcunt anni 1469. Venet. 1490. Lugd. 1520. Eſt autem in Mſ. Donati Boend. Neque videtur abeſſe debere, & ob venuſtatis numeros, & metri rationem, quum octonarius ſit verſus. Et forte ἄκυρον eſt, QUISQUAM GENTIUM, neque enim τὸ GENTIUM fere aliter quam adverbiis jungitur. Plaut. Mil. III. 1. 91.

Nam

Prius quam hanc uxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum:

Jam in hac re, ut taceam, cuivis facile ſcitu eſt, quam fuerim miſer:

Tamen numquam auſus ſum recuſare eam, quam mihi obtrudit pater.

Vix me illinc abſtraxi, atque impeditum in ea expedivi animum meum:

Vix-

DONATI.

14. Prius quam hanc uxorem duxi.] Hoc refert ad illud caput in quo ait; *Nemini ego plura acerba eſſe credo ex amore homini umquam oblata.* Prius quam hanc uxorem duxi.] [11] Ante rem. Habebam alibi animum amori deditum.] An miſer ſit in amore ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, Ante rem, in re, & poſt rem. Habebam alibi.] Gravius dixit Alibi, quam ſi *in meretrice* diceret. Et maluit Alibi dicere, quam *ad meretricem.*

16. Quam mihi obtrudit.] Recte enim dici potuit, *Quomodo ergo uxorem duxit, ſi amabat?* Et bene, Obtrudit, quia invito. Sic alibi, *Aliquid monſtri alunt: ea quoniam nemini obtrudi poteſt, Itur ad me.* Et Obtrudit, pro obtrudebat, [12] *ἐνέργεια* temporis.

17. Vix me illinc abstraxi.] Vix, vel *μόλις*, vel *ſtatim* ſignificat. Atque expedivi animum meum.] Curae, ut diximus, aut ligant, aut ſolvunt. ut [13] *Virgilius*,

Quae mihi reddat eum, vel eo me ſolvat amantem.

[14] amatoris enim curae vincula dicuntur.

OBSERV. IN DONAT.

11. *Ante rem.*] Forte: *Anteqam rem habui.*
12. *Ἐνέργεια temporis.*] Malum, *ἐναλλαγὴ temporis.*
13. *Virg. l. us.*] Aen. IV. 479.
14. *Amatoris.*] Codices quidam: *Amatoriae.*

COMMENTARIUS.

Nam bona uxor, ſi ea deducta eſt uſquam gentium,
Ubi eam poſſim invenire?

15. Jam in hac re.] An in eo, quod alibi habuit animum amori deditum? An in uxore ducenda? Prius placet: maxime ſi integer verſus ſit *παρένθεσις*. Manifeſto enim verſus 14. cum 16. cohaeret. Niſi malis de fluctuatione illa capere, in qua erat primo nuptiarum exordio, nunc Bacchidi, nunc uxori indulgentior.

16. Obtrudit.] Sic And. I. 5. 15.

17. Vix me illinc abstraxi.] In uno Mſſ. Leidenſium eſt illic. In edit. 1469. hinc. And. I. 5. 8.

ut me a Glycerio miſerum abſtrahat?

Et III. 2. 38.

Quis igitur eum ab illa abſtraxit, *niſi ego?*

Quod vero Faërnus ex Libro Bembino legit illi pro illinc, idem eſt in editis quibuſdam vetuſtis. ſed & ita e quatuor Mſſ. Pal. edidit Pareus. Neque aliter legit Guyetus; qui tamen duos hoſce verſus ſpurios vocat, licet ſine detrimento abeſſe non poſſint: pergit enim Pamphilus in iis narrare, quare nemo quiſquam uſquam gentium aeque miſer ſit, atque ipſe. Porro autem nihil obſtat, τὸ illi eſſe pronomen in dandi caſu, neque dicatur mox, *Vixque ad hanc contuleram*, ſed Vixque huc contuleram; ita enim And. II. 3. 12. Pamphilus in ſimili re, *Ut ab illa excludar, huc concludar.* Et ſupra I. 2. 94. *Paullatim elapſus* (animus) *eſt Bacchidi: atque huc tranſtulit amorem.*

Impeditum in ea expedivi animum.] Vide And. III. 5. 11.

18. Porro

Digitized by Google

Vixque huc contuleram; hem! nova res orta 'ſt, porro ab hac quae me abſtrahat.
Tum matrem ex ea re me, aut uxorem in culpa inventurum arbitror.
Quod ita quum eſſe invenero, quid reſtat, niſi porro ut fiam miſer?
Nam matris ferre injurias me, Parmeno, pietas jubet.
Tum uxori obnoxius ſum; ita olim ſuo me ingenio pertulit.

Tot

D O N A T I.

18. VIXQUE HUC.] Maluit HUC, quam *Ad uxorem* dicere. HEM! NOVA RES ORTA 'ST, PORRO.] PORRO, deinde. Et vim habet deinde, modo implicationem continuarum miſeriarum referentis.

20. QUOD CUM ITA ESSE INVENERO, QUID RESTAT, NISI PORRO UT FIAM MISER?] Ordinem ſervavit allocutionis, in quo a praeteritis, a praeſentibus, a futuris inducitur perſonae loquentis oratio. NISI PORRO UT FIAM.] PORRO, poſtea, vel in poſtremum. Alii conjunctionem putant.

21. PIETAS JUBET.] Apte, quia FERRE dixit, addit JUBET.

22. TUM UXORI OBNOXIUS SUM.] MATRIS cum dixiſſet, non intulit *Uxoris*, ſed mutavit caſus. ITA OLIM SUO ME INGENIO PERTULIT.] OLIM, ad diuturnitatem retulit, non ad ſpatium praeteriti temporis.

COMMENTARIUS.

18. PORRO AB HAC.] H. e. Inſuper etiam ab uxore Philumena.

19. EX EA RE ME.] In Mſ. Bodl. & Boend. deeſt τὸ ME.

20. QUOD ITA QUUM ESSE INVENERO.] Vere affirmat Rivius, exemplar vetus Venetum & Lugdunenſe legere: QUAE QUUM ITA ESSE INVENERO. Addo etiam, Mſ. Donati Hulſtianum ita exhibere, *q̄ cum ita ē̄ē invenero.* Eſt vero in eo Codice *q̄* nota vocis *quae*, *qd* valet *quod.* In pleriſque autem Codicibus eſt QUOD. In Mſ. Boend. QUAE.

21. MATRIS FERRE INJURIAS.] Editio anni 1469. MATRIS MEAE. Cicero pro A. Cluent. 6. *Facile intelligo, non modo reticere homines* parentum injurias, *ſed etiam animo aequo* ferre *oportere. Sed ego ea, quae ferri poſſunt, ferenda: quae taceri, tacenda eſſe arbitror.* Plato de Legib. IV. Παρὰ δὲ πάντα τὸν βίον ἔχειν τε καὶ ἐσχηκέναι χρὴ πρὸς αὐτοὺς γονέας εὐφημίαν διαφερόντως, διότι κούφων καὶ πτηνῶν λόγων βαρυτάτη ζημία. Πᾶσι γὰρ ἐπίσκοπος τοῖς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐτάχθη, δίκης νέμεσις ἄγγελος. θυμουμένοις τε ἂν ὑπείκειν δεῖ καὶ ἀποπιμπλᾶσι τὸν θυμὸν, ἐάντ' ἐν λόγοις, ἐάντ' ἐν ἔργοις δρῶσι τὸ τοιοῦτον. ξυγγινώσκοντα ὡς εἰκότως μάλιστα πατὴρ υἱοῖ δοξάζων, θυμοῖτ' ἂν διαφερόντως.

22. OBNOXIUS.] H. l. ſimpliciter pro obligato & obſtricto videtur ſumi. Sumta locutione ex Jure Civili, ubi *noxa* etiam damnum notat, adeoque ille OBNOXIUS proprie, qui de damno ſarciendo tenetur. In L. Aquilia *noxa* culpam notat, ſeu potius damnum injuria datum. Vide Calv. Lex. Jurid. & Inſtit. hoc Tit. Cl. Noodt ad L. Aquil. Grammaticus primae in docendo celebritatis Gellio de origine ac ratione vocabuli OBNOXIUS reſpondit: *Quis adeo tam linguae Latinae ignarus eſt, quin ſciat, eum dici* obnoxium, *cui quid ab eo, cui eſſe* obnoxius *dicitur, incommodari & noceri poteſt, & qui habeat aliquem* noxae, *id eſt, culpae ſuae conſcium?* Gell. VII. 17. ubi vide, quae ex Caecilio, Ennio, Plauto, Virgilio laudantur. Adde verba Phaedri Lib. III. Prol. 34.

ſervitus obnoxia,
Quia, quae volebat, non audebat dicere,

 Adfectus

Tot meas injurias! quae numquam in ullo patefecit loco.
Sed magnum neſcio quid neceſſe eſt eveniſſe, Parmeno,
Unde ira inter eas interceſſit, quae tam permanſit diu.
Par. Haud quidem hercle parvom, ſi vis vero veram rationem exſequi.

Non

DONATI.

23. TOT MEAS INJURIAS.] Hac ſunt injuriae, quas ſupra dixit, *Nocte illa prima virginem non attigit. Quae conſecuta eſt nox, eam nihilo magis.* Et deinde, *Quid interea? ibatne ad Bacchidem? Quotidie.* TOT MEAS INJURIAS.] Aliam vim habet quod dixit, ME PERTULIT: aliam, quod adjecit, INJURIAS MEAS: aliam, quod *reticuit*. QUAS NUMQUAM ULLO PATEFECIT LOCO.] Non dixit *Quas*, ſed QUAE, ut ad omnia, non ad INJURIAS, referatur extrema concluſio.

24. SED MAGNUM NESCIO QUID NECESSE EST.] Bene de ambabus ſentiens, putat magnam cauſam eſſe, quae iram fecerit, & iram diuturnam.

25. QUAE TAM PERMANSIT DIU.] Et a re, & a tempore.

26. HAUD QUIDEM HERCLE PARUM EST.] 15 Servilis ratio & ſordida: & non his reſpondens omnibus quae dixit Pamphilus, ſed tantum noviſſimae parti. PARUM.] Subaudiendum NECESSE EST EVENISSE, vel *evenit*. nam conſequens ſententia tollit, quod ille dixit, NECESSE EST. SI VIS VERO VERAM RATIONEM EXSEQUI.] VERO, vel nomen eſt, vel conjunctio, vel adverbium.

27. NON MAXUMAS, QUAE MAXUMAE SUNT INTERDUM IRAE, INJURIAS FACIUNT.] Injuriae faciunt iras, non irae injurias. ſed hic FACIUNT ὑπαλλακτικῶς dixit, ſecundum ſuperiorem rationem increpans errorem Pamphili, qui de irae magnitudine aeſtimet injuriae quantitatem. Alii FACIUNT, probant, oſtendunt, intelligunt. Caute dixit INTERDUM: plerumque enim ſic. NON MAXUMAS, QUAE MAXUMAE SUNT.] Senſus eſt, In quo primum, *Non irae injurias faciunt*: accipiendum eſt. ſecundum, *Non maxumas maxumae.* FACIUNT, pro oſtendunt.

OBSERV. IN DONAT.

15. *Servilis ratio.*] Quaerit Boeclerus cauſam, cur hoc dicat Donatus.

COMMENTARIUS.

Adfectus proprios in fabellas tranſtulit. Inde porro notat eum, qui alteri quacunque in re morem gerit. Salluſt. Catil. 23. *Minari interdum ferre, ni* obnoxia *foret.* Adde Parei Lexic. Plaut. v. *Obnoxius.*

SUO ME INGENIO PERTULIT.] Laudat hunc locum Schefferus ad Phaed. I. 2. 30. dicitque: Perferre, *non ſolum eſt ferre, ſuſtinere, ſed cum aequabilitate animi ac conſtantia ferre.*

23. TOT MEAS INJURIAS! QUAE NUMQUAM IN ULLO PATEFECIT LOCO.] Ita lego & diſtinguo. Qui vero junctim ediderunt, TOT MEAS INJURIAS QUAE NUMQUAM, iis τὸ QUAE videtur eſſe Philumena. Sed tu cogita, lector, quantum emphaſi decedat hoc pacto. Vide Donatum, oppido erudite haec expedientem. Et in editione Argentinenſi, anni 1496. voci QUAE diverſo charactere additum, *a ſe tolerata omnia.* Sunt autem Mſſ. & editi quidam, in quibus eſt NUMQUAM ULLO. Quomodo & Donatus.

25. QUAE TAM PERMANSIT DIU.] Forte *θυμὸν ἐπίμονον καὶ πολυχρόνιον* dixerat Apollodorus. *Memorem iram* vocat Virgilius, Aen. I. 8. *Memores iras* Ovidius Metam. XII. 583.

26. HAUD QUIDEM HERCLE PARVOM.] Mſſ. & editi veteres varie: HAUD QUIDEM HERCLE PARUM EST. HAUD QUIDEM HERCLE PARVOM EST. HAUD HERCLE QUIDEM PARVOM. AT QUIDEM HERCLE PARVOM. Quae poſterior lectio cum magis oppoſita eſt Pamphilo, tum magis conveniens ratiocinationi Parmenonis. Fortaſſe tamen locus diſtinctione

poſſit

Non maxumas, quae maxumae ſunt interdum irae, injurias
Faciunt. nam ſaepe eſt, quibus in rebus alius ne iratus quidem eſt;
Quum de eadem cauſa eſt iracundus factus inimiciſſimus.
Pueri inter ſeſe quam pro levibus noxiis iras gerunt!

Qua-

DONATI.

29. CUM DE EADEM CAUSA.] Rectum erat ſi diceret, *cum in hiſdem rebus.* adjiciendo CAUSA obſcuravit elocutionem ſuam. ſed convenit ſervo haec humilitas orationis. nam [16] plenum erat ſi diceret: *Nam ſaepe eſt, quibus in rebus alius ne iratus quidem eſt, cum de eiſdem rebus eſt iracundus factus inimiciſſimus.* EST autem pro *evenit* dixit. Et eſt ordo: *Saepe eſt, cum quibus in rebus alius ne iratus quidem eſt: de eadem cauſa iracundus factus eſt inimiciſſimus.* IRACUNDUS FACTUS INIMICISSIMUS.] [17] IRATUS quidem eſt, qui ex aliqua re laceſſitus iraſcitur. IRACUNDUS, qui ex parva nullave cauſa praecedente iraſcitur.

30. PUERI INTER SESE.] Argumentum a ſimili. QUAM PRO LEVIBUS NOXIS.] Interrogative. NOXIS, injuriis, culpis.

OBSERV. IN DONAT.

16. *Plenum erat.*] Mſ. Hulſt. *Planum erat.* quod ex dubia lectione Mſ. vetuſtioris ortum videtur, in quo ſcriptum fuerat, *planum erat.* legendum autem, *planum erat*, quomodo habet Mſ. Lindenbr. & quod oppoſitum τῷ *obſcuravit.*

17. *Iratus quidem eſt.*] Vide And. I. 1. 121. & Adelph. IV. 7. 37.

COMMENTARIUS.

poſſit juvari, ita: HAUD HERCLE QUIDEM. PARVOM EST, SI VIS VERO VERAM RATIONEM EXSEQUI. Ut ſenſus ſit, *Hercle quidem haud magnum quid neceſſe eſt eveniſſe.*

SI VIS VERO VERAM RATIONEM EXSEQUI.] Donatus ad τὸ VERO adhaeſit. Videtur autem vel pro ἀληθινῶς dictum, vel pro, *ex veritate.* conjunctio minime placet. Guyetus τὸ EXSEQUI interpretatur *narrare*, διηγεῖσθαι. Ita Phaed. III. 10. 59.

Haec exſequutus *ſum propterea pluribus.*

Ubi vide Schefferum. Dubium autem nullum eſt, quin valeat, *putare rationem, cogitate meditari.* Ita Plautus, Mil. III. 3. 71. Livius ſaepius.

27. NON MAXUMAS, QUAE MAXUMAE SUNT INTERDUM IRAS, INJURIAS FACIUNT.] Non eſt ferendus Guyetus, legens, NON MAXUMAE SUNT, MAXUMAS QUAE INTERDUM IRAS INJURIAS FACIUNT. Manifeſta ὑπαλλαγή eſt, inverſo rerum & verborum ordine. Senſus eſt: NON MAXUMAS, QUAS MAXUMAE SUNT INTERDUM INJURIAE, IRAS FACIUNT. Quod & Donatus obſervavit. Unde adeo non placet, τὸ FACIUNT a Mer. Caſaubono & Boeclero poſt Donatum verti per oſtendunt, factas arguunt. *Injuriae faciunt iras* ſimpliciter dictum, pro, *efficiunt, gignunt, conciliant.* Sic mox verſu 33. *Iram hanc conciverit.* Unde recte Dacieria: *On pourreit croire auſſi, que Parmenon fait ici ce que les valets font encore aujourd'hui ſur notre Theatre, quand ils veulent faire les Philoſophes, ils ſe brouillent & transpoſent les termes, & on ne laiſſe pas de les entendre.*

28. SAEPE EST.] Sic Belgae eodem ſenſu, *Het is dikwils.* Rem ipſam tangit Lucretius III. 308.

Sic hominum genus eſt: quamvis doctrina polites
Conſtituat pariter quoſdam, tamen illa relinquit
Naturae cujuſque animae veſtigia prima.
Nec radicitus evelli mala poſſe putandum 'ſt,
Quin proclivius Hic iras decurrat ad acres;
Ille metu citius paullo tentetur: at Ille
Tertius accipiat quaedam clementius aeque.

29. IRACUNDUS.] Πικρόχολος. Pronus in iram. FACTUS INIMICISSIMUS.] Mſſ. quidam & impreſſi, FACTUS ALTER INIMICISSIMUS.

30. NOXIIS.] Ut ita legatur, non NOXIS, ratio octonarii poſtulat. Vide Eun. V. 2. 13.

IRAS GERUNT!] Plaut. Poen. III. 6. 16.

Verum ita ſunt iſti noſtri divites:
Si quid bene facias, levior pluma eſt gratia:
Si quid peccatum 'ſt, plumbeas iras gerunt.

Cic. Orat. pro Dejor. 11. Inimicitias *hominum more* gerere *poteratis.* Pro Coel. 13. *Neque enim* medie-

Quapropter? quia enim, qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.
Itidem illae mulieres ſunt ferme, ut pueri, levi ſententia.
Fortaſſe unum aliquod verbum inter eas iram hanc conciverit.
Pa.

DONATI.

31. QUAPROPTER?] *Διαλεκτικῶς* interrogat. QUIA ENIM, QUI EOS GUBERNAT ANIMUS.] *Αἰτιολογικὴ ἀπόκρισις.* INFIRMUM GERUNT.] *Ἐσχηματισμένως, ἀντὶ τοῦ, Infirmus eſt.* Sed *ἀνακολουθία* iſta convenit ſervo.

32. ITIDEM ILLAE MULIERES SUNT FERME, UT PUERI.] Artificioſe MULIERES a perſona: a ſimilitudine, PUERI: a facto, IRAS GERUNT: ab accidentibus ſimilitudinis, *Animus infirmus:* a collatione perſonae mulieris accidentium, LEVI SENTENTIA: a facto, FORTASSE UNUM ALIQUOD VERBUM INTER EAS IRAM HANC CONCIVERIT. qua ſententia totum hic ſublatum eſt, quod ait: SED MAGNUM NESCIO QUID NECESSE EST EVENISSE, PARMENO, UNDE IRA INTER EAS INTERCESSIT. ITIDEM ILLAS MULIERES.] Sexus alius ad ingenium & ſenſus idem eſt. Et mire [18] ſimilitudinem contulit ad id quod agitur.

33. FORTASSE UNUM ALIQUOD VERBUM INTER EAS IRAM HANC CONCIVERIT.] Sic [19] *Plautus, Fortaſſe te amare ſuſpicabere.* Nam veteres infinitivo modo adjungebant FORTASSE. CONCIVERIT.] Commoverit. IRAM HANC CONCIVERIT.] Legitur & CONSCIVISSE. Et *rem conſciviſſe*, eſt rem novam feciſſe. CONCIVERIT.] Decreverit, fecerit.

OBSERV. IN DONAT.

18. *Similitudinem contulit.*] Libri ante Rob. Steph. *Similitudinem continet.* 19. *Plautus.*] Locus incertus. Vide Comment.

COMMENTARIUS.

muliebres umquam inimicitias *mihi* gerendas *putavi.* Eodem fere ſenſu Belgae: *Haat dragen.* Puerorum autem rixas eleganter deſcripſit Xenophon, Cyrop. Lib. 1.

31. QUAPROPTER?] Haec in Codd. quibuſdam Pamphilo tribuuntur.

QUI EOS GUBERNAT ANIMUS.] Salluſt. Catil. 1. Animi imperio, *corporis ſervitio magis utimur.* Inde Gr. *τὸ ἡγεμονικόν.*

INFIRMUM GERUNT.] Habent, poſſident. Infirmo animo praediti ſunt. Ennius Fragment. Lib. IV.

Vos etenim juvenes animos geritis *muliebreis;*
Olla virago virei.

Cic. Offic. III. 29. ex Euripide:

Juravi lingua, mentem *injuratam* gero.

Plaut. Amph. I. 1. 170.

volucrem vocem geſtito.

Bacchid. III. 4. 11.

ſatin' ego animum *mente ſincera* gero?

Lipſius legit: *animi mentem ſinceram* gero. Malim, ſi quid mutandum: *animum mentis ſincerum gero.* Truc. IV. 4. 17. de mure:

Quia, ſi unum oſtium obſideatur, aliud perfugium gerit.

An *quaerit?* Virg. Aen. I. 319.

Virginis os *habitumque* gerens, *& virginis arma.*

Phaed. I. 13. 7.

Quantum decoris *corpore & vultu* geris!

Curt. III. 3. 16. *Eminebant duo aurea ſimulacra cubitalia, quorum alterum Nini, alterum Beli* gerebat effigiem.

32. ITIDEM ILLAE MULIERES SUNT FERME, UT PUERI, LEVI SENTENTIA.] De pueris Horatius, Arte, 159.

iram
Colligit, ac ponit temere, & mutatur in horas.

Quae Virgilio, Georg. III. 165. *mobilis aetas* dicitur. De mulieribus nihil frequentius apud Philoſophos & Poëtas. Propert. II. 9. 33.

Non ſic incerto mutantur flamine Syrtes,
Nec folia hiberno tam tremefacta Noto:
Quam cito feminea non conſtat foedus in ira,
Sive ea cauſa gravis, ſive ea cauſa levis.

Valet autem *levis ſententia*, incertum nec ſtabile

Pa. Abi, Parmeno, intro; ac me veniſſe, nuntia. *Par.* Hem!
quid hoc eſt? *Pa.* Tace.
Trepidari ſentio, & curſari rurſum prorſum. *Par.* Agedum,
ad fores.

Acce-

DONATI.

35. TREPIDARI SENTIO, ET CURSARI RURSUM, PRORSUM.] *Trepidatio*, ad vocem refertur loquentium: *Curſatio*, ad ſonum pedum. Et *trepidatur* primo ab his, qui morbum purant: *curſatur* ab his, qui partum ſciunt. CURSARI RURSUM, PRORSUM.] RURSUM proprie *retro*: PRORSUM, *ante* ſignificat. Et eſt proverbiale, ut dicimus, *Surſum deorſum*, *intro foras*, *hac illac*, & ſimilia. Graeci, *ἄνω κάτω*.

COMMENTARIUS.

le conſilium. Sic Plaut. Epid. III. 4. 80. Moſtell. I. 3. 15. Mil. II. 1. 51.

33. IRAM HANC CONCIVERIT.] Vox *conciendi* de re magna, ſed triſti & infauſta uſurpatur. Plaut. Amph. I. 2. 14.

Amphitruo actutum uxori turbas conciet.

Merc. V. 2. 36. *iſte omnes* fluctus conciet.

Trin. II. 3. 8.

importunam tempeſtatem conciet.

Quia vero Donatus ad haec notat: *Sic Plautus, Fortaſſe te amare ſuſpicabere. nam veteres infinitivo modo adjungebant, Fortaſſe*, & Terentii & Donati lectio merito ſollicitatur. In illo pro CONCIVERIT ſunt qui legunt, CONCIVISSE, vel CONCIISSE. Poſterius Gronovio placet, Obſerv. III. 9. qui & *ſuſpicabere*, quod tamen *ſuſpicavere* legitur in plerisque Codd. antiquis, reſtituit *ſuſpicari*. Malim, *ſuſpicarier*, utpote propius accedens ad vulgatam lectionem, & magis Plautinum. Ipſe vero Plauti locus hodie non extat. Similes adducit Gronovius loc. cit.

34. ME VENISSE, NUNTIA.] Ex more, quo peregre redeuntes, de adventu uxores primum per nuncios faciebant certiores. Plaut. Amph. I. 1. 40.

Me a portu praemiſit domum, ut haec nuntiem uxori ſuae.

Vide Electa Plautina Parei, Tit. *Peregrinationis*. Petrus Nannius tamen Miſcell. Lib. II. exiſtimat, apud Graecos non fuiſſe hanc conſuetudinem, item uti apud Romanos, ſcilicet quod nullum hujus rei apud Plutarchum extet indicium. Apud Graecos autem utique, non apud Romanos hoc obtinuiſſe, tot auctorum veterum loca uno quaſi ore teſtantur. Nefas enim erat in Gynaeceum ſtatim irrumpere; neque id factum legitur, praeterquam in trepidatione, uti infra III. 3. 12. Sed & ibi praecurrerat ancilla, nunciatum de adventu. Romanorum dominae vel obviam procedebant, utpote multo quam Graecorum liberius habitae, liberioremque flantes ſpiritum.

35. TREPIDARI.] H. e. cum tumultu quodam pavitari, quod fit in periculo. Adelph. III. 2. 25. Salluſt. Jugurth. 67. *Romani milites, improviſo metu, incerti ignarique, quid potiſſimum facerent*, trepidare *ad arcem oppidi, ubi ſigna, & ſcuta erant*. Phaed. IV. 5. 3. de muribus in acie fugatis:

Fugerent, & artos circum trepidarent *cavos.*

Liv. I. 7. *Concurſu paſtorum* trepidantium. Georgius Fabricius τὸ TACE Pamphilo tribuit, ad ſervum, reliqua Parmenoni. donec Pamphilus rurſus, NOLI. In aliis Codd. ita: PAR. TREPIDARI SENTIO: ET CURSARI RURSUM PRORSUM. PAM. AGEDUM, AD FORES ACCEDE PROPIUS. PAR. HEM. SENSISTIN'? Rurſum in aliis, uti edidi, niſi quod illa, SENSISTIN'? Parmenoni tribuuntur.

CURSARI RURSUM PRORSUM.] Haec varie leguntur in Codd. Mſſ. & impreſſis: SURSUM PRORSUM. RURSUM ORSUM. ORSUM SURSUM. SURSUM DEORSUM PRORSUM. SURSUM RURSUM PRORSUM. Sic Eun. II. 2. 47. Adelph. IV. 2. 35. Plaut. Amph. V. 1. 60.

Ego cunas receſſim rurſum vorſum *trahere & ducere.*

Epid. II. 2. 63.

Coepi rurſum vorſum *ad illas pauxillatim accedere.*

Gr. *πρόσσω καὶ ὀπίσσω*. Gall. *avant & arriere.*

Varro

Accede propius. hem! ſenſiſtin'? *Pa.* Noli fabularier.
Prô Juppiter! clamorem audio. *Par.* Tute loqueris: me vetas.
My. Tace, obſecro, mea gnata. *Pa.* Matris vox viſa 'ſt Philumenae.
Nullus ſum. *Par.* Qui dum? *Pa.* Perii! *Par.* Quamobrem? *Pa.* Neſcio quod magnum malum
Profecto, Parmeno, me celas. *Par.* Uxorem Philumenam
Pavitare, neſcio quid, dixerunt: id ſi forte eſt, neſcio.

Pa.

DONATI.

37. TUTE LOQUERIS: ME VETAS?] Mire expreſſus eſt mos auſcultantium.

38. TACE, OBSECRO, MEA GNATA.] Non ſolum hic Juno Lucina non inducitur, ſed etiam filentium parturienti inſuper imponitur: quia furtiva conceptio eſt. Et tamen ejuſmodi verba ſunt matris, ut dumtaxat argumentum ſcientibus manifeſta ſint: Pamphilo vero & Parmenoni, tamquam aegram continentis filiam videantur. TACE, OBSECRO, MEA GNATA.] Conceptum furtivum furtim convenit naſci. MATRIS VOX VISA 'ST.] Omnia haec quae ſenſu percipi poſſunt, VISA dicimus. [20] *Virgilius*,

viſaeque canes ululare per umbram.

39. NULLUS SUM.] Rurſus ſe infelicem & miſerum appellavit hic. NULLUS SUM.] Αὐξητικῶς. QUIA PERII.] Satis amatorie.

40. UXOREM PHILUMENAM PAVITARE.] PAVITARE, τῷ ἐξυθενισμῷ.

41. PAVITARE, NESCIO QUID.] *Pavere* & *timere*, & ad corporis, & ad animi perturbationem veteres referebant. [21] Plautus in Bacchidibus: *Nam ut in mari vecta es, credo timida es.* Ergo, PAVITARE, aegrotare: quia ſic horruiſſe viſa ac palpitare venis.

OBSERV. IN DONAT.

20. *Virgilius.*] Aen. VI. 257.

21. *Plautus in Bacchidibus.*] I. 1. 73.

COMMENTARIUS.

Varro apud Non. *Mortales multi* rurſus ac protſus *meant.* Giſanius Ind. Lucret. v. *Plus*, ita ordinat perſonas:

PAM. *Abi, Parmeno, intro, ac me veniſſe nuntia.* PAR. *Hem.* PA. *Quid hoc eſt?* PAR. *Tace.*
Trepidari ſentio, curſari rurſum prorſum. agedum ad fores
Accede propius. PAM. *Hem.* PAR. *Senſiſtin'?* PAM. *Noli fabularier.*

37. PROH JUPITER!] Haec Palmerius Myrrhinae tribuit, totnmque locum mire refingit.

Auoio.] Alii, AUDIVI. quod Faërnus ex libro Bembino & Victoriano, defendit, & ob metrum.

ME VETAS.] Suſtuli interrogationem, ut magis ſit indignantis.

38. TACE, OBSECRO.] Quidam Mſſ. & editi hic novam Scenam incipiunt. Alloquitur autem Myrrhina egreſſa filiam parturientem in aedibus, jubetque tacere, ne partus furtivus prodatur.

39. PERII!] Mſſ. Lipſ. & Bodl. cum edit. anni 1469. QUIA PERII. Quomodo & Dacieria edidit; quamquam nec ſenſum juvat, & verſum impedit, nec ſtilum Terentianum ſapit.

40. ME CELAS.] Ita in Mſſ. Leidenſibus quatuor. in quinto, Boend. & Bodl. ME CELANT. quod defendit Palmerius. Atqui neminem etiam convenerat Pamphilus, nec parentes, nec uxorem, nec ſoceros, poſtquam egreſſus erat e navi. Videtur autem ſolus Parmeno incuſari. quomodo continuo poſt, CUR MIHI ID NON DIXTI? Guyetus locum intactum reliquit. Ex impreſſis CELAS exhibent Juntae, Aldus, Rob.

Stepha-

Digitized by Google

Pa. Interii! cur mihi id non dixti? *Par.* Quia non poteram una omnia.

Pa. Quid morbi eſt? *Par.* Neſcio. *Pa.* Quid? nemon' medicum adduxit? *Par.* Neſcio.

Pa. Ceſſo hinc ire intro, ut hoc quamprimum, quidquid eſt, certum ſciam?

Quonam modo, Philumena mea, nunc te offendam affectam?

Nam ſi periculum ullum in te ineſt, periiſſe me una haud dubium eſt.

Par. Non uſus facto eſt mihi nunc hunc intro ſequi:

Nam

DONATI.

42. QUIA NON POTERAM UNA OMNIA.] Deeſt, *Dicere.* QUIA NON POTERAM UNA OMNIA.] Cum ſtomacho pronuntiavit: & deeſt, *dicere.*

43. NEMON' MEDICUM ADDUXIT?] Scilicet ex quo ſcire poſſes. NESCIO.] Perturbatus Parmeno idem repetit verbum. Et verbum aptum eſt perſonae ſervili.

44. CESSO HINC IRE INTRO.] [22] In vultu proloquium. Sic autem dixit Poëta, ut gravem morbum in uxore ſuſpectans maritus, protinus ingrediatur, & partum improviſus offendat.

45. QUONAM MODO, PHILUMENA?] Amatoria ἀποστροφὴ. Sic in Phormione, *Quod ſi eo meae fortunae redeunt, Phanium, abs te ut diſtrahar, Nulla eſt mihi vita expetenda.* OFFENDAM AFFECTAM?] [23] Laſſam, poſſeſſamque morbo. ab eo quod eſt *affici*: unde *affectus* dicuntur, propter quos afficimur.

*46. NAM SI PERICULUM ULLUM IN TE INEST.] Multum dixit, *Si in te periculum ineſt, me periiſſe non dubito.* Tantus autem affectus non eſt mariti tantum, ſed amatoris quoque. NAM SI PERICULUM ULLUM.] Non permiſit amor dicere *Perituram*; ſed SI PERICULUM.

47. NON USUS FACTO EST MIHI.] Vide artificem *Terentium*, quemadmodum alias per Pamphilum, alias per ipſum Parmenonem invenit, quemadmodum neſciatur a caeteris, virginem ante nuptias ab ipſo Pamphilo vitiatam eſſe. NON USUS FACTO.] Non utile. FACTO abundat.

OBSERV. IN DONAT.

22. *In vultu proloquium.*] Mſ. Hulſt. *Cultum proloquium.*

23. *Laſſam, poſſeſſamque morbo.*] Forte, *laſſam, defeſſamque morbo.*

COMMENTARIUS.

Stephanus, alii. Sed & Fabrini, notans, *Diceva coſi Pamfilo, perche egli credeva, che Parmenone ſapeſſe qualche coſa.* Editio Anonyma: NESCIO QUOD MAGNUM MALUM PROFECTO PARMENO ME CALAT. ut haec averſus ad ſpectatores videatur dixiſſe Pamphilus.

43. NEMON' MEDICUM ADDUXIT?] Videtur id rogare ſollicitus de morbi ipſius gravitate, Phidippique & Myrrhinae cura & ſollicitudine de ſalute Philumenae. Donati expoſitio non placet.

45. AFFECTAM?] Proprie, h. e. *languentem.* Celſus paſſim pulmonem *affici*, renes *affectos* dixit. Propert. II. 28. 1.

Juppiter, affectae *tandem miſerere puellae.*

46. IN TE INEST.] Mſſ. quidam & editi poſt ann. 1469. IN TE EST.

47. NON USUS FACTO.] Vide Heaut. I. 1. 29.

Plaut.

Nam inviſos omnes nos eſſe illis ſentio.
Heri nemo voluit Soſtratam intro admittere.
Si forte morbus amplior factus ſiet,
Quod ſane nolim, maxume heri cauſa mei:
Servom ilico introiſſe dicent Soſtratae:
Aliquid tuliſſe comminiſcentur mali,
Capiti atque aetati illorum! morbus qui auctus ſiet.
Hera in crimen veniet, ego vero in magnum malum.

DONATI.

48. Nam invisos omnes nos esse illis sentio.] Acute ejuſmodi cauſam reperit, quae vel hominem curioſum contineret: quaeque non Parmenonem modo, ſed mox etiam Soſtratam arceat ab ingreſſu.

49. Heri nemo voluit Sostratam.] Quaſi alius dixerit, *Unde intelligis?* Heri nemo voluit Sostratam.] Argumentum odii.

51. Maxume heri causa mei.] Bene Maxume: qui & propter ipſam, vel propter invidiam ſocrus non velit fieri graviorem morbum.

52. Servom ilico introisse.] Mire, ut criminoſius, ſuſpicioſumque ſit: non Lachetis aut Pamphili ſervum, ſed Soſtratae: [24] nec Parmenonem ſaltem.

53. Comminiscentur.] Dicent, [25] cum confinxerint.

54. Capiti atque aetati illorum!] Bene τῷ εὐφημισμῷ maluit illorum, quam *puellae* dicere: quod utique intelligitur. Qui.] Qui, *unde*.

55. Hera in crimen.] Soſtrata in litem. Ego vero in magnum malum.] In quaeſtionis tormenta.

OBSERV. IN DONAT.

24. *Nec Parmenonem ſaltem.*] Lacunam hic eſſe ſuſpicatur Doctiſſ. Wielingius. Poſſit autem ſenſus eſſe: *Nec Parmenonem ſaltem dicent introiſſe, ſed* Servom *Soſtratae.* quaſi & id criminoſius ſit.

25. *Cum confinxerint.*] Ita Rob. Stephanus & Lindenbruchius. In vetuſtioribus Libris eſt, *dicent, confinxerint.*

COMMENTARIUS.

Plaut. Menaechm. V. 2. 1.

Ut aetas mea eſt, atque ut hoc uſus ſacto eſt,
Gradum proferam, progredi properabo.

48. Invisos omnes nos esse illis sentio.] Senſus eſt, Sentio omnes e familia Soſtratae inviſos eſſe Myrrhinae & filiae ejus. Edit. anni 1469. Omnes esse illis, omiſſo Nos.

49. Heri.] Codices quidam Here legunt, quod comicum eſt.

Intro admittere.] Mſ. Bodl. & edit. 1469. Intromittere.

51. Maxime heri causa mei.] Mſ. Lipſ. non agnoſcit τὸ Heri.

52. Dicent.] Libri quidam, Dicerent.

54. Capiti atque aetati illorum!] De vi & uſu hujus ſententiae vide ad Phorm. III. 2. 6. Memini autem obſervare e doctrina Cl. Perizonii, verba haec παρενθέτως non includenda, neque imprecandi vim habere. Quando ſenſus fuerit: *Qua re gravior factus ſit morbus in caput & ſalutem atque in teneram aetatem Philumenae*; cujus nomen ominis cauſa non fuerit nominatum. Boeclerus, ſeu per imprecationem dictum ſit, ſeu ſecus, τὸ Illorum, de una Philumena accipit.

55. Hera in crimen veniet, ego vero in magnum malum.] Similis ſententia eſt Heaut. II. 3. 115. Mſ. Traj. In crimine. Leidenſes omnes, In crimen. Atque ita Mſſ. reliqui, niſi quod Mſ. Boend. & Mark. In litem legunt. Ita ex editionibus, Argentinenſis, Lugdunenſis, Tarviſiana, Anonyma, Veneta, aliae. Et forte ita legit Donatus.

ACTUS

ACTUS TERTII

SCENA SECUNDA.

SOSTRATA. PARMENO. PAMPHILUS.

So. NEſcio quid jamdudum audio hic tumultuari miſera:
Male metuo, ne Philumenae magis morbus adgraveſcat:
Quod te, Aeſculapi, & te, Salus, ne quid ſit hujus, oro!
Nunc ad eam viſam. *Par.* Heus! Soſtrata. *So.* Ehem! *Par.* Iterum iſtinc excludêre.

So.

DONATI.

1. NEſcio quid jamdudum hic audio tumultuari.] *In hac Scena quaſi quaedam deliberatio eſt, continens ſuaſionis diſſuaſioniſque partes, quas in ſubditis conſiderabimus.* Hic.] Quia nimis vicini ſunt.

2. Male metuo, ne Philumenae magis.] Inſtat Terentius bonam ſocrum facere, ut bonam meretricem faciat. Magis morbus adgraveſcat.] Gravior fiat. Proprie, quia morbi graves ſunt dicti. [1] *Virgilius*,

ubi aut morbo gravis, aut jam ſegnior annis,
Deficit.

[2] Salluſt. *Morbi graves ad inediam inſolita veſcentibus.*

3. Quod te, Aesculapi, et te, Salus.] Deeſt *propter*: ut ſit, *Propter quod*.

4. Nunc ad eam viſam.] Sic [3] *Virgil.*
Reſpice ad haec.

Heus! Sostrata.] Vide quemadmodum per ſe ipſum Parmeno, per Parmenonem arceatur Soſtra-

OBSERV. IN DONAT.

1. *Virgilius.*] Georg. III. 95.
2. *Salluſt.*] In Fragmentis.
3. *Virgil.*] Aen. VII. 454.

COMMENTARIUS.

2. Morbus adgraveſcat.] Παράλληλα ſunt, ſupra III. 1. 50.

Si forte morbus amplior factus *ſiet.*

Et verſu 54.

morbus *qui* auctus *ſiet.*

Cic. Tuſc. III. 31.

Si quidem, qui tempeſtivam medicinam admovens,
Non adgraveſcens vulnus *illidat manus.*

Att. X. 4. *Alter ardet furore & ſcelere, nec remittit aliquid, ſed in dies* ingraveſcit. Atque ita saepius. Virg. Georg. III. 504.

Sin in proceſſu coepit crudeſcere *morbus.*

3. Quod te, Aesculapi, et te, salus, ne quid sit hujus, oro!] Aeſculapius ex Epidauro tranſlatus eſt Romam, Apollinis filius, Coronei nepos. Vide Ovid. Metam. XV. 622. ſeqq. Ejus autem & Salutis, ſeu Υ'γιείας Numen junctim colebatur, junctis etiam ſtatuis. Lucian. Hipp. Καὶ εἰκόνες ἐν αὐτῷ λίθου λευκοῦ τῆς

ἀρχαίας

So. Ehem! Parmeno, tun' hic eras? perii! quid faciam miſera?
Non viſam uxorem Pamphili, cum in proxumo hic ſit aegra?
Par. Non viſas? ne mittas quidem viſendi cauſa quemquam.
Nam qui amat, cui odio ipſus eſt, bis facere ſtulte duco:
Laborem inanem ipſus capit, & illi moleſtiam adfert.
Tum autem filius introiit videre, ut venit, quid agat.

So.

DONATI.

Soſtrata: quae neque deeſſe propter officium, neque ingredi propter ſocrum inducitur. Hem.] Interjectio eſt novae rei audientis. Iterum istinc excludere.] Bene Iterum: ut illi pudorem incuteret repetitione injuriae. Et memoriter. jam enim dixit, *Noſtra ilico It viſere ad eam, admiſit nemo.* Et ſimul vide, quam vehementius ad injuriam ſonet *Excludi*, quam *Non admitti.*

5. Ehem! Parmeno.] Ehem, interjectio eſt ejus, quae commota ſit novae re.

6. Non viſam uxorem Pamphili.] Ut dixit ſupra, Servum Sostratae, non *Parmenonem:* ſic hic, Uxorem Pamphili dixit magis, quam *Philumenam:* ut animum & officium ejuſdem ſocrus, & matris breviter demonſtraret.

7. Non viſas?] Unam rem Soſtrata conſuluit, hic de duabus reſpondet: namque & illam non vult ingredi, & cavet ne ipſe mittatur. Et bene, Quemquam: ne aperte pro ſe loqui videatur.

8. Nam qui amat, cui odio ipſus est.] Aliam cauſam ſubjunxit: quia durum fuerat ipſi Soſtratae dici, quod ſupra dictum eſt. Nam qui amat.] Una cauſa a ſententia morali. Cui odio ipſus est.] Deeſt *eam*, vel *eum*.

9. Laborem inanem ipſus capit, et illi moleſtiam adfert.] Hoc validiſſimum ad diſſuadendum fuit. Et illi moleſtiam adfert.] Bene hoc adjecit: ne qui amat, hoc dicat, *Laborem, dum promerear, quem amo.*

10. Tum autem filius.] Alia cauſa ab eventu. Videre, ut venit, quid agat.] Quod ſupra, *Viſere.* An *Viſere*, officii eſt apud aegros: Videre, cognitionis? & ideo additum, Quid agat.

OBSERV. IN DONAT.

4. *Neque ingredi propter ſocrum inducitur.*] Boeclerus ἀντὶ τοῦ *ſocrum* legi jubet, *ſervum*. nihil muto, primum quod *induci propter aliquem*, pro, *per aliquem*, nemo facile dixerit; tum quod per *ſocrum* poſſit intelligi Myrrhina, ſocrus Pamphili, propter quam inducta ſit Soſtrata non ingredi. Sic infra verſu 23.

COMMENTARIUS.

ἀρχαίας ἐργασίας, ἡ μὲν Ὑγιείας, ἡ δὲ Ἀσκληπιοῦ. Conſule Excellentiſſimi Viri, Bernardi Albini Orat. de Ortu & Progreſſu Artis Medicae; & Willich. ad h. l.

5. Tun' hic eras?] Ita ſolent ad ſubitum conſpectum ejus, quem videre vellent. Eun. I. 2. 6.

6. In proxumo hic.] Plaut. Ciſtell. I. 1. 102.

habitat hic in proxumo.

7. Ne mittas.] Edit. anni 1469. Nec mittas.

8. Qui amat, cui odio ipſus est, bis facere ſtulte duco.] Plaut. Trin. III. 2. 12.

Nullum beneficium eſſe duco id, quod, cui facias, non placet.

Cic. Fam. V. 5. *Quae ego ſi non profundere, ac perdere videbor: omnibus meis viribus ſuſtinebo. ſin autem ingrata eſſe ſentiam: non committam, ut tibi ipſe inſanire videar.* Phaed. I. 8. 2.

10. Introiit videre.] Locutio Graeca. Supra I. 2. 114.

It viſere ad eam.

Phorm. I. 2. 52.

Vultiſne eamus viſere?

Propert. I. 1. 12.

Ibat *&* *hirſutas ille* videre *feras.*

Plaut.

So. Quid ais! an venit Pamphilus? *Par.* Venit. *So.* Dis gratiam habeo.

Hem! iſtoc verbo animus mihi rediit, & cura ex corde exceſſit.

Par. Jam ea de cauſa maxume nunc huc introire nolo.

Nam ſi remittent quidpiam Philumenae dolores,

Omnem rem narrabit, ſcio, continuo ſola ſoli,

Quae

DONATI.

11. AN VENIT PAMPHILUS?] Bene imitatur affectum.

12. HEM!] Interjectio foeminina ac matronalis. EX CORDE EXCESSIT.] Geminavit praepoſitionem.

13. NUNC HUC INTROIRE NOLO.] Cur, ſi venit Pamphilus, non ſit introeundum, cauſa narratur.

14. NAM SI REMITTENT QUIDPIAM.] Verbum activum quaſi neutrum poſuit. PHILUMENAE DOLORES.] Δραματικῶς errat. non enim vere dolor morbi eſt, cum ſit partus.

15. SCIO, CONTINUO SOLA SOLI.] Ut,

[5] haud (credo) inviſus coeleſtibus, auras Vitales carpis.

Et ſic, SOLA SOLI dicitur, quomodo *Praeſens praeſenti.* Sic [6] *Virgilius*,

illum abſens abſentem auditque videtque.

OBSERV. IN DONAT.

5. *Haud.*] Virg. Aen. I. 391.

6. *Virgilius.*] Aen. IV. 83.

COMMENTARIUS.

Plaut. Rud. I. 2. 6.

Nunc huc ad Veneris fanum venio viſere.

Horat. Carm. I. 2. 7.

Omne cum Proteus pecus egit *altos*
Viſere *montes.*

10. FILIUS.] Ita Juntae & Rob. Stephanus. Aldus, Daciera, alii, FILIUS TUUS.

11. GRATIAM.] Mſſ. Bodl. & Boend. GRATIAS. Ita & edit. Anon. & Juntae, Stephanus, Pulmannus, alii. ſed GRATIAM tuetur Muretus, ne verſus ſit acatalecticus. Utraque lectio Plautum habet auctorem.

12. ISTOC VERBO ANIMUS MIHI REDIIT.] Plaut. Merc. III. 1. 32.

animus rediit,
Si mecum ſervatur fides.

Epid. IV. 1. 42.

remigrat animus *nunc demum.*

Truc. II. 4. 15.

ah! aſperſiſti aquam,
Jam rediit animus.

Contra Plautus Amph. V. 1. 29.

ita mihi animus *etiam nunc* abeſt.

13. JAM EA DE CAUSA.] Mſſ. Mark. & Boend. ITA EA CAUSA. quomodo ex impreſſis Argentinenſia, Lugdunenſia, uterque Venetus, alii. ſed Anon. Ald. R. Steph. & Junt. JAM EA TE CAUSA.

14. PHILUMENAE.] Ita eſt in Mſſ. Leidenſibus quatuor, ſed & Traject. & duobus Mſſ. Donati. Et ita e Diomed. Lib. III. laudat Fr. Fabricius, defendit Guyetus quanquam Mſſ. alii cum edd. Juntarum, Aldi, Stephani in eleganti editione, anni 1540. formae minimae, Anon. PHILUMENAM praeferunt. Prior lectio Latina magis videtur, eſtque in edd. Argent. Lugd. Rob. Steph. anni 1536. Pictav. aliis. Atque eodem ſenſu Celſo *dolor ſe remittere* dicitur. Plato Legib. VIII. Καὶ ἐὰν μέν σοι δρῶντι λωφᾷ τι τὸ νόσημα. *Si cum haec facias, morbus quippiam remittet.* Sophocles Philoct. 760.

ἕως ἀπῇ
Τὸ Πῆμα τοῦτο τῆς νόσου τὸ νῦν παρόν.

Donec praeſens ſaevitia morbi remiſerit. Sic venti & imbres *remittere* dicuntur.

Quae inter vos intervenit, unde ortum eſt initium irae.
Atque eccum video ipſum egredi. quam triſtis eſt! *So.* O mi gnate!
Pa. Mea mater, ſalve! *So.* Gaudeo veniſſe ſalvom. ſalvan' Philumena eſt? *Pa.* Meliuſcula eſt. *So.* Utinam iſtuc ita Di faxint! Quid tu igitur lacrumas? aut quid es tam triſtis? *Pa.* Recte, mater.

So.

DONATI.

16. QUAE INTER VOS INTERVENIT.] Melius ſic, quam ſi diceret, *Quae illi feceris.* UNDE ORTUM EST.] Pro *ſit.* Ἀνακόλουθον tertium.

17. QUAM TRISTIS EST!] Χαρακτηρισμὸς locuturi Pamphili. O MI GNATE!] Ordo eſt, *O mi gnate, gaudeo te ſalvom veniſſe*: ſed intercedit Pamphilus triſtis.

18. SALVAN' PHILUMENA EST?] Cito probat Pamphilo ſe amare nurum, cum poſt ſalutationem nihil prius, quam de ſalute uxoris ejus inquirat. SALVAN' PHILUMENA EST!] Mire obviam ſibi exeuntem filium nihil aliud, niſi de Philumena interrogavit: ut oſtenderet ejus morbum curae ſibi eſſe.

19. MELIUSCULA EST.] Verum eſt, quantum ad morbum pertinet. MELIUSCULA EST.] Hoc & ad morbum, & ad eventum partitudinis verum eſt. ita non mentitur Pamphilus matri. UTINAM ISTUC ITA DI FAXINT!] Diligentiore officio loquitur, ut rea apud filium ſocrus.

20. QUID TU IGITUR LACRUMAS?] Locus ab eo quod agitur: quo ſignificat, *Si ita eſt, quare ergo tu triſtis es?* RECTE, MATER.] Sic dicimus, cum ſine injuria interrogantis aliquid reticemus. Et bene additum MATER; ut duritia reticentiae blando nomine molliretur. Alii RECTE ſic accipiunt, ut intelligant, *Nihil eſt mali.*

OBSERV. IN DONAT.

7. *Χαρακτηρισμὸς locuturi Pamphili.*] Petrus Victorius, Var. Lect. XXXIII. 24. legit, *προοικονομία locuturi Pamphili.* Quaſi ſignificetur, quum valde triſtem dixerit Pamphilum, orationem ejus futuram querelarum plenam.

COMMENTARIUS.

16. QUAE INTER VOS INTERVENIT.] Ita edo ex omnibus Mſſ. meis, etiam utroque illo Donati; itaque legunt editiones, Anonyma, anni 1469. Lugdunenſis, Argentina, Juntarum, Aldi, Stephani, Pulmanni, Fabrini, aliae. Faernus ex Cod. Bemb. INTERVENERIT tuetur; quod nuperi editores ſunt ſequuti. In altero Mſſ. Donati eſt, QUAE INTER VOS VENIT.

17. O MI GNATE!] Codd. quidam: O MI GNATE, SALVE.

18. GAUDEO VENISSE SALVOM.] Formula adventum gratulantis. Sic Eun. V. 6. 6. Plaut. Epid. I. 1. 5.

Venire ſalvom gaudeo.

Et I. 2. 25.

Salvom te gaudeo huc adveniſſe.

In quibuſdam Libris eſt: GAUDEO VENISSE TE SALVOM.

19. MELIUSCULA EST.] H. e. Paullo melior. Cic. Fam. IX. 18. *Ipſe* melior fio, *primum valetudine.* Et XVI. 5. *Volebam ad te Marionem remittere: quem, cum* meliuſcule tibi eſſet, *ad me mitteres.* An *mittere*, &, *remitteres*? Vide Epiſt. 1.

20. RECTE, MATER.] Vide Heaut. III. 2. 7. & Adelph. IV. 5. 19. Cicero plenius, Fam. IX. 9. *Rectiſſime ſunt apud te omnia.*

21. QUID FUIT TUMULTI?] Plaut. Caſ. III. 5. 22.

Quid intus tumulti fuit?

Sic And. II. 2. 28.

AN DOLOR REPENTE INVASIT?] Ita frequentius

tius

So. Quid fuit tumulti? dic mihi. an dolor repente invaſit?
Pa. Ita factum 'ſt. *So.* Quid morbi eſt? *Pa.* Febris. *So.* Cotidiana? *Pa.* Ita ajunt.
I, ſodes, intro; conſequar jam te, mea mater. *So.* Fiat.
Pa. Tu pueris curre, Parmeno, obviam, atque his onera adjuta.
Par. Quid! non ſciunt ipſi viam, domum qua redeant? *Pa.* Ceſſas?

DONATI.

21. QUID FUIT TUMULTI?] Antiqui ſic declinaverunt, *tumulti*, *ſenati*. ut [8] *Salluſtius*, *Decretum ſenati ſit*. DIC MIHI.] Dic, verbum eſt inſtantis audire, & [9] curioſius interrogantis. [10] *Virgilius*,

Dic mihi, Damoeta, cujum pecus?

DOLOR REPENTE INVASIT?] Proprie INVASIT, quia repente.

22. ITA FACTUM 'ST.] Moris eſt aſſentiri ad dicta interrogantium, qui quae vera ſunt celant. ITA AJUNT.] Bene aliis adſcripſit: ſi falſum ſit, ut ipſis adſcribatur mendacium. ITA AJUNT.] In hac tota interrogatione & reſponſione, colorem induxit ſecretum, aegre objurgantis. ITA AJUNT.] Religioſe mendacium ad rumorem retulit. AJUNT inquit, ne ipſe falſum dicere videretur.

23. I, SODES, INTRO.] Metuit, ne ingrediatur mater ad ſoceros: & ideo dicit, I, SODES, INTRO. Et apparet INTRO dicentem, manu annuere, ut domum redeat: & ſimul quo magis faciat, addit cauſam. CONSEQUAR JAM TE, MEA MATER.] Adjecit & tempus, JAM. MEA.] Neceſſario additum: MEA MATER. Et SODES; quia, I INTRO, durum eſt. FIAT.] Abiens dixit hoc mater. FIAT: ne omnino juſſis alienis parere videatur: quaſi imperemus & nos, quae nos ipſi facturi ſumus.

24. TU PUERIS CURRE, PARMENO, OBVIAM.] Probabilis cauſa, qua ablegat etiam Parmenonem, dum jubet eum pueris occurrere. Et ſimul notandum, quod in hac Fabula ridicule vexatur uſque ad ultimum ſervus & ablegatur, cum ſit & piger & curioſus. ATQUE HIS ONERA ADJUTA.] Locutio antiqua figurata. [11] Et eſt ὑπαλλαγή, pro, ipſos onera portantes, eis onera adjuta.

25. QUID! NON SCIUNT IPSI VIAM, DOMUM QUA REDEANT?] Jam vide, quemadmodum ſervetur Parmenoni perſona loquacis, curioſi, pigri. DOMUM, adverbiale eſt. DOMUM QUA REDEANT?] QUA ſi locum ſignificet, videbitur reliquum praeceptum ſervus non audiviſſe. Sin audivit, QUA, *quomodo* intelligemus. id eſt, quemadmodum onus portent de navi. ut, *Quid fieret*, & *qua fieret*. CESSAS?] De induſtria omnes ablegavit ſuos, ut non audirent quae intus poſt ſcenam ſunt acta: quae tamen populo eſt narraturus.

OBSERV. IN DONAT.

8. *Salluſtius.*] Bel. Catil. 53.
9. *Curioſius interrogantis.*] Vide And. IV. 1. 44. atque ibi Comment.
10. *Virgilius.*] Ecl. III. 1.
11. *Et eſt ὑπαλλαγή.*] Praeſtat haec lectio prae Stephani & Lindenbr. μετωνυμία. quanquam ſunt vetuſti Codices, in quibus neutrum comparet.

COMMENTARIUS.

tius de metu. Metaphora a ſubito impetu hoſtili tranſlata.

22. COTIDIANA?] Pluſculi Mſſ. & editi veteres poſt an. 1469. QUOTIDIAN'?

24. HIS ONERA ADJUTA.] Species ὑπαλλαγῆς, pro, *hos oneribus* ſub. portandis *adjuta*. Sic Phorm. I. 2. 49.

ACTUS TERTII

SCENA TERTIA.

PAMPHILUS.

NEQUEO mearum rerum initium ullum invenire idoneum,
Unde exordiar narrare, quae nec opinanti accidunt:
Partim quae perſpexi his oculis, partim quae accepi auribus:
Qua me propter exanimatum citius eduxi foras.

Nam

DONATI.

NEQUEO MEARUM RERUM INITIUM ULLUM INVENIRE IDONEUM.] *In hac Scena conqueſtio eſt ad deliberationem deſcendens, an habeat Pamphilus, an excludat uxorem: in qua tota oratio Pamphili ad argumentum ſpectans, amatoria magis, quam maritalis eſt. nam aliter non perveniretur ad ultimam cognitionem omnium rerum, niſi adoleſcens furtivum conceptum uxoris, & partum, aliquanto lenius, quam conjugalis dolor expetis, toleraviſſet.*

1. NEQUEO MEARUM.] Haec eſt [1] *Homerica* illa *διαπόρησις*.

Τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω.

NEQUEO MEARUM RERUM INITIUM.] Hoc principium magna *διαπορήσει* oneratur: ut oſtendantur aerumnae & multae & graves. IDONEUM.] Aptum, conveniens.

2. UNDE.] A quo.

3. PARTIM QUAE PERSPEXI HIS OCULIS.] HIS, quaſi miſeris, vult intelligi, quibus perſpexi, vel audivi mala. An ſic dictum eſt, ut apud [2] *Virgilium*,

vocemque his auribus hauſi.

4. QUA ME PROPTER EXANIMATUM.] Inter EXANIMATUM & *Exanimum* hoc intereſt: *Exanimatus*, eſt conterritus, conturbatus. Ut,

Sed quidnam Pamphilum exanimatum video?

Et [3] *Virgilius*,

Exanimata ſequens impingeret agmina muris.

Exanimus vero, eſt occiſus. [4] *Virgilius*,

Corpus ubi exanimi poſitum Pallantis Acoetes.
Servabat ſenior.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Homerica illa διαπόρησις.*] Odyſſ. IX. 14.
2. *Virgilium.*] Aen. IV. 359. Male autem Guyetus hinc effici poſſe putat, Donatum HIS QUAE ACCEPI AURIBUS legiſſe.
3. *Virgilius.*] Aen. V. 805.
4. *Virgilius.*] Aen. XI. 30.

COMMENTARIUS.

1. NEQUEO MEARUM RERUM.] Plaut. Pſeud. I. 4. 5.

neque nunc, quid faciam, ſcio,
Neque exordiri primum, unde occipias, habes.

4. EDUXI FORAS.] Celeritatem abitus notat. Plaut. Amph. IV. 3. 9.

ad regem recta me ducam.

Aul. IV. 8. 8.

Ubi ille abiit, ego me deorſum duco *de arbore.*

Bacchid. IV. 2. 11.

duc *te ab aedibus.*

5. NAM MODO.] Enimvero immiſericorditer

ſcenam

Nam modo me intro ut corripui timidus, alio ſuſpicans
Morbo me viſurum adfectam, ac ſenſi eſſe, uxorem: hei mihi!
Poſtquam me adſpexere ancillae adveniſſe, ilico omnes ſimul
Laetae exclamant, venit! id quod me repente adſpexerant.
Sed continuo voltum earum ſenſi immutari omnium,
Quia tam incommode illis fors obtulerat adventum meum.
Una illarum interea propere praecucurrit, nuntians,

Me

DONATI.

5. Me intro ut corripui.] Raptim ingreſſus ſum. Timidus.] Pro *timens*, nomen loco participii.

6. Morbo me viſurum adfactam.] [5] Quia & hic morbus eſt. Hei mihi!] Interjectio dolentis eſt. [6] *Virgilius*,

Eloquar, an ſileam?

Et dicitur haec figura ἐπιμονή. Hei mihi!] Mire interpoſuit σχετλιασμόν.

8. Id quod me repente.] Deeſt *propter*. ut ſit, *Propter id*: ac per hoc, Ideo. Id quod me repente adſpexerant.] Cauſa cur laetae exclamaverint. Id ergo, *ob id*.

9. Sed continuo voltum earum ſenſi immutari omnium.] Mire Pamphilus etiam ancillarum metu impellitur, ut alienum naſci puerum ſuſpicetur: nec ullo modo in memoriam redeat, hanc ſe puellam, vel hujuſmodi vitiaſſe. Voltum earum.] Quae viderint.

10. Fors obtulerat.] *Offerri* dicuntur tam bona quam mala, ſi inſperata objiciantur aſpectibus. Obtulerat.] [7] *Oblatum* dicitur in utramque partem, quidquid expectationem praevenit.

OBSERV. IN DONAT.

5. *Quia & hic morbus eſt.*] Acute ſuſpicatur Doctiſſ. Wielingius, haec notata eſſe a Donato ad vocem Alio. vide ad verſum 11.

6. *Virgilius.*] Aen. III. 39.

7. Oblatum *dicitur in utramque partem.*] Aut haec, aut proxime ſuperiora non ſunt a Donato. Idem enim, quod ſaepe alias accidit, utrobique dicitur.

COMMENTARIUS.

ſcenam hanc foedat laceratque Guyetus, undecim integros hoſce verſus quaſi inſititios expungens. Nam, ut taceam, multum decedere affectui Pamphili, & ipſi rerum narrationi, parum commode verſus 4. cum 16. cohaeret.

Me intro ut corripui.] Contrarium videtur *proripere*. Virg. Ecl. III. 19.

quo nunc ſe proripit *ille?*

Non tamen ſemper. mox enim verſu 16. Corripui *ilico me inde*. Plaut. Merc. III. 4. 76.

Ut corripuit *ſe repente, atque abiit!*

Aliter Horatius Carm. I. 8. 15.

ne virilis
Cultus in caedem & Lycias proriperet *catervas?*

8. Venit!] Exclamatio accommodata ad repentinum gaudium. Et bene reticetur nomen Pamphili, quia non exſpectabatur alter. Codd. quidam, Venies.

Repente.] Editio anni 1469. Derepente. quod laudant uterque Fabricius. Sic infra IV. 1. 3.

9. Voltum earum ſenſi immutari.] Horat. Serm. II. 8. 84.

Naſidiene, redis mutatae frontis.

Rationem explicat Cicero, de Oratore III. 57. *Omnis enim motus animi ſuum quendam a natura habet* vultum, *& ſonum, & geſtum: totumque corpus hominis, & ejus omnis* vultus, *omneſque voces, ut nervi in fidibus, ita ſonant, ut a motu animi quoque ſunt pulſae.*

10. Quia tam incommode.] Mſſ. & editi quidam veteres: Quod ita incommode.

11. Praecucurrit.] Mſſ. Leidenſes quinque, & Traject. cum edd. vetuſtiſſimis, Venetis, Argentinenſi, Tarviſiana, Anonyma, anni

Me veniſſe: ego ejus videndi cupidus, recta conſequor.
Poſtquam introii, extemplo ejus morbum cognovi miſer.
Nam neque, ut celari poſſet, tempus ſpatium ullum dabat:
Neque voce alia, ac res monebat, ipſa poterat conqueri.
Poſtquam adſpexi, ô facinus indignum! inquam: & corripui ilico
Me

DONATI.

12. Ego ejus videndi cupidus.] Non erit plena vis repentini doloris, ſi aliquid praeſentiens ſuſpicatur. Et ideo addidit, Ego ejus videndi cupidus. Recta conſequor.] Abſolute, & ſine adjectione: non enim addidit *via*.

13. Extemplo ejus morbum.] Morbum miniore animo, quam *vitium* dixit, aut *probrum*. Et recte: quia dixit, Alio me suspicans morbo visurum adfectam, ac sensi esse, uxorem.

14. Spatium.] Moram.

15. Ac res monebat.] Partus.

16. O facinus indignum!] Facinus indignum, non ad illam, hoc eſt, Philumenam, ſed ad auctorem vitii refertur. Et corripui ilico.] Ardens ſcilicet dolore. Et eſt cauſa cur cito exierit.

COMMENTARIUS.

anni 1469. Stephani, Aldi, Gryphii, aliorum, Praecurrit. Priſcianus Inſtit. Grammat. Lib. X. Praecucurrit, quod & Faërnus defendit ex Cod. Bemb. Baſilicano, aliiſque. Videtur autem Praecurrit ad ſenſum melius, quia praeceſſit Exclamat, & mox ſequitur, Consequor. In quibuſdam autem Codicibus Mſſ. & editis poſt an. 1469. Forte interea.

13. Introii.] Mſſ. quidam & impreſſi, Intro adveni. quod Faërnus tuetur ex Codice Bembino & Victoriano.

16. Corripui ilico me inde.] Repetit *corripiendi* vocem ex verſu 5. ut notet, eadem celeritate ſe exiſſe, qua intraverat. Naevius, Colace:

Ubi vidi, exanimabiliter timidis pedibus protinam me dedi.

17. Percitus.] Plaut. Caſ. III. 5. 6.

At iſta obſecro, ne quid in te mali faxit ira percita.

18. Jam ut limen exirem.] Gerardus Falkenburgius ſuo Codici adſcripſerat: ἐξιόντι ἐμοὶ περὶ τὰς θύρας ἡ μήτηρ προσέπεσε. Quomodo fere Plutarchus in Gracch. Videtur autem ſenſus eſſe, *Jam in eo eram, ut limen exirem. jamjam exiturus limen eram.*

Ad genua accidit.] In genibus miſericordiae ſedem fixere. Unde Homericum illud: Θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. Sed & inde libellos ſupplices Deorum genibus affigebant in templis. quod Juvenali, Sat. X. 55. dicitur,

genua incerare Deorum.

Suet. Caeſ. 20. *L. Lucullo liberius reſiſtenti tantum calumniarum metum injecit, ut* ad genua *ultro ſibi* accideret. Virgil. Aen. III. 607.

Dixerat: & genua amplexus, genibuſque volutans
Haerebat.

Et X. 523.

Et genua amplectens effatur talia ſupplex.

Ennius, Pancratiaſte:

Quom deſubito me orat mulier lacrumans, quae ad genua accidit.

Adi Plin. Hiſt. Nat. XI. 45. Sed, Ad pedes accidere, Ad pedes ſe ſubjicere, Ad pedes procumbere, Projicere ſe ad pedes, Ad pedes ſe provolvere, Procumbere ad genua, Ad pedes procidere, Provolvi genibus, Accidere genibus, Cicero, Caeſar, Livius & Tacitus dixerunt.

19. Hoc sic est.] Res eleganter dicitur *eſſe*, h. e. vera eſſe. Plaut. Epid. I. 1. 17.

Quid tibi vis dicam, niſi quod eſt?

Moſtell. I. 2. 12.

ita eſſe, *ut praedico.*

Pſeud. I. 5. 36.

Sint *illa*, *nec ne* ſint.

Plura collegit Pareus Lexic. Plaut. v. *Eſſe.*

20. Omni-

Me inde lacrumans, incredibili re, atque atroci percitus.
Mater conſequitur. jam ut limen exirem, ad genua accidit,
Lacrumans miſera: miſeritum eſt. profecto hoc ſic eſt, ut puto.
Omnibus nobis ut res dant ſeſe, ita magni atque humiles ſumus.

Hanc

DONATI.

17. LACRUMANS.] Non furens, ſed LACRUMANS: non iratus, ſed [8] *miſertus.* ATQUE ATROCI.] Id eſt, vehementi.

18. MATER CONSEQUITUR. JAM UT LIMEN EXIREM.] Oſtendit affectum miſericordiae ſuae, *Matrem* potius dicendo, quam *Myrrhinam*, & addendo *Miſeram.* AD GENUA ACCIDIT.] *Accidere*, eſt geſtu corporis oſtendere humilitatem cadentis: [9] propter *ad*, quod eſt juxta, & *cadere.* [10] *Salluſtius* autem ſine praepoſitione dixit, *Qua accidam, aut quo.*

19. LACRUMANS MISERA.] Miſerabiliter ſe habens. MISERITUM EST.] Ut recte ſupra dictum ſit de illo, *Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili.* MISERITUM EST.] [11] Hoc ipſe ſibi.

20. OMNIBUS NOBIS UT RES DANT SESE, ITA MAGNI ATQUE HUMILES SUMUS.] Mire dixit DANT SESE. [12] Homerus:

Τοῖος γὰρ νόος ἐϛὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγησι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Sed hic SESE illo & validius dixit, & eſt haec καθολικὴ ſententia. *Apollodorus:* ὥτως ἕκαϛος διὰ τὰ πράγματα σεμνὸς ἦν καὶ ταπεινός.

OBSERV. IN DONAT.

8. *Miſertus.*] Immo PERCITUS. niſi forte reſpicit verſum 19. unde mox, *oſtendit affectum miſericordiae ſuae.*

9. *Propter Ad.*] Codd. veteres: *Poſt quod eſt juxta.* Lego: *compoſitum ex* ad, *quod eſt, juxta.*

10. *Salluſtius.*] Videtur e memoria laudare verba Adherbalis: *Quos accedam? aut quos appellem?* Bello Jug. 14.

11. *Hoc ipſe ſibi.*] Immo ſpectatoribus.

12. *Homerus.*] Odyſſ. Σ. 135.

COMMENTARIUS.

20. OMNIBUS NOBIS UT RES DANT SESE, ITA MAGNI ATQUE HUMILES SUMUS.] Veriſſima ſententia, & multis poſt Homerum Donato laudatum celebrata. Ubi Euſtathius, τουτέϛιν, inquit, ὁποῖα ἂν εἴη τὰ προσπίπτοντα, τοιοῦτός ἐϛι καὶ ὁ νοῦς, ἐν εὐτυχίαις, συνεξαιρόμενος, ἐν δὲ τοῖς ἀνάπαλιν, ταπεινούμενος. καὶ ὅλως, τοῖς πράγμασι συνεξομοιούμενος, καὶ πρὸς τὰ παραπίπτοντα σχηματιζόμενος. Ex Menandri Ἀδήλῳ δράματι refert Stobaeus, quae ab aliis Euripidi tribuuntur, laudante Georgio Fabricio:

Πρὸς τὰς τύχας γὰρ τὰς φρένας κεκτήμεθα.

Addo proxime praecedentia:

Νόος δ' ἐπ' ἀνθρώποισιν οὐκ ἐφήμερος
Ἔϛ', ἀλλ' ἐφήμεροι βροτοὶ δὴ ζώομεν.
Ὅπως ἑκάϛην ἐκτελευτήσῃ Θεός.

Archilochi fertur, ſeu Apollodori: Τοῖος ἀνθρώποισι νοῦς, ὦ Γλαῦκε, παῖ Λεπτίνεω, Γίγνεται, θνητοῖς ὁκοίην Ζεὺς ἐπ' ἡμέραν ἄγει. Quomodo reſtituit locum corruptum Cl. V. Joſ. Barneſius. Liv. XXIV. 25. *Haec multitudinis natura eſt, aut ſervit humiliter, aut ſuperbe dominatur.* Dixit autem, RES DANT SESE, uti Plautus Bacchid. IV. 4. 25.

An neſciebas, quam ejuſmodi homini raro tempus ſe daret?

Ordo eſt, *An neſciebas, quam raro ejuſmodi tempus ſe daret homini?* Intelligit autem tempus argenti ſumendi. Virg. Georg. I. 276.

Ipſa dies *alios alio* dedit *ordine Luna*
Felices operum.

MAGNI ATQUE HUMILES.] Ubi MAGNI & HUMILES ſibi invicem opponuntur, illi ſunt ſuperbi, elatis animis, ὑπέρθυμοι, hi obſcuri, abjecti & ignobiles. Plaut. Mil. IV. 2. 53.

magnum *me faciam*
Nunc, quoniam illaec me collaudat.

Unde *magnifica verba*, Eun. IV. 6. 3. & *magnificen-*

Hanc habere orationem mecum a principio inſtitit:
O mi Pamphile! abs te quamobrem haec abierit, cauſam vides.
Nam vitium eſt oblatum virgini olim, ab neſcio quo improbo.
Nunc huc confugit, te atque alios partum ut celaret ſuum.
Sed cum orata ejus reminiſcor, nequeo, quin lacrumem miſer.

Quae-

DONATI.

22. O mi Pamphile! abs te quamobrem haec abierit.] A nomine & blandimento, mire: quia ſecreta confitetur. Ut [11] *Virgilius*,

Anna, fatebor enim, miſeri poſt fata Sichaei.

A principio idem elaboravit, ut adverſus pudorem conſcientia & voce & confeſſione duraret. O mi Pamphile! abs te quamobrem haec abierit.] Venialis ſtatus, in quo confeſſio eſt & precatio. Abs te quamobrem.] Morale blandimentum ante confeſſionem.

23. Nam vitium.] Eſt confeſſio. Nam vitium est oblatum.] Coepit a cauſa. Oblatum.] Ad repentina pertinere ſuperius annotavimus. Et Oblatum, quaſi non exſpectanti & nolenti. Virgini.] Quaſi quae falli poſſet. Olim.] Recte Olim: quia facilis venia circa vetera jam delicta. unde tentat temporis longinquitate extenuare peccatum. Olim ergo, ante menſes novem. Ab nescio quo improbo.] Mire contemſit perſonam, dicendo Nescio quo, id eſt, neſcio quem dixit. ut oſtendat ignobilem, [14] ita abjectum. nam ſi nomen illi eſt, habet & dignitatem: ut,

[15] *& nos aliquod nomenque decuſque*
Geſſimus.

Et ne placere videatur is qui fecit, *Improbum* dixit.

25. Sed quum orata ejus.] Bona *παρένθεσις*. Nequeo quin lacrumem miser.] Videtur quaſi diſtillantes fletus detergere. Nequeo.] Deeſt *continere*.

OBSERV. IN DONAT.

11. *Virgilius.*] Aen. IV. 20.

14. *Ita abjectum.*] Mſ. Boend. & editi veteres, *Ita adjectum.* Forte, *Id adjectum.* Vel, *& abjectum.*

15. *Et nos.*] Virgil. Aen. II. 89.

COMMENTARIUS.

gnificentia. Phorm. V. 7. 37. Contra Phaedrus I. 30. 1.

Humiles *laborant, ubi potentes diſſident.*

Venit hoc adeo in mentem Pamphilo, ubi videret miſerandam ſpeciem Myrrhinae ſoerus, nobilem apprime mulierem dignitatis ſuae oblitam ad genua accidere & ſupplicare genero, orantem, ne velit *παραδειγματίσαι* uxorem.

21. Instititit.] Mſſ. Mark. & Traject. Instituit. Edit. Anon. Instruit. Cic. Off. III. 26. de Ulyſſe:

Furere aſſimulavit, ne coiret, inſtitit.

Fam. X. 16. *Flagitare Senatus* inſtitit *Cornutum.* Livius paſſim.

25. Orata ejus.] Supplicis ſocrus verba Sic infra IV. 1. 60.

26. Quasquae fors fortuna est.] Ita edidi, monente Fr. Fabricio, pro vulgato Quaequae. Ita autem fere loquebantur, quoties laeti quidquam ſibi obtigiſſet, & incerti eſſent, cui Deorum, Dearumve id acceptum eſſet ferendum. Plaut. Rud. I. 4. 37.

quiſquis eſt *Deus, veneror.*

Virgil. Aeneid. IV. 576.

ſequimur te, ſancte Deorum,
Quiſquis es.

Sic Act. Apoſt. XVII. 23. dicitur Ἀγνώστῳ Θεῷ dedicata ara. Quoties autem Fors fortuna jungitur, uti h. l. & Phorm. V. 6. 1. videtur prior vox ſubſtantive, poſterior adjective fuiſſe ſumta.

27. Obsecramus.] Ita plerique omnes Codices. Quidam cum Donato Obtestamur. Sic And. I. 5. 56.

Si jus, si fas est.] De uſu & vi vocis Si, vide And. I. 5. 57. Ut adeo ἀπροσδιόνυσον ſit, quod citat Mericus Caſaubonus ex Apoſt. Paulo Philipp. IV. 8. εἴ τις ἀρετὴ, καὶ εἴ τις ἔπαινος. *Si quae virtus, ſi quae laus.*

28. Advorsa ejus.] Intelligit ſtuprum virgi-

ni

Quaequae fors fortuna eſt, inquit, nobis quae te hodie obtulit,
Per eam te obſecramus ambae, ſi jus, ſi fas eſt, uti
Advorſa ejus per te tecta, tacitaque apud omnes ſient.
Si umquam erga te animo eſſe amico ſenſiſti eam, mi Pamphile:
Sine labore hanc gratiam, te, ut ſibi des pro illa, nunc rogat.
Caeterum de reducenda id facias, quod in rem ſit tuam.

Par-

DONATI.

26. QUAEQUE FORS FORTUNA.] Precatio. FORS FORTUNA.] Τ'φὴν. id eſt, ſubita fortuna. Et FORTUNA, in incerto: FORS FORTUNA, in bono ponitur. [16] *Virgilius*, *ſi qua in te fortuna fuiſſet.* Et ipſe, *O fors fortuna.*

27. PER EAM TE OBTESTAMUR.] Oratorie inducuntur & [17] pro tacentibus preces. PER EAM TE OBTESTAMUR AMBAE.] *Obteſtatio*, eſt precatio cum mentione earum rerum, pet quas petimus: ut,

> [18] *per everſas, genitor, fumantia Trojae*
> *Excidia obteſtor.*

SI JUS, SI FAS EST.] Utrum hoc invidioſe, an quaſi foemina, quae leges neſciat?

28. UTI ADVORSA EJUS.] Mire non *crimen*: ſed ADVORSA. PER TE TECTA, TACITAQUE.] TECTA, ſi reducis: TACITA, ſi tepudias ſub alia excuſatione. An idem ſignificant? an potius, *Neque re, neque verbo indices?* An TECTA, ne videantur: TACITA, ne dicantur? TECTA, TACITAQUE.] TECTA ſint, ne haec alii ſciant: TACITA, ne ipſe indicet.

29. SI UMQUAM ERGA TE.] [19] *Virgilius*,

> *Si conceſſa pete, ſi dant ea moenia Parcae.*

Terentius in Andr. *Si te in Germani fratris dilexi loco, Sive haec te ſolum ſemper fecit maximi.* SI UMQUAM ERGA TE.] Ab anteacta vita.

30. UTI SIBI DES, PRO ILLA.] Subauditur, *gratia*.

31. CAETERUM DE REDUCENDA.] Tentat etiam hoc perſuadere, ſed oratorie & verecunde. Et mire, DE REDUCENDA dixit, non *De reſpuenda.* QUOD IN REM SIT TUAM.] Nam niſi reducatut, reddenda dos etit.

OBSERV. IN DONAT.

16. *Virgilius.*] Aen. IX. 41. Legitur autem: *Si qua interea fortuna fuiſſet.*
17. *Pro tacentibus.*] Malim: *Pro abſentibus.*
18. *Per everſas.*] Virg. Aen. X. 45.
19. *Virgilius.*] Aen. V. 798.

COMMENTARIUS.

ni illatnm, partumque jam jam inſtantem.

TECTA, TACITAQUE.] Sic mox verſu 41.

30. SINE LABORE.] Guyetus mire refingit hunc verſum, legens: *ſine livore hanc gratiam, te, ut ſibi des pro illa, nunc rogo.* Rationem ſi quaetas, *ridiculum* vocat illud, SINE LABORE; non cogitans idem eſſe, quod, nullo negotio, facili opera, ſeu, quod commodo tuo facere poſſis. Phaed. III. 7. 24.

> *Sic* ſine labore *venter impletur meus.*

UT SIBI DES PRO ILLA.] Mſſ. Mark. & Traject. ſed & dno Leidenſes, UTI SIBI DES, ILLA NUNC ROGAT. Sed in alteto Leidenſi τὸ PRO eraſum. Ita & poſt editionem anni 1469. plures e veteribus. Dixit autem, HANC GRATIAM UT SIBI DES PRO ILLA, uti Plautus Capt. III. 5. 63.

> *Ergo ab eo petite* gratiam *iſtam.*

Pro beneficio nimirum, quod comitatur gratia: Et Stich. I. 2. 23.

> Gratiam *a patre ſi petimus, ſpero ab eo impetraſſere.*

32. PAR-

Parturire eam, neque gravidam eſſe ex te, ſolus conſcius.
Nam ajunt tecum poſt duobus concubuiſſe eam menſibus.
Tum, poſtquam ad te venit, menſis agitur hic jam ſeptimus:
Quod te ſcire, ipſa indicat res. nunc ſi potis eſt, Pamphile,
Maxume volo, doque operam, ut clam eveniat partus patrem:
Atque adeo omnes. ſed ſi fieri id non poteſt, quin ſentiant,
Dicam abortum eſſe: ſcio, nemini aliter ſuſpectum fore,
Quin,

DONATI.

32. SOLUS CONSCIUS.] A poſſibili. nam hoc nomine oſtendit tacere eum poſſe, quod conſcius ſit ipſe ſolus.

33. NAM AJUNT.] Honeſtius AJUNT, pro *Ait* dixit. nam quis aut ſcire, aut dicere potuit, niſi Philumena? ergo recte. AJUNT enim potius honeſtum eſt, quam *Ait*. POST DUOBUS CONCUBUISSE EAM MENSIBUS.] POST DUOBUS, ſimpliciter accipiendum. non *poſt duos*. eſt enim ἀντιςροφὴ, pro DUOBUS POST. id eſt, non ſtatim ut nupta ſit, ſed, poſtquam nupta eſt, poſt duos menſes nuptiarum: ut ſint reliqui quinque menſes. Et hinc apparet, [20] ante duos menſes, priuſquam cum Pamphilo concumberet, vitiatam, [21] quatuor menſibus cum Pamphilo fuiſſe: ex quibus, duobus [22] poſterioribus amatam eſſe, reliquis tribus peregrinatum fuiſſe Pamphilum. An POST DUOBUS, pro *poſt duos?* ut [23] *Plautus: Poſt principio denique*. Et, *poſt paullo*.

35. QUOD TE SCIRE IPSA INDICAT RES.] Quia contriſtatus corripuiſti te foras.

36. EVENIAT PARTUS.] Philumenae ſcilicet.

38. ABORTUM ESSE.] Non eſt Latinum *Aborſa eſt*: ſed, *Abortum fecit*. ABORTUM ESSE.] Deeſt, *natum*, vel *factum*, vel abſolute. quomodo dicimus, *e re nata*: vel quemadmodum dicimus, *ex te mihi orta eſt injuria*. DICAM ABORTUM ESSE.] Rationabiliter dixit. fit enim abortus menſe ſeptimo ſine pernicie foeminae. SUSPECTUM FORE.] Suſpicabilem, ſuſpicioſum.

OBSERV. IN DONAT.

20. *Ante duos menſes.*] Forte, *Ante quinque menſes*.

21. *Quatuor menſibus.*] Forte, *quinque menſibus*.

22. *Poſterioribus.*] Forte, *Prioribus*. Integrum igitur locum ita legerim: POST DUOBUS] *ſimpliciter accipiendum, non, poſt duos, eſt enim* ἀντιςροφὴ, *pro*, DUOBUS POST; *id eſt, non ſtatim, ut nupta ſit, ſed, poſtquam nupta eſt, poſt duos menſes nuptiarum, ut ſint reliqui quinque menſes*. Quae ſequuntur, nihil ſani habent. Forte ita reſtituenda: *Et hinc apparet, ante quinque menſes, priuſquam cum Pamphilo concumberet, vitiatam, quinque menſibus cum Pamphilo fuiſſe: ex quibus duobus prioribus amatam eſſe, reliquis tribus peregrinatum eſſe Pamphilum*. Fuit igitur re vera partus decem menſium.

23. *Plautus.*] Perſ. IV. 1. 4. ubi vulgo nunc: *Poſt principia denique*.

COMMENTARIUS.

32. PARTURIRE EAM.] Ineptos ſpurioſque vocat hoſce tres verſus Guyetus. Sane inepte.

NEQUE.] Mſſ. quidam, & editi, NEC.

33. AJUNT.] Palmerius & Pareus hanc vocem delent.

TECUM POST DUOBUS CONCUBUISSE EAM MENSIBUS.] Nihil hic expedit Donatus, ſi modo Donati ſunt, quae vulgo leguntur. Eſt autem hic verſuum duorum ordo, *Nam poſtquam ad te venit, menſis agitur hic jam ſeptimus. Tum ajunt, tecum poſt duobus concubuiſſe eam menſibus*. Faernus τὸ EAM expungit, ex libro Bembino.

35. IPSA INDICAT RES.] Quia nimirum clamabat Pamphilus. *O facinus indignum!* ſupra verſu 16. Unde male Guyetus in Gloſſis Mſſ. *Ipſa puella in partu deprehenſa*.

37. FIERI ID NON POTEST.] Mſ. Bodl. & edit. anni 1469. FIERI NON POTEST.

38. ABORTUM.] Codices quidam Mſſ. & editi veteres, ABORTIVOM.

39. RECTE EUM NATUM.] Capiunt vulgo de ſeptimo menſe, qui *juſtus partus* nuncupetur legibus. Mihi ideo *recte natus* dicitur, quia non

Digitized by Google

Quin, quod veriſimile eſt, ex te recte eum natum putent.
Continuo exponetur. hic tibi nihil eſt quidquam incommodi:
Et illi miſerae, indigne factam injuriam contexeris.
Pollicitus ſum: & ſervare in eo certum 'ſt, quod dixi, fidem.
Nam de reducenda, id vero neutiquam honeſtum eſſe arbitror:
Nec faciam: etſi amor me graviter, conſuetudoque ejus tenet.
Lacru-

DONATI.

39. Ex te recte eum natum putent.] Nove dixit *Natum abortum*: quaſi abortus naſcatur. Natum ergo pro facto, conceptoque dixit.

40. Exponetur.] Ad mortem ſcilicet. Hic tibi nihil est quidquam incommodi.] Quum alienus exponitur, & non tollitur pro tuo. Et mire necandi pueri non fit mentio: quia Pamphili filius invenietur, [24] quum ei etiam per patrem puellae Poëta ſuccurrit. Hic tibi nihil est quidquam incommodi.] Ab utili. Et eſt παρέλκον quattum: ut, *Nihil vidi quidquam laetius.*

41. Et illi miserae, indigne] Ut non ſit ἀνακόλουθον. Superiori verſui τὸ Et addendum eſt: ut ſit, Et tibi nihil est quidquam incommodi. Et illi miserae.] Concluſio per enumerationem. Et non laederis, inquit, & prodeeris miſerae. Factam injuriam.] Mire injuriam dixit: [25] ut non contemnenda ſit, ſed tollenda.

41. Pollicitus sum.] Plus quam *promiſi.* Quod dixi.] Quod promiſi.

43. Id vero neutiquam honestum essa arbitror.] Neutiquam, non eſt omnino negativum, ſed aliquid aſſenſionis habet. Eſt enim Neutiquam, non nimis, non valde.

44. Nec faciam.] Bene addidit, nec faciam. multa enim etiam inhoneſta amore [26] ſuſpicimus. Etsi amor me graviter, consuetudoque tenet.] Hoc cum gemitu. Etsi non complexivum, neque praepoſitivum, ſed ſubjunctivum, [27] id eſt, pro *tametſi.* Amor me graviter, consuetudoque.] Quae duae res contra honeſtum & utile validiſſimae. Et bene tenet, non *tenuit.*

OBSERV. IN DONAT.

24. *Quum ei etiam per patrem puellae Poeta ſuccurrit.*] Ita Rob. Stephanus primus, opinor, edidit, quum antea legeretur: *cum et etiam per patrem puella concurrit.*

25. *Ut non contemnenda ſit, ſed tollenda.*] Mſ. Hulſt. *Ut non condemnanda ſit, ſed dolenda.* Libri alii corrupte: *ut non contemnenda ſit tollenda vel dolenda.*

26. *Suſpicimus.*] Forte, *Suſcipimus.* quomodo jam Rob. Stephanus & Lindenbr. ediderunt.

27. *Id eſt, pro tametſi.*] Male junguntur, *id eſt*, & *pro.* Reſtituo igitur: *Sed ſubjunctivum eſt, pro tametſi.*

COMMENTARIUS.

non ex furtivis amoribus, ſed legitimo matrimonio poterat videri conceptus, atque ex patre, quem nuptiae demonſtrabant. Neque aliter Donatus accipit. In eandem ſententiam τὸ Recte occurrit infra IV. 1. 16. Idem placebat Ampliſſimo Senatori, Corn. van Bynkershoek. Monet me tamen Vir Doctus, utique de ſeptimo menſe hunc capiendum eſſe locum. *Quid enim, ait, ſibi vult τὸ* potent? *Certiſſimum erat, ex legitimo natum eſſe matrimonio, qui patrem demonſtrare poſſit. Ergo hic aliud ſane intelligitur, ſc. de quo dubitandi cauſſam homines idoneam habeant, nempe ſi reſciſcant, eam cum Pamphilo duobus demum poſt nuptias concubuiſſe menſibus. Quare ſi abortum fuiſſe dicatur, omnem alienae conceptionis ſuſpicionem mater a filia amolietur, eo quod nullum in abortu definiri poſſit tempus.*

40. Exponetur.] Vide Boecleri Chreſtomathiam, v. *Exponere.*

41. Et illi.] Mſ. Mark. Ut illi.

43. De reducenda.] H. e. quod ad reductionem attinet. Plaut. Rud. IV. 7. 2.

de illo vidulo,
Si ſapias, ſapias: habeas, quod Di dannnt boni.

Cicero ſaepius.

44. Amor me graviter, consuetudoque

 ejus

Lacrumo, quae poſthac futura 'ſt vita, quum in mentem venit,
Solitudoque. O fortuna, ut numquam perpetuo es bona!
Sed jam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit.
Quem ego tum conſilio miſſum feci: idem nunc huic operam dabo.
Adeſt Parmeno cum pueris: hunc minime 'ſt opus

In

DONATI.

45. Lacrumo, quae poſthac futura 'st vita.] Bene propenſior in affectum eſt, ut veriſimile fiat potuiſſe reticere. Et Lacrumo non pendet a ſuperiori: ſed interpoſitis diu fletibus dixit. Lacrumo, quae poſthac.] Quae, modo vim pronominis non tenet, ſed querelae. Et lacrumo, ſic dixit ut [28] *Virgilius*,

Sic effata, ſinum lacrumis implevit obortis

Et eſt ordo, Lacrumo, cum in mentem venit.

46. O fortuna.] Hic *Fortunam* pro bona poſuit. Ut numquam perpetuo es bona!] Legitur & data. nam & ſic pro *bona* intelligitur neceſſario.

48. Idam nunc huic operam dabo.] Si idam, ego. ſi eidam, hoc eſt amori. Operam dabo.] Difficultatem rei oſtendit, dicendo Operam dabo.

49. Adest Parmeno cum pueris.] Quia idem Parmeno eſt ſecretorum conſcius, addidit, Cum pueris. Minime 'st opus.] Id eſt, omnino non eſt opus.

OBSERV. IN DONAT.

28. *Virgilius.*] Aen. IV. 30.

COMMENTARIUS.

ejus tenet.] Videtur per τὸ διὰ δυοῖν dictum, Amor, consuetudoque, pro, *amor conſuetus.* Sic And. I. 1. 108

ut conſuetum *facile* amorem *cerneres.*

Mſ. Bodl. & edit. 1469. Consuetudoque tenet. Sed τὸ ejus abeſſe nequit, niſi τὸ Consuetudo facias quinque ſyllabarum. Faërnus delet τὸ Ms. Poſſit & Amor ad affectum maritalem referri, Consuetudo ad ipſam *συνουσίαν.*

46. O fortuna, ut numquam perpetuo es bona!] Ennius Annal. VIII.

Haud quaquam quemquam ſemper Fortuna ſecuta 'ſt.

Accius, Medea:

Fors dominatur, neque ulli vita propria In vita eſt.

Plaut. Capt. II. 2. 54.

fortuna humana fingit artatque (an, *aptatque*?) *ut lubet.*

Si vero non bona ſcripſit Terentius, ſed data, quomodo alus legi obſervat Donatus, poſſit videri imitatus Plautum, Ciſtell. I. 3. 46.

Ut ſunt humana, nihil eſt perpetuom datum.

Menander:

Ἅπαντα νικᾷ καὶ μεταστρέφει Τύχη.

Et:

Τὸ τῆς Τύχης τοι μεταβολὰς πολλὰς ἔχει.

Citat Stobaeus de Rer. Nat. cap. 10. ἐξ ἀδήλων δραμάτων. Ibidem ἐν τῷ Κιθαριστῇ:

Ὡς ποικίλον πρᾶγμ' ἐστὶ, καὶ πλάνον Τύχη!

Dixit autem, Ut *numquam perpetuo es bona*, uti Propertius II. 33. 35.

Me miſerum, ut *multo nihil eſt mutata Lyaeo!*

47. Ad hanc rem exercitatum.] Id vult, didiciſſe ſe jam uſu & exemplo Bacchidis, amorem e corde ſuo amovere; atque adeo paullo facilius divortium cum Philumena eſſe laturum.

48. Quam ego tum.] Mſſ. & editi quidam: Quam ego tamen. Laudat Guyetum Boeclerus, verſum hunc tanquam ineptum hinc ablegantem; additque obeſſe argumento & τῇ οἰκονομίᾳ, ſi dicatur Pamphilus ad priſtinum amorem

Digitized by Google

In hac re adeſſe. nam olim ſoli credidi,
Ea me abſtinuiſſe in principio, cum data eſt.
Vereor, ſi clamorem ejus hic crebro audiat,
Ne parturire intelligat. aliquo mihi eſt
Hinc ablegandus, dum parit Philumena.

DONATI.

53. Aliquo mihi est hinc ablegandus, dum parit Philumena.] In tota Comoedia non ceſſabit, cum ſit piger; nec reſciſcet aliquid, cum ſit curioſus, Parmeno.

54. Dum parit Philumena.] Dum, alias *dummodo*, alias *donec*: nunc, *quamdiu*.

COMMENTARIUS.

rem Bacchidis animum referre. Tum repugnare dicit, quae leguntur infra IV. 4. 75. & V. 1. 25. 26. quibus locis Pamphilus & Bacchis ſancte adjurant, nullam poſt nuptias cum Philumena inter ſeſe conſuetudinem interceſſiſſe. Mihi aliter videtur, cum quia Donatus, cum Codicibus Mſſ. verſum hunc agnoſcunt, tum quia novum non eſt, aliud dici, aliud fieri, ſeu in re uxoria, ſeu in re meretricia. Exemplo ſit Phaedria in Eunucho. Hic amore ardens, nihilominus conſilium capit non redeundi ad Thaidem, ſi ſe obſecret; mox vero labaſcit, victus uno verbo meretricis. Sic Pamphilus fatetur quidem, amorem & conſuetudinem Philumenae graviter ſe tenere, ſtatuit tamen, neutiquam reducere eam, ſed operam dare, ut amorem hunc miſſum faciat. Quae omnia planius etiam exponit patri, infra III. 5. 35. ſeqq. Quamquam vero Pamphilus Philumenae amorem miſſum facere vix poterat, ſine ſuſpicione amoris meretricii, unde infra IV. 4. 67. Laches increpans Pamphilum ait:

Nunc animum rurſum ad meretricem induxti tuum:
Cui tu obſequutus, facis huic adeo injuriam.
Nam in eandem vitam te revolutum denuo
Video eſſe;

quanquam haec, inquam, ita videri potuerint, tamen de meretricio amore nihil in verbis Pamphili. Unde & Fabrini optime παραφράζει: *Il quale amore io lo laſciai andare, in prova overo conſiglio, conoſcendo, che non era coſa honeſta, che io amaſſi una meretrice, medeſimamente ora io attenderò a queſto, cioè, io mi ingegnerò di tormi via da queſto, benche con difficultà.* Senſus enim eſt, Idem nunc huic operam dabo, etiam id operam dabo huic amori, uti nimirum eum miſſum faciam. Quod non cepit Donatus, notans, *ſi* idem, *ego*; *ſi* eidem, *amori*. And. I. 1. 130.

Et nunc id operam do.

50. Olim soli credidi.] Sic ſupra I. 2. 69.

52. Audiat.] Mſ. Lipſ. & edit. 1469. Anon. Junt. Steph. Ald. ſed & Gambarellus, Exaudiat. Sed Audiat ad metrum melius eſt.

54. Ablegandus.] Ita ſolent, de iis, quorum praeſentia moleſta eſt. Liv. I. 35. *Eo magis Tarquinius inſtare, ut quamprimum comitia regi creando fierent. Quibus indictis, ſub tempus pueros venatum* ablegavit. Juſtin. I. 5. *Interjecto deinde tempore, quum adoleviſſet Cyrus, dolore orbitatis admonitus, ſcribit ei, ut* ablegatus *in Perſas ab avo fuerit.* Adde Nonium.

ACTUS

ACTUS TERTII

SCENA QUARTA.

PARMENO. SOSIA. PAMPHILUS.

Par. AIn' tu, tibi hoc incommodum eveniſſe iter?
So. Non hercle verbis, Parmeno, dici poteſt
Tantum, quam re ipſa navigare incommodum 'ſt.
Par. Itane eſt? *So.* O fortunate! neſcis quid mali
Praeterieris, qui numquam es ingreſſus mare.

Nam

DONATI.

AIn' tu, tibi hoc incommodum eveniſſe iter?] *Alia ratio eſt, currentis ad argumenta: alia actuum Comicorum. Sed perfecti Poëtae eſt ita ſervire argumento, ut tamen ſpectator novis delectationibus teneatur. Nam in hac ſcena, donec perveniat ad Pamphilum Parmeno, hoc εὕρημα inducitur, cum hoc oſtenditur, quid mali ſit navigatio.*

1. Ain' tu?] Pro *aiſne tu?* Et ſic jam aliquid dixiſſe magni in praecedenti oratione ex reſpondentis ſermone demonſtratur. Ain' tu?] In ſcena naſcitur oratio, aut in ſcenam defertur.

3. Tantum, quam re ipſa navigare incommodum 'st.] Ἀνακόλουθον quartum. non enim intulit, *quantum.* Ut [1] *Virgilius,*

Sed quanto ille magis formas ſe vertet in omnes:
Tanto, nate, magis contende tenacia vincla.

4. O fortunate! neſcis quid mali praeterieris.] Bene majori affectu, dicens, O fortunate! quam ſi reſponderet, *Ita.*

5. Qui numquam es ingreſſus mare.] Proprie dixit, Ingreſſus. nam qui jam navigavit, *egreſſus* dicitur. Sic [2] *Virgilius,*

Egreſſi, optata potiuntur Troës arena.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Virgilius.*] Georg. IV. 411.

2. *Virgilius.*] Aen. I. 176.

COMMENTARIUS.

1. Ain' tu?] Admirantis formula. Vide Parei Lexic. Plaut.

Iter.] Intelligit navigationem. Unde mox, Es ingreſſus mare. ſed & *ire* pro navigare, & *curſus* pro navigatione paſſim uſurpantur.

2. Non hercle verbis, Parmeno, dici poteſt tantum, quam re ipſa navigare incommodum 'st.] Cicero Fam. XIV. 5. *Tardeque, &* incommode navigaſſemus. Att. V. 12. *Negotium magnum eſt* navigare. Menander:

Πῦρ, καὶ θάλαττα, καὶ γυνή, κακὰ τρία.

Plautus ad miſerias omnes retulit, Rud. I. 3. 1. Palaeſtra loquitur:

Nimio hominum fortunas minus miſeras memorantur,
Quam reapſe experiundo iis datur acerbum!

4. O fortunate!] Virgilius, Georg. II. 458.

O for-

Nam alias ut omittam miſerias, unam hanc vide:
Dies triginta, aut plus eo, in navi fui,
Cum interea ſemper mortem exſpectabam miſer.
Ita uſque advorſa tempeſtate uſi ſumus.
Par. Odioſum! *So.* Haud clam me eſt. denique hercle aufugerim
Potius, quam redeam, ſi eo mihi redeundum ſiet.

Par.

DONATI.

6. NAM ALSAS UT MITTAM MSSERIAS.] Παράλειψις oratoria. Et MISSRIAS, navigationes ſcilicet.

7. DIES TRIGINTA.] Accuſativus caſus plenum numerum & continuationem rei ſignificat. DIES TRIGSNTA, AUT PLUS EO, IN NAVI FUI.] Hoc exitioſum vel ſine periculo videri poteſt. Sed vide quid addat, AUT PLUS EO, SN NAVI. Abſolute EO, ut alibi, *Annos ſexaginta natus es, Aut plus eo, ut conjicio.*

8. SEMPSR MORTSM EXSPSCTABAM MISER.] Dura eſt exſpectatio mali. [3] *Virgilius,*

Incluſi poenam exſpectant.

SEMPER MORTEM EXSPECTABAM.] Id eſt, horis omnibus, cum continuatione triginta dierum.

9. ITA USQUE.] USQUE, vel *diu*, vel *valde*.

10. ODIOSUM.] Eſſe ſcilicet in mari triginta dies. Et nomen pro adverbio poſuit: ODIOSUM pro *odioſe*. HAUD CLAM ME EST.] *Αὐτότης.* pro, Ego maxime intelligo, quam odioſum ſit. [4] Nam qui jungunt, & ſic legunt, errant, & non intelligunt. AUFUGERIM.] Sic veteres, quod nos, *Fugerim*. AUFUGERIM.] Conjunctivum modum poſuit pro indicativo futuro: vel, ut alii dicunt, permiſſivo.

OBSERV. IN DONAT.

3. *Virgilius.*] Aen. VI. 614.

4. *Nam qui jungunt, & ſic legunt, errant & non intelligunt.*] Verba ſine ſenſu. Repono ex veriſimili conjectura: *Nam qui ſejungunt, & ſic legunt*, ODIO SUM, *errant & non intelligunt.* Tum videntur haec loco mota, & continuo legenda poſt illa, ODIOSUM, *pro odioſe.*

COMMENTARIUS.

O fortunatos *nimium, ſua ſi bona norint,*
Agricolas!

QUID MALI PRAETERIERIS.] Gerardus Falkenburgius ſuo Codici adſcripſerat Poſidippi illud:

Ὁ μὴ πεπλευκὼς οὐδὲν ἑώρακε κακόν.

5. INGRESSUS MARE.] Sic Plaut. Pſeud. IV. 2. 4.

Ingredere in viam.

Contrarium eſt *egredi*. Vide Donatum.

6. OMITTAM.] Mſſ. & editi quidam poſt an. 1469. MITTAM.

7. DIES TRIGINTA, AUT PLUS EO, SN NAVI FUI.] Citat Priſcianus Inſtit. Grammat. Lib. VII. per *ἁμάρτημα μνημονικὸν* ex Heautont. DIES TRIGINTA AUT PLUS EGO IN NAVI FUI.

8. SEMPER MORTEM EXSPECTABAM.] Juvenal. Sat. XII. 57.

I nunc, & ventis animam committe dolato
Confiſus ligno, digitis a morte remotus
Quattuor, aut ſeptem, ſi ſit latiſſima teda.

11. REDEUNDUM SIET.] Mſſ. quidam cum editis vetuſtis, Anon. Venetis, Lugdunenſi, Argentinenſi, Juntarum, Aldi, Pulmanni, aliis, REDEUNDUM SCIAM. quam lectionem laudat Georg. Fabricius. Philem. *Τεθαύμακ᾽ οὐκ ἐπεὶ πέπλευκεν, ἀλλ᾽ εἰ δὶς πέπλευκε.*

Par. Olim quidem te cauſae impellebant leves,
Quod nunc minitare facere, ut faceres, Soſia.
Sed Pamphilum ipſum video ſtare ante oſtium.
Ite intro. ego hunc adibo, ſi quid me velit.
Here, etiam tu nunc hic ſtas? *Pa.* Equidem te exſpecto.
Par. Quid eſt?
Pa. In arcem tranſcurſo opus eſt. *Par.* Cui homini? *Pa.* Tibi.
Par.

DONATI.

12. OLIM QUIDEM TE CAUSAE IMPELLEBANT LEVES.] Mire in ſervum fugitivum, qui ob vitium hujuſmodi, non ob cauſam fugiat. Et bene LEVES dixit: haec enim non eſt *levis*.

13. QUOD NUNC MINITARE FACERE.] Ut ſit ordo, *Olim quidem te cauſae impellebant leves, Soſia, ut faceres quod nunc minitaris facere hac occaſione.* Artificioſe. Et in Andria ſic ait recuſanti perjurium ſervo Myſis.

Nova nunc religio in te inceſſit?

FACERE.] Ut faceres. Comicum eſt & Terentianum.

14. SED PAMPHILUM IPSUM VIDEO.] IPSUM, a quo miſſus ſum: vel dominum, ut Graeci dicunt *αὐτόν*.

15. EGO HUNC ADIBO.] Vel nova curioſitate ait Parmeno.

16. EQUIDEM TE EXSPECTO.] [5] Bene excepit Pamphilus Parmenonem, ut videatur vera dicturus. EQUIDEM TE EXSPECTO.] Apparet Pamphilum Parmenonis abſentiam deſiderare: eo quod nunc prior Parmenonem alloquitur.

17. IN ARCEM TRANSCURSO OPUS EST.] Oſtendit quam longe ſit, cum IN ARCEM dicat. Et bene IN ARCEM, quam Minerva condidit. IN ARCEM.] Pronuntia, ut oſtendat quam longe ſit *in arcem tranſcurrere.* TRANSCURSO.] Pro, tranſcurrere. CUI HOMINI?] Haec verba cum ſua pronuntiatione vim recuſationis in ſe continent. CUI HOMINI?] Cum recuſatione pronuntiandum. Et eſt pigri reſponſio, laborem ad alium transferentis.

OBSERV. IN DONAT.

5. *Bene excepit.*] Mſ. Hulſt. *Bene exſpectat.*

COMMENTARIUS.

14. IPSUM.] Vide ad And. II. 2. 23.

15. ITE INTRO.] Omnino adloquitur Soſiam cum pueris reliquis. Vide ſupra III. 2. 24. & III. 3. 49. Unde adeo non opus cum Guyeto legere, ITU INTRO. vel, quod in gloſſis Mſſ. addit, ITO INTRO.

16. ETIAM TU NUNC HIC STAS?] Plurimi Codices, ETIAM NUNC TU HIC STAS? Interrogat autem cum admiratione. Sic Eun. II. 2. 55. Unde τὸ NUNC a Guyeto in ſcholiis ineditis male *gloſſema* vocatur.

17. IN ARCEM TRANSCURSO OPUS EST.] Videtur intelligere *ἀκρόπολιν* in medio urbis ſitam. Si tamen Piraeeum portum intelligas, fiet Parmenoni via longior, quod quaerebat Pamphilus. Tum, quid Callidemidi tantum non adveſto, in ipſa *ἀκροπόλει*? Et poſſit videri homo hoſpes ſubſediſſe in portu, atque ibi manſiſſe adventum Pamphili.

18. CALLIDEMIDEM.] Priſcianus Inſtit. Grammat. Lib. VI. CALLIMEDEM.

HOSPITEM.] Vel quod hoſpitii jus cum eo contraxiſſet Pamphilus, vel quod peregrinus eſſet. Poſterius magis placet; quia caeteroquin ad coenam abducendus ſtatim fuerat.

19. MYCONIUM.] Ex Mycone inſula, Cycladum una, in mari Aegaeo.

ADVECTUS.] Ita poſt Donatum plurimoſque Libros Mſſ. etiam praeſtantiſſimae editiones, anni 1469. Anonyma, Venetae, Argentinenſis, Pulmanni, Rob. Stephani, Aldi, Juntarum, Fabrini,

Digitized by Google

Par. In arcem! quid eo? *Pa.* Callidemidem hoſpitem
Myconium, qui mecum una advectus eſt, conveni.
Par. Perii! voviſſe hunc dicam, ſi ſalvos domum
Rediſſet umquam, ut me ambulando rumperet.
Pa. Quid ceſſas? *Par.* Quid vis dicam? an conveniam modo?
Pa. Immo, quod conſtitui me hodie conventurum eum,
Non poſſe; ne me fruſtra illic exſpectet. vola.
Par. At non novi hominis faciem. *Pa.* At faciam, ut noveris.

Ma-

DONATI.

19. Qui mecum una advectus est.] Apparet eum cum eo aliquid negotii habere, cum dicit, Qui mecum una advectus est.

20. Vovisse hunc dicam, si salvos domum redisset umquam.] Facete dixit. More enim hoc fit eorum, qui longis itineribus maris periclitati, vovent aliquid ⁶ ſi pervenerint. Et convenit hoc Pamphilo: quem ſupra male navigaſſe audierat.

22. Quid vis dicam? an conveniam modo?] Non enim mandaverat quicquam, qui ſine cauſa mittebat, oblitus bene diſſimulare: ut qui mentiuntur. Et ſic pronuntiandum, An conveniam modo? ut reprehendere dominum Parmeno videatur. An conveniam modo?] *Εἰρωνικῶς* dixit. Nam non hoc interrogantis ſimpliciter.

23. Immo, quod constitui me hodie.] Deeſt, *nuntia*: ut ſit, *immo nuntia.* Et ſumitur a ſuperiori ſententia, qua dixit, *Quid vis dicam?* Immo, quod constitui me hodie.] Apparet eum hanc conquiſitam, & vix corraſam inveniſſe cauſſam.

24. Vola.] Ἠθικῇ ὑπερβολῇ uſus eſt. Ita curras, ut volare magis, quam currere videaris. Et antea *tranſcurrere* juſſerat: ⁷ nunc adjecit imperio. Nam non *Curre*, ſed vola.

25. At non novi hominis faciem.] Moralis expreſſio pigritiae, in tot excuſationibus poſita eſt. At faciam ut noveris.] Stomachoſe pronuntiandum At. quod & Pamphilus repetit dicens, At faciam ut noveris.

OBSERV. IN DONAT.

6. *Si pervenerint.*] Forte: *Si ſalvi domum pervenerint.*

7. *Nunc adjecit imperio. Nam.*] Mſ. Boend. & impreſſi ante Rob. Stephanum: *Nunc adjecit imperio animi, non curre, ſed* vola. Effingo ex conjectura: *Nunc adjecit pro imperio domini, non curre, ſed* vola.

COMMENTARIUS.

Fabrini, aliae. Faërnus ex Codice Bembi Vectus tuetur.

21. Me ambulando rumperet.] Ex nimia nimirum intentione virium in currendo. Unde & porro pro *interimere* uſurpatur. Liv. XXII. 10. *Si quis rumpet, occidetve inſciens, ne fraus eſto.* Martial. XII. 14. 11.

Quid te frena juvant temeraria? ſaepius illis,
Priſce, datum eſt equitem rumpere, *quam* [*leporem.*

Horat. Serm. I. 2. 118.

malis tentigine rumpi?

Vide porro Non. Marcell. & Ulp. ff. 27. 5. 17. ad L. Aquil. Parei Lexic. Plaut.

22. Quid vis dicam?] Quidam Mſſ. & editi antiqui, Quid vis nunciem? Quomodo & Donatum legiſſe ſuſpicio eſt, ex iis, quae ad verſum ſeq. notavit.

24. Vola.] Cic. Philipp. X. 5. Volaſſe *eum, non iter feciſſe diceres.*

25. Non novi hominis faciem.] Plaut. Pſeud. IV. 7. 99.

Quem ego hominem nullius coloris novi.

Phaed. III. 15. 10.

Unde illa ſcivit, ater an albus naſcerer?

Apulej. Apolog. *Etiam libenter te, nuper uſque, albus, an ater eſſes, ignoravi.*

26. Ma-

Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, caeſius,
Cadaveroſa facie. *Par.* Dii illum perduint!
Quid, ſi non veniet? maneamne uſque ad veſperum?
Pa. Maneto. curre. *Par.* Non queo: ita defeſſus ſum.

Pa.

DONATI.

26. MAGNUS, RUBICUNDUS, CRISPUS, CRASSUS, CASSIUS.] Properatio, συναθροισμός. Et acervo ſine conjunctivo eſt uſus. MAGNUS, RUBICUNDUS.] Imperite *Terentium* de Myconio *criſpum* dixiſſe ajunt, cum Apollodorus *calvum* dixerit: quod proprium Myconis eſt. ut *Lucilius*, *Mycons calva omnis juventus.* Unde etiam proverbium Graecum: Μυκώνιος φαλακρός. Sed ego *Terentium* puto ſcientem facetius Myconium *criſpum* dixiſſe. CAESIUS] Glaucis oculis, quaſi felis oculos habens & glaucos.

27. CADAVEROSA FACIE.] Sublivida, ac perſonata rubore & livore. *Rubicundi* enim & craſſiorem faciem ſaepe habent: quod eſt proprium *cadaveris.* Poteſt & pulpoſa intelligi & craſſa, quaſi *cadaveroſa*: *Caro* enim dicta eſt, eo quod careat anima. Et *Caro* proprie dicitur mortuorum. [8] *Virgilius:*

& corpora luce carentum.

Unde [9] *Carnifices* dicti, quod carnes ex homine faciant. *Pulpa* vero, proprie ea quae manducatur, eo quod pulſetur & conſcindatur. Poteſt & *R* pro *D* poni, ut *Caro* ſit dicta quaſi *cado.* ut [10] *Virgilius*,

belloque caduci

Dardanidae.

Quod jam ſcilicet ſine anima fit & cadat. DII ILLUM PERDUINT!] More pigrorum, male optat ei, propter quem mittitur.

28. QUID, SI NON VENIET?] Omnia dicit, ne eat.

29. MANETO. CURRE.] Etiam Pamphilus tamquam de induſtria perſeverat. NON QUEO: ITA DEFESSUS SUM.] Hoc in geſtu, & ſpectaculo plus eſt: [11] nam inceſſu & auctor exprimit laſſitudinem.

OBSERV. IN DONAT.

8. *Virgilius.*] Georg. IV. 255. ubi nunc legitur: *Tum corpora.*
9. *Carnifices dicti.*] Vide ad And. I. 2. 12.
10. *Virgilius.*] Aen. VI. 481.
11. *Nam inceſſu & auctor exprimit laſſitudinem.*] Ita Libri veteres. Robertus Stephanus: *Nam in ſenſu & auctor exprimit laſſitudinem.* Abr. Wielingius legit: *Nam inceſſu ejus auctor exprimit laſſitudinem.* Poſſit & vera lectio eſſe: *Nam inceſſu & anhelitu exprimit laſſitudinem.*

COMMENTARIUS.

26. MAGNUS, RUBICUNDUS, CRISPUS, CRASSUS, CAESIUS.] Similis deſcriptio ad internoſcendum hominem eſt Heaut. V. 5. 17. Plaut. Capt. III. 4. 113.

> HE. *Sed qua facie eſt tuus ſodalis Philocrates?*
> AR. *Dicam tibi:*
> *Macilento ore, naſo acuto, corpore albo, & oculis nigris,*
> *Subrufus aliquantum, criſpus, cincinnatus.*

Et Merc. III. 4. 53. ſeqq. Pſeud. IV. 7. 119. Poen. V. 2. 151. ſeqq. Rud. II. 2. 10. ſeqq. Cic. Herenn. IV. 49. *Hunc dico, judices, rubrum, brevem, incurvum, canum, ſubcriſpum, caeſium, cui ſane magna eſt in mento cicatrix, ſi quomodo poteſt vobis in memoriam redire.* Homer. Odyſſ. T. 245.

> καὶ τόν τοι μυθήσομαι, οἷος ἔην περ·
> Γυρὸς ἐν ὤμοισιν, μελανόχροος, οὐλοκάρηνος.

> *& hunc tibi dicam, qualis erat:*
> *Gibboſus in humeris, nigro corpore, criſpo capite.*

27. CADAVEROSA FACIE.] Quatuor Mſſ. Leidenſes cum Mſ. Bodl. & Lipſ. haec Parmenoni tribuunt, legentes, PAR. CADAVEROSA FACIES. ſed & ita editio anni 1469. & Anonyma, Juntina, Rob. Stephani, Venetae, Argentinenſis, Lugdunenſis, Aldi, Pulmanni, aliorum. In aliis eſt, CADAVEROSA FACIES, ſed omiſſa perſona Parmenonis. Et videtur ſane Parmeno, qui quaeſiverat de facie Callidemidis, audiens eſſe hominem *magnum*, *rubicundum*, *criſpum*, *craſſum*, *caeſium*, optime intuliſſe, CADAVEROSA FACIES. q. d. χαρίεις ὥσπερ νεκρός, ſeu, non magis venuſtus, nec minus deteſtandus, quam cadaver. Ejuſmodi Gr. νεκρώδης, Plauto *morticinus* dicitur, Perſ. II. 4. 12. Turnebus Adverſ. XI. 12. ita: *Aliis ſublivida eſt, & perſonata rubore*

&

Digitized by Google

Pa. Ille abiit. quid agam infelix? prorſus neſcio,
Quo pacto hoc celem; quod me oravit Myrrhina,
Suae gnatae partum. nam me miſeret mulieris.
Quod potero, faciam: tamen ut pietatem colam.

Nam

DONATI.

30. ILLE ABIIT.] Quaſi dicat, Licet jam loqui. ILLE ABIIT.] Quaſi cum difficultate completam rem oſtendit hoc dicto.

32. SUAE GNATAE PARTUM.] Ἐπιζεύγνυσις.

33. QUOD POTERO, FACIAM.] Id eſt, celabo quantum potero. an quaſi projiciens curas, & feſſus angore dixit, QUOD POTERO, FACIAM: id eſt, ſi potero, cedam amori: & rurſus, tanquam pietatis admonitus, adjecit exceptionem, TAMEN UT PIETATEM COLAM. Servat enim in illo amorem Poëta: cujus non poenitebit, re cognita, & errore ſublato. QUOD POTERO, FACIAM.] Id eſt, amori obſequar. nam miſericordia mulieris de amore deſcendit. QUOD POTERO, FACIAM.] [12] Apparet, hoc dictum, defectus eſſe, non virtutis. TAMEN UT PIETATEM COLAM.] Recordatus eſt laeſam matrem eſſe ab uxore: hoc enim credit. Et ideo ſe ad exceptionem revocavit; ita ſe amori cedere oportere, ut non obliviſcatur omnino pietatis. Et bene in eam cauſam contulit neceſſitatem non reducendae uxoris, quae invenietur nulla eſſe. [13] Sunt tamen, qui manente eadem ſententia, totum hoc jungunt: QUOD POTERO, FACIAM: TAMEN UT PIETATEM COLAM: hoc eſt, *in quantum potero, dabo operam adverſus amorem, ut omiſſo eo, pietatem colam.* Et ſubjungitur cauſa. TAMEN UT PIETATEM COLAM.] Deeſt *ita:* ut ſit TAMEN pro *dumtaxat.* Ut ſit, *Ita ut pietatem colam.* Dixerat enim, QUOD POTERO: & ideo addidit exceptionem, TAMEN UT PIETATEM COLAM: id eſt, non ſum oblitus & matris. TAMEN.] Pro, *ita tamen.*

OBSERV. IN DONAT.

12. *Apparet, hoc dictum, defectus eſſe, non virtutis.*] Mſ. Hulſt. *Apparet, hoc dictum de affectu eſſe, non virtutis.* Mſ. Boend. & edd. vett. Anon. Tarviſ. Ven. *Apparet hoc dictum defectus eſſe, non veritatis.*

13. *Sunt tamen, qui manente eadem ſententia, totum hoc jungunt.*] Mſ. Hulſt. TAMEN.] *Sunt, qui manente eadem ſententia, totum hoc jungunt:* QUOD POTERO FACIAM, UT PIETATEM COLAM.

COMMENTARIUS.

& livore: aliis pulpoſa & craſſa, quaſi carnoſa; quum caro proprie ſit, quae anima caret. Ego cadaveroſam faciem, *foedam & turpem interpretor.* Barthio Adverſ. XXIII. 15. CADAVEROSA FACIES *confectam aerumnis ſpeciem* ſonat. Joh. Theodorico Bellovaco notatur *facies immanis & ſaevitiam arguens, qualem ſicarii prae ſe ferunt.* Poſſit & prorſus *macilenta facies* notari. quando magis etiam ridiculum videatur & ἀσύστατον.

PERDUINT.] Codd. quidam Mſſ. & impreſſi poſt ann. 1469. PERDANT.

31. QUOD ME ORAVIT MYRRHINA, SUAE GNATAE PARTUM.] Haec Guyeto ſuppoſititia videntur.

33. QUOD POTERO, FACIAM: TAMEN UT PIETATEM COLAM.] Promittit, ſe taciturum de vitio Philumenae oblato, ſed non reducturum domum; id enim pietas in matrem prohibere videbatur. Plaut. Aſin. III. 1. 6.

> *Hoccine eſt* pietatem colere, *matris imperium minuere?*

Stich. I. 1. 31.

> *An id doles, ſoror, quia illi ſuum* officium
> *Non* colunt, *cum tuum facis?*

Cic. Somn. 3. *Juſtitiam* cole, *&* pietatem. Offic. III. 21.

> *Nam ſi violandum eſt jus, regnandi gratia*
> *Violandum eſt: aliis rebus* pietatem colas.

Et Suet. Caeſ. 30. Periclis fertur: φίλος μέχρι τοῦ βωμοῦ. *Uſque ad aram amicus.*

Nam me parenti potius, quam amori obſequi
Oportet. atat! eccum Phidippum, & patrem
Video. horſum pergunt. quid dicam hiſce? incertus ſum.

DONATI.

34. Nam me parenti potius, quam amori.] Amori, ſcilicet uxoris. quia dixit, Quod potero, faciam. [14] Et hoc eſt, quod dixerat, Quod potero, faciam.

35. Atat!] Interjectio eſt conterriti & conturbati.

36. Horsum pergunt.] Modo pergunt, pro *eunt*. alias *perſeverant*.

OBSERV. IN DONAT.

14. *Et hoc eſt, quod dixerat*, Quod potero, faciam.] Haec abſunt a Mſ. Hulſt.

ACTUS TERTII

SCENA QUINTA.

Laches. Phidippus. Pamphilus.

La. Dixtin' dudum, illam dixiſſe, ſeſe exſpectare filium?
Ph. Factum. *La.* Veniſſe ajunt: redeat. *Pa.* Quam
cauſam dicam patri,

Quam-

DONATI.

Dixtin' dudum, illam dixisse, se exspectare.] *Facete principium eſt interrogantis ita, ut ſciat quid ſibi reſponſurus ſit, quem interrogat. Illaturus eſt enim argumentum per ἐπαγωγήν.*

1. Dixtin' dudum.] Quia dixerat, *Sancte adjurat*, [1] *Non poſſe Pamphilo ſe abſente perdurare.* Dixtin' dudum.] Captioſa interrogatione coepit, dicturus, Venisse ajunt: redeat.

2. Factum.] Id eſt, Dixiſſe illam, aut me. Et deeſt *eſt*: ut ſit, *Factum eſt*.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Non poſſe.*] Lege, *Non poſſe apud vos*. Vide ſupra II. 2. 27.

COMMENTARIUS.

1. Sese.] Deeſt a Mſ. Bodl. & edit. anni 1469. In optimis plurimiſque Libris eſt, Dixisse illam, se exspectare.

4. Cer-

Qamobrem non reducam, neſcio. *La.* Quem ego hic audivi loqui?
Pa. Certum obfirmare eſt viam me, quam decrevi perſequi.
La. Ipſus eſt, de quo hic agebam tecum. *Pa.* Salve, mi pater.
La. Gnate mi, ſalve. *Ph.* Bene factum te adveniſſe, Pamphile:
Atque adeo, quod maximum 'ſt, ſalvom atque validum. *Pa.* Creditur.
La. Advenis modo? *Pa.* Admodum. *La.* Cedo, quid reliquit Phania,

Con-

DONATI.

3. Quamobrem non reducam, nescio.] Habet cauſam: ſed non vult veram dicere, & praeterea non vult cum invidia matris ſuae loqui: ſi in illam conferat, ut uxorem non reducat domum. Quem ego hic audivi loqui?] Ut ſolet, primo perſonas inducit ſecum loquentes: deinde ipſas convenire invicem. ut alibi, *Quis hic loquitur? Myſis, ſalve.*

4. Certum obfirmare est viam me.] Adverſus omnia obſtinate agere, id eſt, contra omnes. Obfirmare est viam me, quam decrevi persequi.] Id eſt, ut matri potius, quam amori, [2] morem gerat.

7. Atque adeo, quod maximum 'st, salvom atque validum.] Ordo eſt, primum advenisse, deinde salvom, poſtremo validum. Salvom atque validum.] Αὔξησις ad ſalutem. *Validus* namque, robuſtus & habitior corpore. Quod maximum 'st.] Legitur & Quod maxime est. Creditur.] Minus blande reſpondet, de repudio locuturus.

8. Advenis modo?] [3] Difficile invenitur praeſentis temporis Modo. Atque ut oſtendat eſſe momentum etiam praeſentis temporis, dixit admodum: [4] quod eſt minus. Advenis modo?] [5] *Virgilius,* *vigilaſne, Deûm gens,*
Aenea? vigila.
Admodum.] Excuſatio cur adhuc non viderit patrem. Cedo, quid reliquit Phania, consobrinus noster?] Utrum jactanter Laches

de

OBSERV. IN DONAT.

2. *Morem geret.*] Lego: *Morem geram.*

3. *Difficile invenitur praeſentis temporis* modo.] Ita tamen Eun. IV. 4. 47. & ipſe Donatus ſexcenties.

4. *Quod eſt minus.*] Ita Rob. Stephanus edidit. MSſ. & editi veteres rectius, *Quod eſt nimis.*

5. *Virgilius.*] Aen. X. 228.

COMMENTARIUS.

4. Certum obfirmare est viam me, quam decrevi persequi.] Intelligit conſilium ſemel initum de non reducenda Philumena. Sic infra IV. 1. 54. & IV. 3. 10. Cic. Philipp. III. 3. *Caeſaris auctoritatem atque exercitum perſequuta eſt.*

5. De quo hic agebam.] In pluſculis Libris eſt, De quo hoc agebam.

6. Bene factum te advenisse.] Formula adventum gratulantis. Sic infra V. 4. 17. Phorm. II. 1. 25.

7. Atque adeo.] Editio anni 1469. Et adeo.

Salvom atque validum.] Gerardus Falkenburgius ſuo Codici adſcripſerat ἐν τῷ Ναυκλήρῳ Menandri illud, Εὐτυχοῦντα καὶ σεσωσμένον.

8. Admodum.] Non tantum igitur Modo, ſed Admodum modo. Πάνυ ἀρτίως. κομιδῆ ἀρτίως ἦλθον.

9. Conso-

Conſobrinus noſter? *Pa.* Sane hercle homo voluptati obſequens
Fuit, dum vixit: & qui ſic ſunt, haud multum heredem juvant.
Sibi vero hanc laudem relinquunt: vixit, dum vixit, bene.
La. Tum tu igitur nihil adtuliſti huc plus una ſententia?
Pa. Quidquid eſt id, quod reliquit, profuit. *La.* Immo obfuit:
Nam

DONATI.

de hereditate loquitur praeſente ſocero, ut illum cupidiorem faciat [6]ad revocandam filiam? & fit ſaepe hoc, ut ex alio principio pervenire quaeramus ad ea, quae volumus dicere. An ideo, [7]ut ſciat rem, & divitias ſuas: cupidiorem ſocerum redditurus?

9. CONSOBRINUS NOSTER.] Quaſi ſororinus. *Sobrini*, ſunt ex duabus ſororibus. *Conſobrini*, ex fratre & ſorore. [8] Et propinquitate *Terentius* frequentata movetur, ut heredum. CONSOBRINUS NOSTER.] Quum de fratre natus eſt alter, & alter ex ſorore, *Conſobrini*: quum ex fratribus, *Patrueles* dicuntur. SANE HERCLE HOMO VOLUPTATI OBSEQUENS FUIT.] SANE, *ſatis, valide*. nam qui ſanus, & validus eſt. VOLUPTATI OBSEQUENS FUIT.] Contra facit Pamphilus: disjungi enim volens, nihil dicit, vel parum relictum.

10. HAUD MULTUM HEREDEM JUVANT.] Parum conſulunt heredi.

11. SIBI VERO HANC LAUDEM RELINQUUNT: VIXIT, DUM VIXIT, BENE.] Bene & facete; Nihil heredi relinquunt, ſibi vero relinquunt. VIXIT, DUM VIXIT, BENE.] Πλοκή. Plane unum VIXIT aliud ſignificat: & alterum VIXIT, aliud. VIXIT, DUM VIXIT, BENE.] Sententia eſt hortantis ad delicate vivendum. VIXIT, DUM VIXIT, BENE.] Hoc enim ſcilicet reliquit.

12. UNA SENTENTIA?] Expreſſit animum avari ſenis.

13. QUIDQUID EST ID, QUOD RELIQUIT, PROFUIT.] QUIDQUID, & ad parvitatem refertur. ut, *At enim id mihi ſatis eſt, quod eſt de me opinionis, quidquid eſt.* QUIDQUID EST ID, QUOD RELIQUIT.] [9] Nullum in hoc ſene fuit doloris officium, antequam ſciret aliquid relictum. PROFUIT.] Id eſt, *pro nobis fuit*: ac per hoc noſtrum eſt. poteſt enim ipſe profuiſſe, poteſt res ejus. IMMO OBFUIT.] Morem eorum expreſſit, quibus relinquitur: qui quum audierint ſibi aliquid eſſe relictum, tunc triſtes ſe fingunt.

OBSERV. IN DONAT.

6. *Ad revocandam filiam.*] Forte, *Ad remittendam filiam.*

7. *Ut ſciat rem, & divitias ſuas.*] Haec lectio eſt Rob. Stephani & recentiorum. Codices vetuſtiores: *Ut ſe jactet & divitias ſuas.* Lindenbruchius, *Ut ſe jactet, ſciat ut rem, & divitias ſuas.* Malim, *Ut ſe jactet & rem & divitias ſuas.*

8. *Et propinquitate Terentius frequentata movetur, ut heredum.*] Rob. Steph. *monetur.* Codices vetuſtiores: *Ac propinquitatis frequentatae Terentius monet.* *Ante habetur* CONSOBRINUS NOSTER, *Quum de fratre natus eſt alter.* Doctiſſ. Wielingius ex conjectura legit: *Ut propinquitate utriuſque repraeſentata moveatur, ut heredum.* Idem cenſet, haec ſubjicienda eſſe Commentario ad verſum 8. Conſule Everardi Ottonis, V. C. Diſſert. de Nuptiis Conſobrinorum.

9. *Nullum in hoc ſene fuit doloris officium.*] Haec lectio eſt Rob. Stephani. Antea legebatur: *Nullus in hoc ſene fuit doloris effectus.* Forte ſcriptum fuerat, *affectus.*

COMMENTARIUS.

9. CONSOBRINUS NOSTER?] A Mſ. Lipſ. abeſt τὸ NOSTER.

VOLUPTATI OBSEQUENS.] Plaut. Pſeud. V. 1. 26.

cordi atque animo *ſuo*
Obſequentes.

Bacchid. III. 3. 12.

eſt libido homini ſuo animo obſequi.

10. QUI SIC SUNT.] H. e. qui hujuſmodi ſunt morati moribus. Vide And. V. 4. 16.

JUVANT.] Libri quidam ſcripti & editi, ADJUVANT. Contrarium eſt in illo Antholog. Lib. II.

Πλοῦτον μὲν πλουτοῦντος ἔχεις, ψυχὴν δὲ πένητος,
Ὦ τοῖς κληρονόμοις πλούσιε, σοὶ δὲ πένης.

Divi-

Nam illum vivom, & ſalvom vellem. *Ph.* Impune optare iſtuc licet:

Ille reviviſcet jam numquam. & tamen utrum malis, ſcio.

La. Heri Philumenam ad ſe arceſſi hic juſſit. dic juſſiſſe te.

Ph. Noli fodere. juſſi. *La.* Sed eam jam remittet. *Ph.* Scilicet.

Pa.

DONATI.

14. NAM ILLUM VIVOM, ET SALVOM VELLEM.] Non idem VIVOM, quod SALVOM. IMPUNE OPTARE ISTUC LICET.] Bene IMPUNE: quia heredi poena eſt, mortuos reviviſcere. An, *ſine detrimento optas*? ut quum medicus dicit de jam mortuo, *Ego ſi illum curarem, viveret*. IMPUNE OPTARE.] Si optata evenirent, numquam, inquit, optares ut ille reviviſceret.

15. ILLE REVIVISCET JAM NUMQUAM.] Mire Poëta his verbis Phidippum quoque ſubinvidere indicat. Plus eſt NUMQUAM, quam *Non*. ET TAMEN UTRUM MALIS, SCIO.] [10] Mortuum illum magis, quam ut reviviſcat denuo. ET TAMEN UTRUM MALIS, SCIO.] Quid malis de duobus, ſcio: utrum illum mortuum permanere, an reviviſcere.

16. HERI PHILUMENAM.] Hoc erat, quo omnis tendebat oratio. AD SE ARCESSI HIC JUSSIT.] Bene & ARCESSI & JUSSIT: ut nihil uxor ſua ſponte fecerit. HERI PHILUMENAM AD SE ARCESSI HIC JUSSIT.] Et HERI & JUSSIT, bene: ut breve tempus ſit, & coacta videatur exiſſe. Et non *Abduci*, ſed ARCESSI: nec *A nobis*, ſed AD SE.

OBSERV. IN DONAT.

10. *Mortuum illum magis.*] Forte, *Mortuum illum mavis.*

COMMENTARIUS.

Divitiae tibi ſunt locupletis, pauperis eſt mens,
O nimium heredi dives, inopſque tibi.

11. SIBI VERO HANC LAUDEM RELINQUUNT.] Facete dicit, SIBI RELINQUUNT; quia interrogaverat Laches, QUID RELIQUIT PHANIA CONSOBRINUS NOSTER? A Mſ. Lipſ. abeſt τὸ VERO.

VIXIT, DUM VIXIT, BENE.] Diverſa ſignificatione utitur τῷ VIXIT. Eſt enim, BENE VIXIT, genio ſuo indulſit. Vide Eun. V. 9. 44. quae *Bona vita* dicitur Senecae, Epiſt. CXXIII.

12. UNA SENTENTIA?] Forte dixerat Apollodorus: Οὐδὲν μιᾶς γνώμης πλέον;

13. QUIDQUID EST.] Intelligit τὰ λειπόμενα τῆς οὐσίας.

14. ILLUM VIVOM, ET SALVOM VELLEM.] Adparet ex verſu 8. & 12. hereditati Phaniae inhiaſſe Lachetem, atque adeo neque vere, neque ex animo voluiſſe illum *vivum & ſalvum*. P. Syrus:

Heredis fletus, ſub perſona riſus eſt.

Homerus, Odyſſ. Δ. 93.

Ὡς ὕτοι χαίρων τοῖς δὲ κτεάτεσσιν ἀνάσσω.

16. DIC JUSSISSE TE.] Haec Laches Phidippo in aurem dicit.

17. NOLI FODERE.] Et haec Phidippus Lacheti ſoli. Videbatur vero Laches Phidippum durius tundere ſeu digito, ſeu cubito. Bona pars Mſſ. & editorum exhibet, NOLI FODERE LATUS. Cic. Philipp. II. 34. *Num exſpectas, dum te ſtimulis* fodiam? Horat. Epiſt. I. 6. 50.

Mercemur ſervum, qui dictet nomina, laevum
Qui fodiat latus.

Ubi Cl. Bentlejus *fodicet* legit. de Nomenclatore. Idem Serm. II. 5. 42.

aliquis cubito ſtantem prope tangens.

Perſ. Sat. IV. 34.

Eſt prope te ignotus, cubito qui tangat.

Utraque locutione acris admonitio notatur. Neque aliter Virgilius, Ecl. VI. 3.

Cynthius aurem
Vellit, & admonuit.

Plautus aliter, Aul. III. 2. 4.

Iſtuc maleſactum arbitror, quia non latus fodi.

 Verba

Pa. Omnem rem ſcio, ut ſit geſta: adveniens audivi omnia.
La. At iſtos invidos Di perdant! qui haec libenter nuntiant.
Pa. Ego me ſcio caviſſe, ne ulla merito contumelia
Fieri a vobis poſſet. idque ſi nunc memorare hic velim,
Quam fideli animo, & benigno in illam, & clementi fui,
Vere poſſum: ni te ex ipſa haec magis velim reſciſcere.
Nam-

DONATI.

18. OMNEM REM SCIO, UT SIT GESTA.] "*Virgilius:*

Trojanas ut opes & lamentabile regnum, &c.

19. AT ISTOS INVIDOS DI PERDANT!] Bene INVIDOS, qui matrimonio invideant. Ergo revocanda uxor eſt. Et adeo non puduit mendacii honeſte deprehenſum ſenem, ut invidos faceret, qui vera prodiderant.

20. EGO ME SCIO CAVISSE.] Principium a tempore, a dictis, factiſque, tam ſuis quam adverſariorum: & ab anteacta vita & praeſenti. EGO ME SCIO CAVISSE, NE ULLA MERITO CONTUMELIA.] Mire addidit MERITO. non enim *cavere*, inquit, [12] ne fieret ea, potui. Igitur, ne merito fieret, quod in me fuit.

21. IDQUE SI NUNC.] Ab anteacta vita.

22. ET CLEMENTI FUI.] Pro *fuerim*. indicativum pro conjunctivo poſuit.

23. NI TE EX IPSA HAEC MAGIS VELIM RESCISCERE.] Παράληψις.

OBSERV. IN DONAT.

11. *Virgilius.*] Aen. II. 4.

12. *Ne fieret ea.*] Ita Rob. Stephanus edidit ex corrupta veterum Librorum lectione: *Non enim cavere potui, inquit, ne fieret ea vi.* Reſcribo audacter: *Non enim cavere potui, inquit, ne fieret. Cavi igitur, ne merito fieret, quod in me fuit.*

COMMENTARIUS.

Verba coci cultrum gerentis.

SED EAM JAM.] Haec varie leguntur: SED EAM REMITTET. SED REMITTET. SED EAM REMITTET JAM.

18. OMNIA.] Mſ. pluſculi cum editis poſt an. 1469. OMNIA MODO.

19. AT ISTOS.] Tò AT initio ſententiae abrupte poſitum indignationis & commoti animi ſignum eſt. Supra I. 2. 59. Virg. Aen. II. 535.

At *tibi pro ſcelere, exclamat, pro talibus auſis*
Di, ſi qua eſt coelo pietas, quae talia curet,
Perſolvant grates dignas, & praemia reddant
Debita.

Adde Nic. Heinſ. ad Ovid. Herold. XII. 1. Similem vim habet Gr. ἀλλά.

21. A VOBIS] Mſſ. Traject. & Mark. cum edit. anni 1469. A NOBIS MEMORARE. Legitur & COMMEMORARE.

22. FIDELI ANIMO, ET BENIGNO IN ILLAM.] Editio anni 1469. FIDELI ANIMO IN ILLAM, ET CLEMENTI.

27. SED QUANDO SESE ESSE INDIGNAM DEPUTAT MATRI MEAE, CUI CONCEDAT.] Quum in Mſſ. Leidenſibus quinque, Bodlejano, Trajectino, Markiano, Lipſ. & Boend. diſerte legatur CUI, nihil mutandum duxi. Et in Codice Bembino a prima manu legi CUI, ſed quod mutatum in QUAE, teſtatur Faërnus. Neque ſane aliter quiſquam Librorum editorum, quod quidem ſciam. Guyetus tamen QUAE praefert. Idem J. Fr. Gronovio placebat, Obſerv. III. 8. qui & CUR ſubſtituit. Mihi neutrum probatur, vel ob ſequens CUJUSQUE, quod indicio eſt, praeceſſiſſe relativum ad τὸ MATRI referendum. Senſus igitur eſto: *Sed quando ſeſe eſſe indignam deputat matre mea, cui matri meae concedat.* Sed & in Libris quibuſdam τὸ ESSE deſideratur. Quae Mericus Caſaubonus huc adfert, ἀπροσδιόνυσα ſunt. Tanaq. Faber vertit: *Elle croit être trop grande dame, pour ceder a ma mere.* De uſu τῶν *dignus* & *indignus* vide ad Eun. V. 2. 26.

28. Cujus-

Digitized by Google

Namque eo pacto maxume apud te meo erit ingenio fides,
Quum illa, quae nunc in me iniqua eſt, aequa de me dixerit.
Neque mea culpa hoc diſcidium eveniſſe, id teſtor Deos!
Sed quando ſeſe eſſe indignam deputat matri meae,
Cui concedat, cujuſque mores toleret ſua modeſtia;
Neque alio pacto componi poteſt inter eas gratia;

Segre-

DONATI.

24. NAMQUE EO PACTO MAXUME APUD TE MEO ERIT INGENIO FIDES.] Bene, non *dictis*, ſed INGENIO.

25. QUUM ILLA, QUAE NUNC IN ME INIQUA EST, AEQUA.] INIQUA AEQUA, παρωνομασίαι ſunt Terentianae. Et bonum argumentum. Nam & [13] *Virgilius*,

Ipſe hoſtis Teucros inſigni laude ferebat,

inquit. Et *Cicero*, *Te ipſo teſte iniquo, atque improbo: verum ad hanc rem ſatis idoneo: te, inquam, teſte, dicam.* IN ME INIQUA EST, AEQUA DE ME DIXERIT.] Quia adverſarii teſtimonium, ſi contra ſe dicat, tam grave eſt, quam vel boni viri.

26. NEQUE MEA CULPA HOC DISCIDIUM EVENISSE.] Non ergo quid fiat, verum per quos fiat, quaerendum eſt. Et nimis abrupte dixit EVENISSE, non *Evenire*. HOC EVENISSE DISCIDIUM.] Ad confirmationem, non *Evenire*, ſed EVENISSE dixit.

27. SED QUANDO SESE ESSE INDIGNAM.] Hoc ſic profert, ut eam oſtendat cauſam eſſe diſcidii: & hoc ipſo tentat, [14] utrum dotem relinquere poſſit. Et ideo ſupra, *Neque mea culpa hoc diſcidium eveniſſe, id teſtor Deos*, inquit. DEPUTAT MATRI MEAE, CUI CONCEDAT.] [15] Fortaſſe ergo indigna eſt. Et recte DEPUTAT: mihi tamen mater colenda eſt. hoc ſentit. DEPUTAT MATRI MEAE, CUI CONCEDAT.] E'ι ὑποκρίσει MATRI MEAE, ut idonea ſit cauſa repudii.

28. CUJUSQUE MORES TOLERET.] Hoc melius, quam *obſequatur*, [16] aut *inſerviat*. MORES TOLERET.] Bene MORES, ut aniculae: [17] notat enim pravitatem. unde ſenes, *moroſi* appellantur. [18] *Horatius*,

Donec virenti canities abeſt
Moroſa.

MORES TOLERET SUA MODESTIA.] O temperamentum! MORES potius, quam *Injurias* dixit.

29. NEQUE ALIO PACTO COMPONI POTEST.] Niſi ut concedat matri, toleretque mores ejus.

OBSERV. IN DONAT.

13. *Virgilius.*] Aen. I. 629.
14. *Utrum dotem relinquere poſſit.*] Conjiciebat Lindenbruchius: *Utrum dotem retinere poſſit.* Malim, *Utrum dotem relinquere fas ſit.*
15. *Fortaſſe ergo indigna eſt. & recte* DEPUTAT*: mihi tamen mater colenda eſt. hoc ſentit.*] Haec abſunt a Codicibus meis, Rob. Stephano vetuſtioribus.
16. *Aut inſerviat.*] Melior haec lectio, quam veterum Librorum, *ut inſerviat.* reſtituit, opinor, Lindenbr.
17. *Notat enim pravitatem.*] Ante Corn. Schrevelii editionem Lugduno-Batavam in Libris meis omnibus invenio *non enim pravitatem.*
18. *Horatius.*] Carm. I. 9. 17.

COMMENTARIUS.

28. CUJUSQUE.] Legitur & Cujus.

29. COMPONI POTEST INTER EAS GRATIA.] Sic Phorm. IV. 3. 16. Plaut. Curc. V. 3. 23.

Animum advertite, ſi potiſſum hoc inter vos componere.

Virg. Ecl. III. 108.

Non noſtrum inter vos *tantas* componere lites.

Segreganda aut mater a me eſt, Phidippe, aut Philumena.
Nunc me pietas matris potius commodum ſuadet ſequi.
La. Pamphile, haud invito ad aures ſermo mihi acceſſit tuus,
Quum te poſtputaſſe omnes res prae parente intelligo.
Verum vide; ne impulſus ira prave inſiſtas, Pamphile.
Pa. Quibus iris impulſus nunc in illam iniquos ſiem?
Quae numquam quidquam erga me commerita 'ſt, pater,
Quod

DONATI.

30. SEGREGANDA AUT MATER A ME EST, PHIDIPPE.] Bene tamquam ex deliberatione colligit, quod facturus eſt. Et mollius SEGREGANDA, quam *Excludenda*.

31. NUNC ME PIETAS MATRIS POTIUS COMMODUM SUADET SEQUI.] Quam mollibus verbis [19] repudium nuntiatum eſt a Pamphilo.

32. HAUD INVITO AD AURES.] Optime dictum, HAUD INVITO. non enim in totum volenti, quippe de diſcidio: ſed tamen quia pie locutus eſt, mediocriter approbavit. PAMPHILE, HAUD INVITO AD AURES.] Gravis oratio eſt a nomine incoepta. [20] *Virgilius*,

O praeſtans animi juvenis.

Et eſt figura Αντότης. Sic [21] *Virgilius*,

Poſthabui tamen illorum mea ſeria ludo.

HAUD INVITO SERMO MIHI ACCESSIT TUUS.] Senili loquacitate: pro, *Recte locutus es.*

33. OMNES RES.] Plus dixit, quam ſi *Uxorem* diceret. PRAE PARENTE INTELLIGO.] Bene PARENTE, quod nomen commune & cum patre eſt, & cum omnibus, quos haec neceſſitudo conjungit. Melius ergo, quam ſi diceret *Matrem*.

34. VERUM VIDE; NE IMPULSUS IRA PRAVE INSISTAS, PAMPHILE.] Leniter & ſuadenter. IRA.] Non ergo judicio. INSISTAS, PAMPHILE.] Non enim *Incipere*, ſed *Inſiſtere* hic malum eſt.

35. QUIBUS IRIS IMPULSUS.] Non dixit, *Qua ira*, ne ſuperbe loqueretur, ſed QUIBUS IRIS: ut hoc ipſum per εἰρωνείαν derideret, quod pater dixit, IMPULSUS IRA. [22] An IRIS matris, aut meae uxoris, & mea? an omnium trium? QUIBUS IRIS IMPULSUS.] Recte, non vult iram eſſe, ne peccaſſe videatur uxor. [23] Sic enim quaſi nec ipſa peccaverit. QUIBUS IRIS.] Ille *Iram* ſingulariter dixit, hic *Iras* pluraliter: ne videatur unius irae cauſa mittere uxorem.

36. QUAE NUMQUAM QUIDQUAM ERGA ME COMMERITA 'ST, PATER.] Adverte, proprietatem expreſſit *commerendi* & *merendi*.

OBSERV. IN DONAT.

19. *Repudium nunciatum eſt a Pamphilo.*] Ita Rob. Stephanus edidit. Codices vetuſtiores: *Repudium nuptiarum eſt.* PAMPHILE, HAUD INVITO AD AURES SERMO.] *Optime dictum*, HAUD INVITO.
20. *Virgilius.*] Aen. XII. 19.
21. *Virgilius.*] Ecl. VII. 17. Sed in Mſſ. & edd. vetuſtis eſt: *Poſthabita coluiſſe Samo.* Aen. I. 16.
22. *An* IRIS *matris, aut meae uxoris, & mea?*] Haec varie & corrupte leguntur in Libris antiquis. Lego ex conjectura: QUIBUS IRIS.] *An* IRIS *matris? an meae uxoris? an mea?*
23. *Sic enim quaſi nec ipſa peccaverit.*] Ex lectione Codd. veterum: *Sic enim aut quaſi nec ipſa peccaverit*, reſtituo, *Sic enim ait, quaſi nec ipſa peccaverit.*

COMMENTARIUS.

31. NUNC ME PIETAS MATRIS POTIUS COMMODUM SUADET SEQUI.] Nihil mirum, uxorem parentibus poſthaberi, ubi vulgo & de leviſſimis cauſſis divortia fiebant. Qui vero jus connubii ſanctum & inviolatum eſſe juſſit, aliter ſanxit Deus, Geneſ. II. 24. *Quia vero etiam apud Graecos & Romanos amor conjugalis omnium fortiſſimus, & poſthabiti conjugibus parentes, Pamphilus cum ob rationem, quam praemiſit, tum ob aliam, quam animo tegebat, indignabundus haec effudit.* Haec erant in Ampliſſ. Senatoris, Corn. Bynkershoekii ſuper hoc loco ad me literis.

32. HAUD

Quod nollem: & ſaepe, quod vellem, meritam ſcio.
Amoque, & laudo, & vehementer deſidero.
Nam fuiſſe erga me miro ingenio, expertus ſum:
Illique exopto, ut reliquam vitam exigat
Cum eo viro, me qui ſit fortunatior:
Quandoquidem illam a me diſtrahit neceſſitas.

Ph.

DONATI.

37. ET SAEPE, QUOD VELLEM, MERITAM SCIO.] *Mereri* bona dicimus. *Commereri* mala: id eſt, delinquere, peccare. Ergo hic MERITAM, pro *Praeſtitiſſe* dixit. [24] *Virgilius*,

ego te, quae plurima fando
Enumerare vales, numquam, regina, negabo
Promeritam.

38. AMOQUE, ET LAUDO.] Non ſtatim qui amantur, & laudantur: nec qui laudantur, etiam continuo deſiderantur. Multa ergo dixit, AMOQUE, ET LAUDO, ET VEHEMENTER DESIDERO. Et vide, amoris impulſus nimius hic eſt circa uxorem: & quaſi oblitus ſuae matris & vitiatae, loquitur. ſed tali opus eſt Pamphilo ad ejuſmodi argumentum, donec perveniat ad καταστροφὴν, in qua uxorem reduci neceſſe eſt.

39. NAM FUISSE ERGA ME.] Quantum valet, quod FUISSE dixit, & non *Eſſe!* quaſi re transacta. ERGA ME.] Hoc totum repudiaturus inaniter diceret, niſi ad exitum Fabulae Poëta reſpiciens, reducturi animum in Pamphilo reſervaret. Et nota repudiantem eam, quam laudat, pietate ſola compulſum.

40. UT RELIQUAM VITAM EXIGAT.] [25] Satis flebiliter dixit, RELIQUAM EXIGAT. [26] *Virgilius:*

Omnes ut tecum, meritis pro talibus, annos
Exigat.

41. CUM EO VIRO.] [27] Non invidere, jam non eſt mariti.

42. QUANDOQUIDEM ILLAM A ME DISTRAHIT NECESSITAS.] Omnis concluſio verborum Pamphili, repudii confirmationem continet: plus tamen ſententia ſignificante, quam verbis. QUANDOQUIDEM ILLAM A ME DISTRAHIT NECESSITAS.] Excuſatio in neceſſitate, quae eſt inexorabilis. Et NECESSITAS, partus ſcilicet, quam neceſſitatem domi offendit: quod ex alio ſcilicet peperit. [28] Sed modo vult neceſſitatem, matris videri iracundiam, quae a nutu ita offenſa ſit.

OBSERV. IN DONAT.

24. *Virgilius.*] Aen. IV. 333.
25. *Satis flebiliter.*] Mſ. Boend. & edit. Tarviſ. *Satis fideliter.*
26. *Virgilius*] Aen. I. 78.
27. *Non invidere.*] Forte: *Nam invidere.*
28. *Sed modo vult neceſſitatem, matris videri iracundiam, quae a nuru ita offenſa ſit.*] Parum ſani eſt in Codd. veteribus. Mſ Hulſt. τὸ *Ita* non agnoſcit. In aliis eſt *Iſta*. Plerique omnes legunt, *Iracundiae.* Fingo e conjectura: *Sed modo vult neceſſitatem matris videri injuriam, qua a nuru offenſa ſit.*

COMMENTARIUS.

32. HAUD INVITO AD AURES SERMO MIHI ACCESSIT TUUS.] Accius, Meleagro:

timide eliminor
Clamore; ſimul ac agnita vox ad aures *ejus* accidit.

Plaut. Merc. V. 2. 23.

Neſcio, queja vox ad aurem *mihi* advolavit.

Cic. pro P. Sext. 50. *Nihil ut umquam videretur tam populare* ad *populi Romani* aures accidiſſe.

33. POSTPUTASSE OMNES RES PRAE PARENTE.] Sic Adelph. II. 3. 9.

34. IMPULSUS IRA PRAVE INSISTAS.] Sic Phorm. I. 4. 15. Mallet Guyetus, PLANE INSISTAS. Prave, & planiſſimo errore.

37. MERITAM SCIO.] Codd. quidam manu exarati & typis impreſſi, poſt an. 1469. SAEPE MERITAM, QUOD VELLEM, SCIO.

Ph. Tibi id in manu eſt, ne fiat. *La.* Si ſanus ſies,
Jube illam redire. *Pa.* Non eſt conſilium, pater.
Matris ſervibo commodis. *La.* Quo abis? mane;
Mane, inquam. quo abis? *Ph.* Quae haec eſt pertinacia?
La. Dixin', Phidippe, hanc rem aegre laturum eſſe eum?
Quamobrem te orabam, filiam ut remitteres.

Ph.

D O N A T I.

43. TIBI ID IN MANU EST, NE FIAT.] Hoc oppoſuit, quod minime vult Pamphilus videri, & quod prodeſt ſocero. SI SANUS SIES, JUBE ILLAM REDIRE.] Pro, *Si ſanus es:* nam aliter *Jubeas* dicere debuit. SI SANUS SIES.] Bene pater ſupra *Iram* dixit: nunc *Inſaniam* ſignificat ineſſe Pamphilo. SI SANUS SIES.] Non ergo culpa eſt, [29] cui ut redeat, jubere poteſt.

44. NON EST CONSILIUM.] Durius erat, *Nolo reducere.* ergo hoc lenius dixit.

45. MATRIS SERVIBO COMMODIS.] Hoc verbo neceſſitatem, qua cogatur, oſtendit. QUO ABIS?] Factum Pamphili ex patris verbis oſtenditur, quod diſceſſit. Et bene: nam ulterius praeſente patre reſiſtere durum fuit.

46. MANE, INQUAM. QUO ABIS?] Bene, Quo abis? quia patrem deſeris & uxorem. QUAE HAEC EST PERTINACIA?] Sicut decuit ſocerum. Et ſubindignatur, quia coram ſibi fit contumelia.

47. DIXIN', PHIDIPPE.] Artificioſe Laches, ut minus miretur, & minus indignetur ſocer, iraſci Pamphilum dicit: quando & praedictum eſt, & ſic oportuit. DIXIN', PHIDIPPE, HANC REM AEGRE LATURUM ESSE EUM?] Renovavit verba ſua eidem perſonae. nam ita dixerat, *Neque adeo clam me eſt, quam eſſe eum graviter laturum credam, Hoc ſi reſcierit.*

48. QUAMOBREM TE ORABAM, UT FILIAM REMITTERES.] Invidioſe adverſum Phidippum, tamquam in illo ſit, unde ſe purget, & non accuſet Pamphilum.

O B S E R V. I N D O N A T.

29. *Cui ut redeat, jubere poteſt.*] Ante Rob. Stephanum ita: *Non ergo culpa eſt: ut redeat jubere poteſt.*

C O M M E N T A R I U S.

43. TIBI ID IN MANU EST, NE FIAT.] Tui arbitrii res eſt. Infra IV. 4. 44. Plaut. Amph. II. 1. 14.

Iſtuc tibi eſt in manu.

Salluſt. Jug. 14. *Neque* mihi in manu fuit, *Jugurtha qualis foret.* Sic Graeci, *ἐν χερσί τι ἔχειν.* Atque ita Germani & Belgae.

SI SANUS SIES.] Mſ. Bodl. & editi quidam, SI SANUS SATIS SIES. Edit. anni 1469. SI SALVOS SATIS SIES. Mſ. Boend. & Junt. SI SANUS ES.

44. NON EST CONSILIUM.] Plaut. Mil. II. 3. 73.

Conſilium eſt, *ita facere.*

Rud. IV. 2. 23.

Nunc ſic faciam, ſic conſilium eſt.

Tacit. Annal. I. 1. *Inde* conſilium mihi, *pauca de Auguſto, & extrema tradere.*

46. QUO ABIS?] Codices quidam Mſſ. & impreſſi, QUO VADIS?

48. TE ORABAM.] In Libris quibuſdam eſt, TECUM ORABAM. Quod Comicum eſt, & Plautinum. Sic infra IV. 4. 64. Afranius, Emancipato:

Hem, quid ais! mane ſerva quaeſo, niſi moleſtum
eſt. pauca ſunt, tecum quae volo.

52. RENUMERET DOTEM HUC.] Idem Myrrhina Pamphilo praeſenti, ſed minus ſtomachoſe ſignificaverat, ſupra III. 3. 31.

Ceterum de reducenda id facias, quod in rem ſit tuam.

Ad quae verba Donatus: *Nam niſi reducatur, reddenda dos erit.* Scilicet jure Romano, ſoluto per divortium matrimonio, pater repetebat dotem profectitiam, ipſa mulier adventitiam, niſi matrimonium ſolveretur ob adulterium mulieris; quando ceſſabat repetitio dotis. Uti autem maritus lucrabatur dotem, ob delictum uxoris; ita uxor donationem propter nuptias ex delicto mariti. Jure Graeco quoque renumerandam fuiſſe dotem, ſi maritus ſine cauſa uxorem repudiaſ-

Digitized by Google

Ph. Non credidi aedepol adeo inhumanum fore.
Ita nunc is ſibi me ſupplicaturum putat?
Si eſt, ut velit reducere uxorem, licet:
Sin alio eſt animo; renumeret dotem huc; eat!
La. Ecce autem! tu quoque proterve iracundus es.
Ph. Percontumax rediſti huc nobis, Pamphile.
La. Decedet jam ira haec: etſi merito iratus eſt.

Ph.

DONATI.

49. NON CREDIDI AEDEPOL ADEO.] Potuit enim dicere, *Non credidi inhumanum fore:* ſed acerbe addidit ADEO. ADEO INHUMANUM FORE.] Bene, quaſi iratus, INHUMANUM eſſe inquit.

50. ITA NUNC IS SIBI ME.] SIBI & ME, magno pondere legendum eſt utrumque pronomen, ut, [30] *Cantando tu illum?* Id eſt, genero ſocerum, vel Pamphilo Phidippum, vel ſi quid tale inveneris. SUPPLICATURUM.] Parum eſt *Satis facturum*; SUPPLICATURUM addidit.

52. SIN ALIO EST ANIMO; RENUMERET DOTEM HUC; EAT!] Hoc recte ſocer. non tam ut dotem recipiat, quam ut terreat, hoc dicit. Et RENUMERET, proprie: quia dos, pecunia eſt. Et ἰδιωτισμὸς iraſcentis eſt, & exigentis debitum. EAT vero mire dictum: quaſi ipſe projiciatur, qui jubetur ire. Et ſimul in hoc verbo quaſi renuntiatio caritatis eſt. RENUMERET DOTEM HUC; EAT!] [31] Terrorem repetendae dotis oſtendit, quum dicit, RENUMERET DOTEM: ſimul cum injuria, HUC: & iracunde, EAT!

53. ECCE AUTEM TU QUOQUE PROTERVE IRACUNDUS ES.] Addendo QUOQUE, nonnihil aſſenſus eſt: quaſi dicat, *Quomodo Pamphilus.* PROTERVE IRACUNDUS ES.] PROTERVE, immoderate, & ſuperbe, dictum eſt ideo, quod proterat alium, qui protervus eſt. Nam *Protervus* eſt, qui dum alius obvius eſt, proterit: quod faciunt & tauri in appetitu coitus foeminarum, in quas calent.

54. PERCONTUMAX REDISTI.] Proprie *Contumax* dicitur contemtor potiorum. PERCONTUMAX REDISTI HUC NOBIS, PAMPHILE.] Magnae indignationis eſt, abſentes alloqui: ut alibi, *O Aeſchine, Pol haud paternum iſtuc dediſti.* NOBIS, PAMPHILE.] Τῷ ἀττικισμῷ. nam aut abundat, aut ſignificatu adjuvat pronuntiationem.

55. DECEDET JAM IRA.] Quaſi in ira ſit culpa: non, *Deponetur ira*, inquit, ſed, DECEDET.

OBSERV. IN DONAT.

30. *Cantando tu illum?*] Virg. Ecl. III. 25.

31. *Terrorem.*] Libri veteres ante Rob. Stephanum, cum Mſ. Boend. *Repente terrorem dotis oſtendit.*

COMMENTARIUS.

pudiaſſet, non eſt, cur dubitemus. Apulejus Apolog. *Nam quodcunque aliud in dotem acceperis, potes, cum libuit, ne ſis beneficio obſtrictus, omne, ut acceperas, renumerare, mancipia reſtituere, domo demigrare, praediis cedere. Sola virginitas cum ſemel accepta eſt, reddi nequitur: ſola apud maritum ex rebus dotalibus remanet.* Eſt autem RENUMERET, reddat, reſtituat; ut *numerare* ſolvere. Adelph. III. 3. 15. & 25. Plaut. Epid. II. 2. 120.

i, numera, *nihil ego te moror.*

Cicero paſſim. Sed & δεικτικῶς dixit Huc, q. d. in hunc ſinum; quem manu tangebat.

53. ECCE AUTEM!] Admirantis formula. Sic Eun. II. 3. 6. Plaut. Moſtell. III. 1. 131.

Ecce autem, *perii!*

55. DECEDET JAM IRA HAEC.] Sic infra V. 2. 15. Mſ. Bodl. & edit. anni 1469. DECEDET IRA HAEC, omiſſo JAM.

56. QUIA

Digitized by Google

Ph. Quia paullulum vobis acceſſit pecuniae,
Sublati animi ſunt. *La.* Etiam mecum litigas?
Ph. Deliberet, renuntietque hodie mihi,
Velitne, an non: ut alii, ſi huic non ſit, ſiet.
La. Phidippe, ades! audi paucis. abiit. quid mea?
Poſtremo inter ſe tranſigant ipſi, ut lubet:

Quan-

DONATI.

56. QUIA PAULLULUM VOBIS ACCESSIT PECUNIAE.] Facete: quaſi dicat, Quia habetis unde dotem reddatis. aut, [32] Quia nullam cauſam habeatis repudii, ſed ditiorem quaeratis conjunctionem. QUIA PAULLULUM VOBIS ACCESSIT PECUNIAE, SUBLATI ANIMI SUNT.] [33] Et non, Major eſt factus Pamphilus. ſimul majore ſtomacho, quod cum labore celabat, aperte oſtendit.

57. SUBLATI ANIMI.] Pro *Elati*, SUBLATI dixit. Et hoc proprie ferarum eſt. ut,

[34] *Attollitque animos. Poenorum qualis in arvis,*
Saucius ille gravi venantum vulnere pectus,
Tum demum movet arma leo.

Nam beſtiae pro animi qualitate vel erigunt corpora, vel deponunt, [35] ait *Cicero*. ETIAM MECUM LITIGAS?] Belle: & illum [36] ex invidia iracundiorem, [37] & hoc ad ſe dicentem; quod propter Pamphilum dicebat, effecit. ETIAM MECUM LITIGAS?] Invidioſe, quaſi jam cum Pamphilo litigaverit.

58. DELIBERET, RENUNTIETQUE HODIE.] Ferocius quam ſocerum deceret: attamen mature, quod DELIBERAT dixit.

59. UT ALII, SI HUIC NON SIT, SIET.] Magna fiducia conditionem filiae aſſerit: quoniam jam ſi Pamphilus nolit, paratum alterum dicit eſſe. SI HUIC NON SIT.] Subauditur *uxor*. Sed dura dictu reticuit, ut debebat.

60. PHIDIPPE, ADES.] Nomine appellat: quod facere ſolemus, iratos mitigare conantes.

61. POSTREMO INTER SE TRANSIGANT.] Non enim haec votiva ſunt, quibus intereſſe delectet.

OBSERV. IN DONAT.

32. *Quia nullam cauſam habeatis repudii, ſed ditiorem quaeratis conjunctionem.*] Lego: *Quia nullam cauſam habetis repudii, ſed ditiorem quaeritis conditionem.* Sic ad verſum 59. *Magna fiducia conditionem filiae aſſerit.* Rob. Stephanus, *Quaſi* edidit. quod eſt in Libris quibuſdam veteribus. ſed qui ſimul *habentes* legunt.

33. *Et non, major eſt factus Pamphilus.*] Mſ. Hulſt. *Et minacior factus eſt Pamphilus, ſimul & iratior.*

34. *Attollitque.*] Virg. Aen. XII. 4.

35. *Ait Cicero.*] Haec abſunt a multis Libris.

36. *Ex invidia.*] Malim, *Ex injuria.*

37. *Et hoc.*] Lego, ope Mſſ. Hulſt. & Boend. ſed & edd. veterum: *Et hunc ad ſe dicentem, quod propter Pamphilum dicebatur, effecit.*

COMMENTARIUS.

56. QUIA PAULLOLUM VOBIS ACCESSIT PECUNIAE, SUBLATI ANIMI SUNT] Plaut. Stich. II. 1. 28.

Secundas fortunas decent ſuperbiae.

Quod Germani ita efferunt: *Gut macht muth.* Belgae: *Goed maekt moed.* Proprie autem, ACCESSIT, quaſi ad priſtinam nummorum ſummam. Cicero pro C. Rabir. Poſtumo, 11. *Non intelligo, hoc quale ſit: utrum* acceſſionem *Decumae, ut noſtri facere coactores ſolent, centeſimae; an* deceſſionem *de ſumma fecerit. Si* acceſſionem; *undecim millia talentûm ad Gabinium pervenerunt.* dixit porro SUBLATI ANIMI, uti Plautus Truc. II. 8. 10.

Poſtquam filiolum peperit, animos ſuſtulit.

Virgil. Aen. XII. 3.

ultro implacabilis ardet,
Attollitque animos.

Menander:

Ὑπερήφανος πῶ γίνετ' ἡ λίαν τρυφὴ
Ο', τε πλοῦτος, ἐξώκειλε τὸν κεκτημένον
Εἰς ἕτερον ἦθος, οὐκ ἐν ᾧ τὸ πρόσθεν ἦν.

Neque

Quando nec gnatus, neque hic mihi quidquam obtemperant:
Quae dico, parvi pendunt. porto hoc jurgium
Ad uxorem, cujus haec fiunt conſilio omnia:
Atque in eam hoc omne, quod mihi aegre 'ſt, evomam.

DONATI.

62. Quando nec gnatus, neque hic.] Invidioſe Gnatus, & Non obtemperant, & Hic non familiariter dictum, quaſi ab irato.

63. Quae dico, parvi pendunt.] Quia obtemperamus etiam tacitae voluntati. Porto hoc jurgium ad uxorem, cujus, &c.] Bene rurſus in errorem reditur: ne quae vera ſunt, contra Fabulae propoſitum cognoſcantur. Porto hoc jurgium.] Porto, quaſi aliquid magnum.

64. Cujus haec fiunt conſilio omnia.] Non tranſacta objiciuntur uxori, ſed quae nunc aguntur. Consilio.] Utrum diſpoſitione: an *εἰρωνείᾳ* eſt in male conſulentem?

65. Atque in eam hoc omne, quod mihi aegre 'st.] Non *Quod iraſcor*, ſed Quod mihi aegre est, dixit. Evomam.] Bene: quia aegritudinem ſolet vomitus relevare: ſic [38] *Cicero* in Catilinam, quum dicit, *Quae quidem laetari mihi videtur, quod tantam peſtem evomuerit, foraſque projecerit.*

OBSERV. IN DONAT.

38. *Cicero in Catilinam.*] II. 1.

COMMENTARIUS.

Neque tamen τὸ Animi pl. num. in vitio ſemper ponitur. Virgil. Aen. VI. 261.

Nunc animis *opus*, *Aenea*, *nunc pectore firmo.*

59. Ut alii, si huic non sit, siet.] Cicero Fam. II. 11. *Quidquid erit*, tibi erit. Codices quidam ſcripti & editi poſt 1469.: Ut aliis.

62. Quando nec gnatus.] Hic verſus, & qui ſequuntur, Guyeto inſititii videntur.

64. Cujus haec fiunt consilio omnia.] Editio anni 1469. Cujus hic fiunt consilio omnia.

65. In eam hoc omne, quod mihi aegre 'st, evomam.] Vide Adelph. III. 2. 14.

ACTUS QUARTI

SCENA PRIMA.

MYRRHINA. PHIDIPPUS.

My. PERII! quid agam? quo me vortam? quid viro meo reſpondebo
Miſera? nam audiviſſe vocem pueri viſu' 'ſt vagientis:
Ita corripuit derepente tacitus ſeſe ad filiam.
Quod ſi reſcierit peperiſſe eam, id qua cauſa clam me habuiſſe Di-

DONATI.

PERII! QUID.] *Mire in hac Scena iterum rixa eſt ſenis atque anus: & tamen varie & alio modo, ut mores inter ſe diverſos, & tamen notos poſſimus agnoſcere.*

1. PERII! QUID AGAM?] Haec proloqui oportet Myrrhinam, ut ex ejus perſona reminiſcatur ſpectator geſtae rei: ſimulque ex hujus perſonae verbis, quid agat altera perſona, monſtretur. Nam perſcrutari Phidippum univerſa conclavia, & ire per totam domum cognito partu filiae ſuae, apparet ex praeſentibus dictis. PERII! QUID AGAM?] Singula ita pronuntia, ut [1] perturbatum oſtendas. QUID AGAM? QUO ME VORTAM?] Figura διαπόρησις, apta turbatis.

2. NAM AUDISSE VOCEM PUERI VISUS EST VAGIENTIS.] [2] *Virgilius*,

Continuo auditae voces, vagitus & ingens,
Infantumque animae flentes in limine primo.

Et eſt ὀνοματοποιία. nam vox ipſa ſic eſt, ut quaſi vagitus ſaepius ſonet. PUERI VISUS EST VAGIENTIS.] Proprie dixit VAGIENTIS; & infantium eſt. VISUS EST.] Quomodo, *Audire vocem viſa ſum modo militis.*

3. ITA CORRIPUIT DEREPENTE.] Raptim intulit. Et DEREPENTE, una pars orationis eſt, ut *Defeſſus.* adverbiis enim praepoſitiones ſeparatim non adduntur. DEREPENTE.] Ὑφέν. Nam ſi ſeparaveris, non eſt Latinum, DE REPENTE.

4. QUOD SI.] QUOD, pro *Nam*, aut *Itaque.* ſed & nos in hujuſmodi ſignificatione ſic dicimus. QUOD SI RESCIERIT.] *Scimus* manifeſta: *Reſcimus* occulta. ID QUA CAUSA.] ID, hoc ipſum, peperiſſe eam.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Perturbatum.*] Lego vel *Perturbatam*, ſub. Myrrhinam, vel *animum perturbatum*, quanquam integra haec nota in Codd. Rob. Stephano vetuſtioribus deſideratur.
2. *Virgilius.*] Aen. VI. 426.

COMMENTARIUS.

Mire perturbati ſunt in Codicibus antiquis hujus ſcenae verſus. Quod Palmerio & Guyeto prae ceteris pro lubitu fingendi & refingendi anſam dedit. Muretus optime omnium reſtituit. Dacieria facit hanc Actus III. ſcenam VI.

1. QUID VIRO MEO RESPONDEBO.] Bona Mſſ. pars: QUID VIRO MODO RESPONDEBO.

3. DEREPENTE.] Adverbium veteribus uſurpatum,

Dicam? non aedepol ſcio.

Sed oſtium concrepuit! credo, ipſum ad me exire. nulla ſum!

Ph. Uxor ubi me ad filiam ire ſenſit, ſe duxit foras.

Atque eccam video! quid ais Myrrhina? heus! tibi dico.

My. Mihine, mi vir?

Ph. Vir ego tuus ſum? tun' virum me, aut hominem deputas adeo eſſe?

Nam

DONATI.

5. Non aedepol scio.] Ideo quia vera cauſa dici non poteſt.

6. Sed ostium concrepuit!] Plus eſt quam *Crepuit:* nam *con* modo auctivum eſt. Ad me.] Bene Ad me, quaſi litigaturum.

7. Ubi me ad filiam ire sensit.] Hoc ante rem: & ſimul argumentum delicti eſt, quod exiit a filia marito ingreſſo mulier. Uxor ubi me ad filiam.] Mirantis eſt geſtus & dictum. Se duxit foras.] Ordo, Duxit se. Et verbis uſus eſt, [3] intra domeſticos parietes, artis, *τῷ ἰδιωτισμῷ*. Se duxit, pro *Abiit.*

8. Atque eccam video!] Apparet mulierem fugere, & viri averſari praeſentiam. Et ideo hoc ſeparatim pronuntiandum. Heus! tibi dico.] Oſtendit Myrrhinam avertentem ſe: quaſi nihil inveniat, quod dicat de filia. Mihine, mi vir?] [4] Sic & in Andria: *Nihil reſpondes?* quum turbatum ſe oſtendit Davus. Vir?] Ad maritalem conditionem retulit, non ad ſexum. [5] ut *Virgilius* in Bucolicis,

Vir gregis ipſe caper.

9. Tun' virum me.] Accuſatio ab increpatione incipiens. Aut hominem deputas adeo esse?] *Αὔξησις* perverſa. Adeo autem abundat. [6] *Virgilius*,

Tuque adeo, quem mox quae ſint habitura Deorum

Concilia, incertum eſt.

OBSERV. IN DONAT.

3. *Intra domeſticos parietes, artis.*] Codices ante Rob. Stephanum, *Intra domeſticos parietes & arces.* Abr. Wielingius reponit. *Intra domeſticos parietes aptis.* Malim, *Intra domeſticos parietes natis.*

4. *Sic & in Andria: Nihil reſpondes?*] Locus eſt And. V. 2. 8. ubi Simo ad perturbatum Davum: Etiam tu hoc respondes? quid istic tibi negoti 'st? D. Mihine? S. Ita. D. Mihine? S. Tibi ergo.

5. *Virgilius in Bucolicis.*] VII. 7.

6. *Virgilius.*] Georg. I. 24.

COMMENTARIUS.

patum, teſte Nonio. Accius, Aſtyanacte:

Derepente *adſpicio ex nemore pavidum & properantem egredi.*

Utuntur & Ennius, Turpilius, Afranius, Naevius, Pomponius, Varro, etiam Cicero, Orat. pro Q. Ligar. 5. *Tu* derepente *irrupiſſes.* Et Noſter intra 39. Eadem ratione *deſubito* dixerunt.

Tacitus] Nec mihi, nec familiarium cuiquam verbum ante faciens; & ita Tacitus, ne a quoquam introitu prohiberetur.

4. In qua causa clam me habuisse dicam?] Plaut. Merc. II. 3. 26.

Muſca eſt meus pater, nihil poteſt clam *illum* haberi.

7. Se duxit foras.] *Ἀπήγαγεν ἑαυτόν.* Cic. Fam. X. 32. *Balbus quaeſtor, magna numerata pecunia, magno auri pondere, majore argenti coacto,* duxit ſe *a Gadibus.* Ad quem locum vide P. Manutium. Servius ad Virg. Aen. IX. 696.

is enim ſe primus agebat,

ait: *Plautus in Moſtellaria:* Unde agis te? *Ut enim nos e contrario dicimus*, Duco me; *ita ille*, Agit ſe. *ἀπὸ τοῦ ἄγειν.*

8. My. Mihine, mi vir? Ph. Vir ego tuus sum?] Plaut. Amph. II. 2. 180.

Al. *Obſecro, ecaſtor, cur iſtuc*, mi vir, *ex te audio?*

Am. Vir ego tuus ſim?

Digitized by Google

Nam ſi utrumvis horum, mulier, umquam tibi viſus forem,
Non ſic ludibrio tuis factis habitus eſſem. *My.* Quibus? *Ph.* At
rogitas?
Peperit filia. hem! taces? ex quo? *My.* Iſtuc patrem rogare eſt
aequom?
Perii! ex quo cenſes, niſi ex illo, cui data eſt nuptum, obſecro?
Ph. Credo: neque adeo arbitrari patris eſt aliter. ſed demiror,
Quid

DONATI.

10. NAM SI UTRUMVIS HORUM.] Vir aut homo. MULIER, UNQUAM TIBI VISUS FOREM.] Acerbe MULIER: ut ſupra, *Tu, inquam, mulier, quae me omnino lapidem, non hominem putas.*

11. QUIBUS?] Callide mulier, & quaſi nullius culpae conſcia, QUIBUS dixit: Et QUIBUS, *factis* ſcilicet. AT ROGITAS?] Bene iraſcitur interroganti. Nam [7] interrogare quae ſciat, impudentiae eſt.

12. PEPERIT FILIA.] Propoſitio criminis. HEM! TACES?] Non *Taces* nunc: ſed TACES, *celas.* EX QUO?] Bene EX QUO, quia argumentum impudicitiae eſt, puerperium taciturnum. ISTUC PATREM.] Mira calliditas. Rea mulier hoc ſolo defenditur, quod accuſat. ISTUC PATREM ROGARE EST AEQUOM?] Ex ſua interrogatione accuſavit accuſatorem.

13. PERII! EX QUO CENSES.] Mite additum ad affectum, PERII. NISI EX ILLO, CUI DATA.] A veriſimili argumentum. NISI EX ILLO, CUI DATA EST NUPTUM?] Solutio criminis per fiduciam reſpondentis. [8] *Salluſtius, Ita fiducia, quam argumentis purgatior es.*

14. CREDO: NEQUE ADEO ARBITRARI.] Ab accuſatione maritus ad defenſionem ſui converſus, omiſit quod coeperat. SED DEMIROR, QUID SIT.] Mollior factus, jam non iraſcitur, ſed miratur. Adeo vides Phidippum nulla re alia, quam mulieris correptione lenitum. DEMIROR.] *Valde miror*: quod minus eſt quam iraſcor.

OBSERV. IN DONAT.

7. *Interrogare quae ſciat.*] Ut generalis ſententia ſit, malim: *Interrogare, quae ſcias.*

8. *Salluſtius.*] Repetuntur haec Salluſtiana ad Phorm. I. 4. 28. ſed rectius, ut videtur: *Ita fiducia, quam argumentis purgatiores, dimittuntur.* Sunt autem in Fragmentis.

COMMENTARIUS.

Sed & in quibuſdam Codd. Terentii, VIR EGO TUOS SIM? legitur. In aliis etiam non MI VIR, ſed VIR. quod laudat Guyetus. Eſt autem durum, nec ſtilo Comici noſtri conveniens.

TUN'.] Hoc varie, TUNE. TUN' TU. Poſterius ad ſtomachum aptius, & magis virile videtur.

12. PEPERIT FILIA.] Suſtuli interrogationis notam, ſequutus optimas editiones, Anonymam, Lindenbruchii, Boecleri, Baſileenſem, Juntarum, Rob. Stephani, aliorum. Et Guyetus e ſuo Codice eraſerat, Anteſignanum erroris inſimulans, qui aliter edidiſſet. Neque enim commode interrogare poterat, EX QUO PEPERISSET filia, ſi neſciret, utrum peperiſſet, nec ne. Et quidni reſciterit, qui ipſe ſeſe ad filiam corripuerat intro? Vide ſupra, verſ. 3. atque ibi Donat.

TACES?] Non placet Donati *celas.* Phidippus Myrrhinam interrogatam de filiae partu, ſed nihil reſpondentem, increpat. Sic Eun. IV. 4. 28.

iſtam, quam habes, unde habes, veſtem? taces?
Monſtrum hominis! non dicturus?

ROGARE.] Mſſ. quidam & editi poſt an. 1469. ROGITARE.

15. OMNES NOS CELARE VOLUERES PARTUM.] Sunt Codices, in quibus VOLUERITIS legitur.

16. PRAESERTIM QUUM ET RECTE, ET TEMPORE

Quid ſit, quamobrem tantopere omnes nos celare volueris
Partum: praeſertim quum & recte, & tempore ſuo pepererit.
Adeon' pervicaci eſſe animo, ut puerum praeoptares perire,
Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam poſthac ſcires:
Potius, quam advorſum animi tui lubidinem eſſet cum illo nupta?
Ego etiam illorum eſſe hanc culpam credidi, quae te eſt penes.

My.

DONATI.

15. QUAMOBREM TANTOPERE.] Alia intentio criminis. OMNES NOS CELARE VOLUERIS.] Recte: quia putat & Pamphilum eſſe celatum. OMNES NOS CELARE VOLUERIS.] Antiqua locutio, *Illam rem celo te.*

16. PRAESERTIM QUUM ET RECTE, ET TEMPORE SUO PEPERERIT.] Vide, duae cauſae ſunt celandi partus. ſi non TEMPORE SUO venerit, quod indicium ſtupri eſt: & ſi non RECTE evenerit: hoc eſt, monſtri aliquid natum fuerit. Hic autem & TEMPORE SUO, & RECTE natum praedicat. PRAESERTIM QUUM ET RECTE.] Attulit mulieri compendium credulitas ſenis ſemel correpti, ne aliter ſuſpicetur. PRAESERTIM QUUM ET RECTE, ET TEMPORE SUO.] RECTE, ad illud pertinet, Quod non monſtrum peperit. TEMPORE SUO, ad ſpatium, quo praegnantes eſſe conſueverunt, id eſt, ad menſium dinumerationem: [9] quia & ſeptimo menſe naſci ſolent.

17. ADEON' PERVICACI ESSE ANIMO.] Invectio. ADEON' PERVICACI ESSE.] *Pervicax* eſt perſeverans cum quadam vi. UT PUERUM PRAEOPTARES PERIRE.] Ab aetate infantis, invidia.

18. EX QUO FIRMIOREM INTER NOS FORE AMICITIAM POSTHAC SCIRES.] Ab accidentibus, invidia. Et bene additur SCIRES: quia imprudentia in delicto veniam frequenter extorſit.

19. POTIUS, QUAM ADVORSUM ANIMI TUI LUBIDINEM.] A voluntate peccantis, invidia. ANIMI TUI LUBIDINEM dixit, ut minima cauſa magnis ſceleribus ſubjecta eſſet. ESSET CUM ILLO NUPTA.] Antiqui non *Illi nupta:* ſed, CUM ILLO NUPTA. Ergo ambo ſibi invicem nubunt.

20. EGO ETIAM ILLORUM ESSE HANC CULPAM.] Bene, ETIAM ILLORUM. non enim hoc ſe erraſſe ait, quod illorum putaverit culpam, [10] quae minor eſt: ſed, ETIAM ILLORUM: ut commune peccatum fuerit. ſed nunc quidem totum credit eſſe Myrrhinae. An ETIAM, pro *Adhuc*, ut major ſit dolor, qui nec opinanti acciderit.

OBSERV. IN DONAT.

9. *Quia & ſeptimo menſe naſci ſolent.*] Mſ. Boend. & edd. veteres, *Quia & ſeptimmi naſci ſolent.* Mſ. Hulſt. rectius: *Quia & ſeptimam naſci ſolent.*

10. *Quae minor eſt.*] Mſ. Boend. & edd. veteres: *quae minus eſt.* Mſ. Hulſt. *quae hujus eſt.*

COMMENTARIUS.

PORE SUO PEPERERIT.] Plautus Rudente, Prol. 4. Arcturus de ſemet:

Signum, quod ſemper tempore *exoritur* ſuo.

Exiſtimat autem Phidippus ſeptimeſtrem eſſe partum. poſt nuptias enim hic menſis agebatur ſeptimus. Cic. Att. X. 18. *Tullia mea peperit XIV. kal. Jun. puerum ἑπταμηνιαῖον. quod εὐτόκησεν, gaudebam. quod quidem eſt natum, perimbecillum eſt.* Partus autem ſeptimeſtris tempeſtivus habitus. Digeſt. Lib. I. Tit. 5. L. 12. Verba Pauli: *Septimo menſe naſci perfectum partum, jam receptum eſt, propter auctoritatem doctiſſimi Viri Hippocratis; & ideo credendum eſt, eum qui ex juſtis nuptiis ſeptimo menſe natus eſt, juſtum filium eſſe.* Macrob. Somn. Scip. I.6. & Cenſorin. de Die Nat. capp. 8. & 11. in Plutarchi ſuper hoc argumento ſententiam inquirunt. Plura habet Gellius Lib. III. cap. 16. Accurate autem hanc rem tractaverunt Carolus Annibal Fabrotus, & Paulus Zacchias, in Quaeſt. Medico-Legalib. Lib. I. Tit. II. Quaeſt. III.

19. CUM ILLO NUPTA?] Plaut. Trin. I. 2. 20.

My. Miſera ſum. *Ph*. Utinam ſciam ita eſſe iſtuc. ſed nunc mihi in mentem venit,
Ex hac re, quod locuta es olim, quum illum generum cepimus.
Nam negabas nuptam poſſe filiam tuam te pati
Cum eo, qui meretricem amaret, qui pernoctaret foris.
My. Quamvis cauſam hanc ſuſpicari, quam ipſam veram, mavolo.
Ph.

DONATI.

21. UTINAM SCIAM ITA ESSE ISTUC.] Te miſeram eſſe. Alibi, *Miſerum? quem minus credere eſt?* Et erit ſenſus, *Utinam vero ſis miſera.* UTINAM SCIAM ITA ESSE ISTUC.] Hoc quidam ſic accipiunt, quaſi Phidippus dicat, Penes te culpa eſt, quam illorum eſſe credebam: & utinam quod credo, penes te eſſe culpam, ita non eſſe certo ſciam. quia dixit, ſe miſeram: & miſeros non niſi innocentes dicimus. Ille enim hoc reſpondet: *Utinam in hoc negotio miſeram te, non ſceleſtam reperiam.* Sic [11] *Salluſtius, Atque ea cogentes, non coactos: ſceleſtos magis, quam miſeros diſtringi.* Et ideo ſequitur, SED NUNC MIHI IN MENTEM VENIT. Argumentum ex antecedentibus dictis & factis. NUNC MIHI IN MENTEM VENIT.] Recte NUNC: quaſi alias nihil ſuſpicanti.

22. QUOD LOCUTA ES OLIM.] Pro Ante. QUUM ILLUM GENERUM CEPIMUS.] Ut *Arbitrum capere* dicimus, id eſt, eligere. Et cum laude locutus eſt Pamphili. CEPIMUS.] Elegimus. [12] *Virgilius,*

Ante locum capies oculis.

24. CUM EO.] Viro. QUI MERETRICEM AMARET, QUI PERNOCTARET FORIS.] Non in hoc eſt accuſatio, quod haec locuta ſit: ſed argumentum eſt, quod celare voluerit partum, quae hoc olim dixerit. QUI PERNOCTARET.] Propter illud quod dixerat, *Quid interea? ibatne ad Bacchidem? Quotidie.* Et nota, familiariter hoc verbum poni a *Terentio*. Sic in Adelphis, *Sed ſi hic pernocto, cauſae quid dicam, Syre?*

25. QUAMVIS CAUSAM.] Hoc propter ſpectatorem dicitur, ut geſtorum meminerit. QUAM IPSAM VERAM.] Quia ſola ex omnibus defendi non poteſt.

OBSERV. IN DONAT.

11. *Salluſtius.*] In Fragmentis.

12. *Virgilius.*] Georg. II. 230.

COMMENTARIUS.

Dum quidem hercle tecum *nupta ſit.*
Stich. I. 2. 75.

Voſne ego patiar cum mendicis nuptas, *me vivo, viris?*

20. ETIAM.] Donato ambigua vox viſa. Notat autem h. l. adhuc, uſque adhuc.

21. ITA ESSE.] Mſſ. quidam & editi poſt an. 1469. τὸ ITA omittunt.

22. EX HAC RE.] Primus, quod quidem ſciam, editorum omnium, κόμματος lignum pono poſt haec verba. Senſus enim videtur eſſe: *Ex hac re*, i. e. ex moribus Pamphili, *quibus nunc quidem moratus eſt, in mentem mihi venit id, quod olim loquuta es.* Guyetus ſenſum commodum non exputans, ſubſtituit: *Ex hoc, quod locuta es olim.* Non vidit ſcilicet, illa, EX HAC RE, ſuperioribus eſſe jungenda.

ILLUM GENERUM CEPIMUS.] Adſcivimus, elegimus. quomodo Nonius Marcellus legit. Heaut. III. 1. 94. Plaut. Amph. Argum. 7.

Blepharo captus *arbiter.*

Propriam ſedem habet in virginibus Veſtalibus, quae *capi* dicebantur. Vide Suet. Aug. 31. & Gell. I. 12. ubi ex Fabio Pictore reſcruntur verba Pontificis Maximi ſolenniter *capientis* virginem. Ea verba haec ſunt: SACERDOTEM. VESTA-

Ph. Multo prius ſcivi, quam tu, illum amicam habere, Myrrhina:

Verum id vitium numquam decrevi eſſe ego adoleſcentiae:

Nam id omnibus innatum 'ſt. at pol jam aderit, ſe quoque etiam quum oderit.

Sed,

DONATI.

26. MULTO PRIUS SCIVI, QUAM TU.] Bene pergit: quia taciturnitas pro confeſſione accepta eſt.

27. VERUM ID VITIUM.] Hoc intelligi non poteſt, niſi VITIUM bis numero ſubaudieris. ADOLESCENTIAE.] Melius dixit ADOLESCENTIAE, quam *Pamphili:* ut quod in aetate fuerat, [13] non timeret in ingenio.

28. NAM ID OMNIBUS INNATUM EST.] Amare in adoleſcentia. AT POL JAM ADERIT, SE QUOQUE ETIAM QUUM ODERIT.] Mire ſenectutem accuſat ſenex, quum & velocem oſtendit his verbis, JAM ADERIT: & addit, SE QUOQUE ODERIT: quaſi dicat, *Non ſolum non amabit, ſed & odio habebit: & non alienas mulieres modo, nec uxorem quoque, ſed etiam ſe ipſum.* Plus ergo illatum, quam ratio depoſcebat: ſed mire ad affectum ſenis exprimendum. SE QUOQUE ETIAM QUUM ODERIT.] Id eſt, ut poeniteat eum ſui facti. Sed plus dixit, quam ſi diceret, *Facta ſua.*

OBSERV. IN DONAT.

13. *Non timeret in ingenio.*] Mſ. Boend. non agnoſcit illa, *In ingenio*, ſed neque editi veteres. In Mſ. Hulſt. hic incipit lacuna, fere uſque ad Act. IV. Sc. IV. Mſ. Lindenbr. *Non timeret in genere.* praeſtat autem vulgatum; *Aetas* enim & *Ingenium* ſibi opponuntur.

COMMENTARIUS.

VESTALEM. QUAE. SACRA. FACIAT. QUAE. IOUS. SIET. SACERDOTEM. VESTALEM. FACERE. PRO. POPOLO. ROMANO. QUIRITIUM. UTEI. QUAE. OPTUMA. LEGE. FOUIT. ITA. TE. AMATA. CAPIO. Quanquam eaedem Virgines & *capi* dicebantur, quod manu injecta ex aedibus paternis a Sacerdotum Principe abducerentur. Vide Doctiſſ. Abr. Wielingii Diatr. de Furto per Lanc. & Lic. conc. Cap. I. Eidem τὸ CEPIMUS h. l. valet *Accepimus.* quod ſoceri eſt, quum *eligere* ſit ſponſi. Sed & *locum caſtris capere* Salluſtianum & Livianum eſt. Adde Donatum.

25. QUAM IPSAM VERAM.] Vitium nimirum filiae oblatum, atque inde natum conſilium Pamphili, de non reducenda uxore.

26. ILLUM AMICAM HABERE.] Mſ. Mark. ILLUM ILLAM AMICAM HABERE. Mſ. Traject. ILLUM HABERE AMICAM. Editi itidem varie.

27. ID VITIUM NUMQUAM DECREVI ESSE EGO ADOLESCENTIAE.] Exemplum diſciplinae Atticae. Vide Adelph. I. 2. 21.

28. ID OMNIBUS INNATUM 'ST.] Sic Heaut. V. 2. 4.

Volgo faciunt.

JAM ADERIT, SE QUOQUE ETIAM QUUM ODERIT.] Mſſ. Bodl. & Lipſ. JAM ADERIT TEMPUS. Ita & editio anni 1469. & paucae aliae. Senſus eſt: *Brevi futurum, ut poeniteat eum facti morumque ſuorum.* Quod autem Mericus Caſaubonus exiſtimat, Donati mentem eſſe, Pamphilum ad ſenectam amori illicito indulſurum, in eo fallitur. Juvenal. VII. 34.

> *Taedia tunc ſubeunt animos, tunc ſeque, ſuamque*
> *Terpſichoren* odit *facunda & nuda ſenectus.*

Plautus Bacchid. III. 3. 12.

> *Paulliſper, Lyde, eſt libido homini ſuo animo obſequi.*
> Jam aderit tempus, cum ſeſe etiam ipſe oderit: *moram geras.*
> *Dum caveatur, praeter aequom ne quid delinquat, ſine.*

Guyetus ex conlatione hujus loci Plautini exiſtimat in gloſſis Mſſ. τὸ QUOQUE gloſſema eſſe, τὸ ETIAM genuinum. Plin. Lib. X. Epiſt. 97. *Alii ab indice nominati, eſſe ſe Chriſtianos dixerunt,*

&

Sed, ut olim te oſtendiſti, eadem eſſe, nihil ceſſaviſti uſque adhuc:
Ut filiam ab eo abduceres; neu, quod ego egiſſem, eſſet ratum.
Id nunc res indicium haec facit, quo pacto factum volueris.
My. Adeon' me eſſe pervicacem cenſes, cui mater ſiem,
Ut eo eſſem animo, ſi ex uſu eſſet noſtro hoc matrimonium?

Ch.

DONATI.

29. SED, UT OLIM TE OSTENDISTI.] Quum ſuperiora dicta ſunt.

30. UT FILIAM AB EO ABDUCERES.] Vehementius dixit, quam ſi diceret, *Ut filiam ei non redderes.* NEU, QUOD EGO EGISSEM, ESSET RATUM.] Quod ab eo abducis, non bona ſocrus: quod filiam, non bona mater: quod irrita facis quae geſſi, non bona uxor es, inquit.

31. ID NUNC RES.] Quaſi dixerit, *Unde ſcio.* NUNC RES INDICIUM FACIT.] Hoc eſt, quod celaviſti partum. QUO PACTO FACTUM VOLUERIS.] Non ſolum quod fecit, ſed etiam quod voluit, objicit. QUO PACTO FACTUM VOLUERIS.] Deeſt *Fieri.*

32. PERVICACEM.] Per vim agentem, pernicioſam me eſſe cenſes. CUI.] Deeſt *Ei*, vel *Circa eam.* CUI MATER SIEM.] Rurſus a veriſimili: an mater contra filiam faciat.

33. SI EX USU ESSET NOSTRO HOC MATRIMONIUM?] Callide mulier, ex his quae dixit ſenex, defenſionem arripit. Nam ille ſic ait: *Negabas nuptam poſſe filiam tuam te pati Cum eo, qui meretricem amaret, qui pernoctaret foris.* EX USU NOSTRO.] Modo, *utile*: ſi pro noſtra eſſet utilitate.

COMMENTARIUS.

& mox negaverunt: fuiſſe quidem, ſed deſiſſe, quidam ante triennium, quidam ante plures annos, non nemo etiam *ante viginti* quoque. Quam lectionem contra Rittershuſium, legentem, *ante viginti quinque* recte tuetur Chr. Cellarius. Infra V. 1. 36.

29. UT OLIM TE OSTENDISTI, EADEM ESSE, NIHIL CESSAVISTI USQUE ADHUC.] Haec varie exhibent Codices: UT OLIM TE OSTENDISTI, NIHIL CESSAVISTI EANDEM ESSE USQUE ADHUC. Alii: UT OLIM TE OSTENDISTI, EANDEM ESSE, NIHIL CESSAVISTI USQUE ADHUC.

30. ABDUCERES.] Vide infra, V. 1. 22.

NEU.] Mſſ. Mark. & Bodl. cum edd. anni 1469. Venet. Argent. Lugd. aliis, NE.

31. ID NUNC RES INDICIUM HAEC FACIT, QUO PACTO FACTUM VOLUERIS.] Duplex ordo: *Haec res nunc id indicium facit,* i. e. indicat. Sic Adelph. IV. 4. 7.

id anus fecit indicium *mihi.*

Vel potius, *Res haec nunc indicium facit, quo pacto id factum volueris.* Qui verus ſenſus eſſe videtur; quando poſt τὸ ID κόμματος ſignum fuerit ponendum, contra atque in omnibus, quas vidi, editionibus factum animadverto. Mſ. Bodl. & edit. anni 1469. ID NUNC INDICIUM RES HAEC FACIT. Eſt autem FACTUM VOLUERIS, deſideraveris, optaveris, cupieris. Quam vim locutionis non vidit Donatus.

32. ADEON' ME ESSE PERVICACEM CENSES.] Confidentiae, quamquam ſimulatae ſignum eſt, quod Phidippi verbo uſa reſpondet Myrrhina. Dixerat enim ille ſupra, verſu 17.

Adeon' pervicaci eſſe animo.

CUI MATER SIEM.] Editio anni 1469. EI, CUI MATER SIEM.

34. TUN' PROSPICERE.] Sic Adelph. I. 2. 47.

Tun' conſulis quidquam?

Infra, verſu 46.

Aderam, cujus conſilio ea par fuerat proſpici.

Hic autem verſus in Mſ. Bodl. tribuitur Myrrhinae; ſequens Phidippo.

36. QUID TUM POSTEA?] Formula familiaris Terentio in contemtu rei.

37. SI MODESTE AC RARO HOC FECIT?] Utrumque ſibi laudi ducit Philoxenus Plautinus, Bacchid.

Digitized by Google

Ph. Tun' proſpicere, aut judicare noſtram in rem quod ſit, potes?
Audiſti ex aliquo fortaſſe, qui vidiſſe eum diceret
Exeuntem, aut introeuntem ad amicam. quid tum poſtea,
Si modeſte ac raro hoc fecit? nonne ea diſſimulare nos
Magis humanum eſt, quam dare operam, id ſcire, qui nos oderit?
Nam

DONATI.

34. TUN' PROSPICERE.] A perſona. AUT JUDICARE.] PROSPICERE futura: JUDICARE praeſentia.

35. AUDISTI EX ALIQUO FORTASSE.] Ἠθικῶς ſatis, & oratorie. ALIQUO.] Non a certa perſona. Bene ALIQUO: ademit judicibus auctoritatem. QUI VIDISSE EUM DICERET.] Non, *Qui vidiſſet.*

36. EXEUNTEM, AUT INTROEUNTEM.] Sic [14] *Cicero, Tibi autem, Balbe, reſpondebo: primum precario, ſi licet, ſi fas eſt defendi a me eum, qui in hortis fuerit, qui unguenta ſumpſerit, qui Bajas viderit.* Non enim dixit *Amplectentem amicam.* AUT INTROEUNTEM.] Σύλληψις prima. [15] *In ludum ducere & reducere.* EXEUNTEM AUT INTROEUNTEM.] Σύλληψις διανοίας & mollis eſt: quia luditur de ſequentibus ad amicam. ἐξουθενισμὸς criminis, de conſuetudine. QUID TUM POSTEA.] Ἰδιωτισμὸς, quo contemnimus crimina leviora.

37. SI MODESTE.] Adhibito modo: vel certe cum pudore ac modeſtia, ut celatum voluerit. NONNE EA DISSIMULARE NOS.] Duobus modis feruntur peccata: vel ignoſcendo, vel cohibendo. Modo DISSIMULARE, eſt ignorantiam fingere.

38. MAGIS HUMANUM EST.] Bene, quia & illud humanum *diſſimulare.* an *magis humanum diſſimulare:* quia & iraſci, & arguere humanum eſt? MAGIS HUMANUM.] Nota, pro *Humanius,* Terentiano more. QUI NOS ODERIT?] QUI, *unde* vel *quamobrem.* Et recte, nemo enim dolens quod non ametur, id facit, quo magis odio ſit.

OBSERV. IN DONAT.

14. *Cicero.*] Pro Coel. 11. ſed pro illis, *qui in hortis fuerit,* legitur nunc, *qui nullum convivium renuerit.*

15. *In ludum ducere.*] Ml. Boend. & impreſſi ante Rob. Stephanum, *Ut: In ludum ducere, & reducere.* Recte, eſt enim ſimile exemplum. Vid. Phorm. I. 2. 36.

COMMENTARIUS.

Bacchid. IV. 10. 4.

ego fui illa aetate, & feci illa omnia, ſed more modeſto.
Neque placitant mores, quibus video volgo gnatis eſſe parentes.
Duxi, habui ſcortum: potavi, edi, donavi. & enim id raro.

Mſſ. & impreſſi quidam, FACIT. Mſ. Graev. & Editio anni 1469. HAEC FACIT.

EA DISSIMULARE.] Mſſ. Bodl. & Graev. omittunt τὸ EA.

38. QUAM DARE OPERAM, ID SCIRE, QUI NOS ODERIT.] Donatus accipit, quaſi ſenſus ſit: Dare operam, nos id ſcire, quamobrem Pamphilus nos oderit. Senſu nullo. Id vult Philippus, eum, qui oderit nos, id per nos nihil diſſimulantes ſcire. q. d. quam dare operam, ut proferatur, utque inimici noſtri id ſciant, & laetentur. Fabrini optime integram ſententiam reddidit: *Non è egli coſa, che fare, ingegnarſi che le ſappia colui, che ci vuol male, cioè, che farle ſapere a noſtri inimici?* Donatum ſequuntur Guido Juvenalis & Aſcenſius. ſed & Daceria, vertens: *Ne vaudroit il pas mieux diſſimuler cela, que de faire tant de bruit, afin qu'il nous haïſſe?* Cum his facit Guyetus. valet vero, QUI NOS ODERIT, idem atque illud infra IV. 2. 14. *qui nobis maledictum velit.*

Digitized by Google

Nam ſi is poſſet ab ea ſeſe derepente avellere,
Quicum tot conſueſſet annos: non eum hominem ducerem,
Nec virum ſatis firmum gnatae. *My.* Mitte adoleſcentem, obſecro,
Et quae me peccaſſe ais. abi: ſolum ſolus conveni.
Roga, velitne, an non, uxorem. ſi eſt, ut dicat velle ſe,
Redde. ſin eſt autem, ut nolit, recte ego conſului meae.

Ph.

DONATI.

39. Nam si is posset ab ea sese derepente avellere.] Oratorie, non contentus defendiſſe Pamphilum, hoc ipſo illum, quo accuſatus eſt, laudat. Derepente.] Una pars orationis eſt.

40. Quicum tot consuesset annos.] Laudat ubique eos *Terentius*, [16] qui conſuetudine vincuntur. Ut alibi, *Hic, parvae conſuetudinis cauſa hujus mortem tam fert familiariter.* Et mox, *Te neque me conſuetudo, neque amor, neque pudor commoveat, neque commoneat, ut ſervem fidem?* Ergo ferus, quem longa conſuetudo non commovet. Quicum tot consuesset annos.] Non *Quacum*, ſed Quicum: ut *A quibus*, & non *A quis.* Et Consuesset proprie dicitur in ſtupro. Non eum hominem ducerem.] Non ſolum, inquit, homo non eſſet, id quod forſitan nihil noſtra intererat: ſed quod nobis maximum eſt, vir ſtabilis filiae eſſe non poſſet. Non eum hominem ducerem, nec virum satis firmum gnatae.] Poteſt & ſic intelligi, *Non eum hominem ducerem, qui conſuetudinem longi temporis temere abrumperet.*

41. Nec virum.] *Vir* modo maritus. Nec virum satis firmum gnatae.] Quem res Venereae non moverent. nam firmum etiam hoc poſſumus intelligere, validum in officio coitus. Sic [17] *Horatius,*

fortique marito
Deſtinet uxorem.

Mitte adolescentem, obsecro.] His verbis ſolemus commentitia argumenta contemnere. ut,

miſericordia, animus maternus: ſino.

Et alibi, *Mitto omnia.*

Addo iſtuc: Imprudens timuit adoleſcens: ſino.
Tu ſervus

Mitte adolescentem.] Etenim ille dixerat:

Verum id vitium numquam decrevi eſſe ego adoleſcentiae.

Adeon'

OBSERV. IN DONAT.

16 *Qui conſuetudine vincuntur.*] Codices veteres ante Rob. Stephanum: *Qui conſuetudine moliuntur.* Forte, *Qui conſuetudine commoventur.* Ita mox: *Ergo ferus eſt, quem longa conſuetudo non commovet.* Suſpicatur Doctiſſ. Abr. Wielingius, in fine hujus notae deſiderari quaedam, ordinemque verborum eſſe turbatum.

17. *Horatius.*] Serm. II. 3. 216. Reſpicitur autem manifeſto a Philippo ſtabile connubium in nimia divortiorum licentia, non pondus tauri in Venerem ruentis. Idem Eruditiſſ. Wielingius animadvertebat.

COMMENTARIUS.

39. Nam si is.] Editio anni 1469. Nam si ipse.

Ab ea sese derepente avellere.] Sic And. III. 3. 21.

40. Consuesset.] Vide ad Adelph. IV. 5. 32.

41. Adolescentem.] Loquitur de viro jam uxorem habente. Vide ad Act. II. 1. 34.

42. Solum solus.] Mſſ. Bodl. & Graev. cum Donato, Solus solum.

43. Roga.] Goveanus ita ordinat: Uxorem roga, velitne. si est, ut dicat velle se. Alii aliter.

44. Recte ego consului meae.] Formula ſibi gratulantis. Sic And. IV. 4. 27. τὸ Ego abeſt a quibuſdam Codd.

45. Non volt.] Georgius Fabricius, Nevolt praefert. quod Plautinum magis, quam Terentianum.

Sensti.

Ph. Si quidem ille ipſe non volt, & tu ſenſti eſſe in eo, Myrrhina,
Peccatum: aderam, cujus conſilio ea par fuerat proſpici.
Quamobrem incendor ira, eſſe auſam facere haec te injuſſu meo.
Interdico, ne extuliſſe extra aedes puerum uſquam velis.
Sed ego ſtultior, meis dictis parere hanc qui poſtulem.

Ibo

D O N A T I.

Adeon' pervicaci eſſe animo, ut puerum praeoptares perire,
Potius, quam adverſus animi tui lubidinem eſſes cum illo nupta?

42. ET QUAE ME PECCASSE AIS. ABI: SOLUS SOLUM CONVENI.] Recte haec dicit mulier, utpote memor, quod cum Pamphilo ſit locuta. Et SOLUS SOLUM ideo, quia metuit, ne orata ſua non ſervet Pamphilus: & ideo multi ſciant.

43. ROGA, VELITNE UXOREM, AN NON.] Verba quibus cum Pamphilo loquatur ſocer: [18] ne ſi aliter agat, reſpondeatur a genero.

44. RECTE EGO CONSULUI MEAE.] Illum, inquit, nolle, ſignum erit me providiſſe filiae.

45. SIQUIDEM ILLE IPSE NON VOLT, ET TU SENSISTI.] Animadvertendum, quemadmodum omnia, quibus ſe defenderit Myrrhina, in malam partem accipit Phidippus: & hinc magis accuſat, unde illa ſe purgat.

46. CUJUS CONSILIO EA PAR FUERAT PROSPICI.] Non dixit, *cujus conſilio repudium daretur Pamphilo*, ita ad bonum omnia exitum ſpectant.

47. ESSE AUSAM FACERE HAEC TE INJUSSU MEO.] Abducere filiam, celare partum, exponere puerum.

48. INTERDICO.] Inter *Edico* & *Interdico*, hoc intereſt: *Edicimus*, quod jubemus fieri: *Interdicimus*, quod vetamus fieri. *Edicimus* etiam uni generi hominum: *Interdicimus* diverſis. Itaque *Praetoris edicta* & *interdicta* dicuntur. INTERDICO, ſeparatim dicendum legendumque: quia INTERDICO NE VELIS, non eſt integrum. INTERDICO, NE EXTULISSE EXTRA AEDES.] Id agitur, [19] ne ſub incerto intercipiatur puer: & Tragoedia fiat ex Comoedia.

49. MEIS DICTIS PARERE HANC QUI POSTULEM.] Demonſtrative & accuſatorie dixit HANC, quaſi tam contumacem. HANC QUI POSTULEM.] Quid eſt HANC? utrum mulierem? an uxorem? an contumacem foeminam?

OBSERV. IN DONAT.

18. *Ne ſi aliter agat, reſpondeatur a genero.*] Haec lectio eſt Rob. Stephani. Mſ. Boend. & impreſſi vetuſtiores magis etiam corrupte. Suſpicor legendum: *Ne, ſi alter agat, repudietur a genero.* Id enim velle videtur Myrrhina, aequum eſſe, ut ipſe Phidippus ſocer agat cum genero Pamphilo, de reducenda, vel non reducenda uxore Philumena, non quivis alter; ne is repudietur a Pamphilo. Sed & Doctiſſ. Abr. Wielingius vel *repudietur*, vel *repudium detur* legendum eſſe conjiciebat.

19. *Ne ſub incerto intercipiatur puer.*] Mſ. Boend. & editi ante Rob. Stephanum: *Ne ſub hoc incerto intercipiatur puer.* Malim: *Ne ſine hoc interdicto intercipiatur puer.* An, *interficiatur?*

COMMENTARIUS.

SENSTI.] Alii, SENSISTI; ſed contra trochaici leges.

47. TE.] Vocem hanc non agnoſcunt Mſſ. & editi quidam. In aliis varie ponitur Et videtur ſupervacua.

48. EXTULISSE EXTRA AEDES.] Non vult exponi puerum. Dixerat enim Myrrhina Pamphilo, ſupra III. 3. 40. *Continuo exponetur.* idque ne fieret, metuebat Phidippus. Dicit autem EXTULISSE, pro, efferri. Jubens enim quid fieri, ipſe id facere dicitur & cenſetur. Evang. Joh. XIX. 1. Τότε οὖν ἔλαβεν ὁ Πιλάτος τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐμαστίγωσε.

Ibo intro, atque edicam ſervis, ne quoquam efferri ſinant.
My. Nullam pol credo mulierem me miſeriorem vivere:
Nam ut hic laturus hoc ſit, ſi ipſam rem, ut ſiet, reſciverit;
Non, aedepol, clam me eſt: quum hoc, quod levius eſt, tam animo iracundo tulit.
Nec, qua via ſententia ejus poſſit mutari, ſcio.
Hoc mihi unum ex plurimis miſeriis relliquum fuerat malum,
Si puerum, ut tollam, cogit, cujus nos qui ſit, neſcimus, pater.
Nam quum compreſſa eſt gnata, forma in tenebris noſci non quita eſt:

Neque

DONATI.

50. Ibo intro.] Sibi ipſi hoc dicit τῷ ἰδιωτισμῷ. Edicam servis, ne quoquam efferri sinant.] Et hoc recte Poëta, quia ita opus eſt, ne compleat Myrrhina, quod promiſit de exponendo puero. Ait enim, *Continuo exponetur.*

52. Nam ut hic laturus hoc ait.] Sic oſtenditur cauſa, cur perpetuo celandum ſit ſeni vitium virginis. Nam ut hic. Quantum iracundiae habiturus ſit, quantum furoris: hoc enim ſignificat Ut. Et ſimul Poëta, quod alibi obſcure facit, hic aperte demonſtrat, quod periculum ſit in fabula, niſi καταστροφὴ ſuccurrat.

53. Non, aedepol, clam me est.] Id eſt, ſcio.

54. Nec, qua via sententia ejus possit mutari, scio.] Neſcio quo modo ex iracundo placidus fiat. Sententia ejus.] De puero non exponendo.

55. Hoc mihi unum.] Hoc adhuc, inquit, malum non mihi evenerat, quum evenerint multa. Et vide, an Si puerum, ut tollam, cogit, quaſi cum gemitu & percontative pronuntiandum ſit. etenim Si, obſcuram locutionem facit: niſi forte *cum*, vel *quod* ſignificat. Hoc mihi unum ex plurimis miseriis relliquum fuerat malum.] Ex omnibus malis reliquum quum dicat, maximum malum ſignificat. Nam non mediocre eſt, quod omnium miſeriarum eſt ultimum, & inter mala multa reliquum, quod ſic accipimus. Poſſumus & nos interrogative pronuntiare.

56. Puerum, ut tollam, cogit.] Recte Tollam. quaeſtio, unde ſit.

57. Forma in tenebris nosci non quita est.] Ab activo *Queo*, paſſivum fecit *Queor*, retinendo participium, Quita est, ſed antique dixit.

COMMENTARIUS.

53. Quod levius est.] Mſ. Graev. Quod leve est.

55. Hoc mihi unum ex plurimis miseriis relliquum fuerat malum.] Sic Eun. V. 6. 25. & Adelph. III. 3. 3.

57. Nam quum.] Citat hunc verſum Priſcianus Inſtit. Grammat. Lib. X.

Non quita est.] Non quivit. Plautus Fragm. Saturionis:

Retrahi nequitur, *quoquo progreſſa eſt ſemel.*
Rud. IV. 4. 20. *ut* nequitur *comprimi!*
Salluſt. Jugurth. 31. *Quidquid ſine ſanguine civium ulciſci* nequitur, *jure factum ſit.* Apulejus, *Sola virginitas, cum ſemel erepta, reddi* nequitur.

58. Neque detractum ei est quidquam.] Videtur innuere morem in nuptiis innuptis uſitatum, ubi vel pignus relinquebat amator amicae compreſſae, vel vi ei eripiebatur. Vide

Geneſ.

Neque detractum ei eſt quidquam, qui poſſet poſt noſci, qui ſiet.
Ipſe eripuit vi, in digito quem habuit, virgini abiens anulum.
Simul vereor Pamphilum, ne orata noſtra nequeat diutius
Celare, quum ſciet alienum puerum tolli pro ſuo.

DONATI.

58. NEQUE DETRACTUM.] Solet enim fieri.

59. IPSE ERIPUIT.] Hic ad exitum ſpectat παρασκευή, quia per annulum fiet cognitio. IPSE ERIPUIT.] E contrario, inquit, factum eſt, ipſa ut non eriperet, ſed ipſi eriperetur.

60. SIMUL VEREOR PAMPHILUM, NE ORATA NOSTRA.] Scilicet ſi ſuſtulerimus cogente ſene eum puerum, quem expoſitum iri Pamphilo paullo ante promiſi.

61. QUUM SCIET ALIENUM PUERUM TOLLI PRO SUO.] *Non ſolum*, inquit, *tolli aegre feret alienum, verum etiam pro ſuo.*

COMMENTARIUS.

Geneſ. XXXVIII. 18. Mſ. Graev. NEQUE DETRACTUM EI TUM QUIDQUAM EST.

QUI POSSET POST NOSCI.] Mſſ. & impreſſi quidam poſt an. 1469. QUI POST POSSIT NOSCIER.

61. ALIENUM PUERUM.] Proprie de notho. Heaut. V. 4. 6. Infra IV. 4. 27.

ACTUS QUARTI

SCENA SECUNDA.

SOSTRATA. PAMPHILUS.

So. NON clam me eſt, gnate mi, tibi me eſſe ſuſpectam, uxorem tuam
Propter meos mores hinc abiſſe: etſi ea diſſimulas ſedulo.

Verum

DONATI.

NON CLAM ME EST, GNATE MI.] *In hac ſcena, velut qualitas negotialis in diſputationem venit: juſtumne ſit repudiari conjugem cauſa matris, & omnino quid fieri debeat.*

1. NON CLAM.] Vero ordine a purgatione ſui incipit mater abitura: ne, quod diſcedit, iracundiae videatur. TIBI ME ESSE SUSPECTAM.] Id eſt, in ſuſpicionem veniſſe. UXOREM TUAM PROPTER MEOS MORES HINC ABISSE.] Blandius UXOREM ſignificat, quam ſi diceret *Philumenam*. Et MORES, proprie ſenum dicuntur: unde *Senectus moroſa*, & *Moroſi homines*, qui ſui cujuſdam moris ſunt.

2. ETSI EA DISSIMULAS SEDULO.] EA, id eſt, quae ſcio: & EA, pro *eam rem*. ſed abſolute occurrit ſupra latae ſententiae, & genere neutro. Et eſt ordo, *Etſi ea diſſimulas ſedulo, non clam me eſt, &c.*

Verum, ita me Di ament, itaque obtingant ex te, quae exopto mihi,
Ut numquam ſciens commerui, merito ut caperet odium illa mei:
Teque ante quam me amare rebar, ei rei firmaſti fidem.
Nam mihi intus tuus pater narravit modo, quo pacto me habueris

Prae-

DONATI.

3. VERUM ITA ME DI AMENT.] Conjectura, quae ſolvitur jurejurando. ITAQUE OBTINGANT EX TE.] Pro ſe jurat, & ita rem Pamphilo probat, ut blanda ſit. ITAQUE.] Duae partes orationis.

4. NUMQUAM SCIENS COMMERUI.] Bona exceptio: quia poſſumus aliquem inſcienter laedere, quae res ad veniam pertinet. UT NUMQUAM SCIENS.] Hic ordo eſt jurisjurandi, ut quum praepoſuerit ITA, ſequatur UT. [1] *Cicero, Ita velim mihi Deos propitios, ut, quum illius temporis mihi venit in mentem, &c.* MERITO UT CAPERET ODIUM ILLA MEI.] Bene dixit MERITO: nam ut nos immerito quis non oderit, non eſt in noſtra manu. haec eſt exceptio. [2] *Plautus* in Trinummo,

Quin dicant, non eſt: merito ut ne dicant, id eſt.

MERITO UT CAPERET ODIUM ILLA MEI.] Id enim eſt culpa ſine merito.

5. TEQUE ANTE QUAM ME.] Deeſt *Tam*, ut ſit ordo: Et quam te amare me rebar, tantum firmaſti fidem ei rei. TEQUE ANTE QUAM ME AMARE REBAR, EI REI FIRMASTI FIDEM.] Ordo & ſenſus hic eſt, Et quod ante rebar, ei rei firmaſti fidem meam: neque me fefellit, quod ante rebar, te me amare. nam ei rei hodie firmaſti fidem, id eſt, probationem attuliſti.

6. NAM MIHI INTUS TUUS PATER.] Dixit enim ſupra, *Atque in eam hoc omne, quod mihi aegre eſt, evomam.* potuit enim evomendo narraſſe, quod matrem filius praepoſuiſſet uxori. TUUS PATER.] Familiarius, quam ſi diceret, *Laches.*

OBSERV. IN DONAT.

1. *Cicero.*] In Q. Caecil. Divinat. 15. ubi vulgo editur ex lectione Aſconii Pediani: *Illius dei.*

2. *Plautus in Trinummo.*] I. 2. 61.

COMMENTARIUS.

Dacieria facit hic initium Actus IV. ob Scenam vacuam.

3. EXOPTO.] Bona pars Mſſ. & editorum, OPTO.

4. UT CAPERET ODIUM ILLA MEI.] Ita eſt in Mſſ. Bodl. Graev. & Leidd. quinque, niſi quod in uno τὸ M in ILLAM eraſum. Ita & Juntae, Fabrini, cum Aldo, aliiſque. Editio Anonyma, Rob. Stephanus, & pluſculi alii, UT CAPERET ILLA ODIUM MEI. Faernus ex Codice Bembino legit, UT CAPERET ODIUM ILLAM MEI. quomodo & Dacieria edidit. Et videtur locutio magis Terentiana. Supra II. 1. 22. Laches ad Soſtratam:

Jam pridem equidem audivi, cepiſſe odium tui Philumenam.

Eun. III. 1. 13.

tum ſicubi eum *ſatias*
Hominum, aut negoti ſi quando odium ceperat.

5. TEQUE ANTE QUAM ME AMARE REBAR, EI REI FIRMASTI FIDEM.] Guyetus nihil expediens verſum hunc expungit. Alii varie laborant, neque ſenſum eruunt. Ordo autem omnino hic eſſe videtur: ET QUAM, i. e. quantopere, ANTE REBAR TE AMARE ME, EI REI FIRMASTI FIDEM. Doctiſſ. Abr. Wielingius ita: *Firmaſti fidem patri, quam dederam, nihil me comme-*

Praepoſitam amori tuo. nunc tibi me certum eſt contra gratiam
Referre, ut apud me praemium eſſe poſitum pietati ſcias.
Mi Pamphile, hoc & vobis, & meae commodum famae arbitror:
Ego rus abituram hinc cum tuo me eſſe certo decrevi patre;
Ne mea praeſentia obſtet, neu cauſa ulla reſtet relliqua,

Quin

DONATI.

7. PRAEPOSITAM AMORI TUO.] Plus dixit, AMORI TUO, quam ſi *Uxori ſuae*, diceret. NUNC TIBI ME CERTUM EST CONTRA GRATIAM.] CONTRA nunc *viciſſim*.

8. UT APUD ME PRAEMIUM ESSE POSITUM PIETATIS SCIAS.] Laborat mulier, ne quod dictura eſt, odio aut dolore, aut certe ira facere videatur. PRAEMIUM ESSE POSITUM PIETATIS.] Sic [3] *Virgilius*,

Hic pietatis honos, ſunt hic ſua praemia laudi.

9. MI PAMPHILE, HOC ET VOBIS, ET MEAE COMMODUM.] Rem duram dictura, vide quantis praeblanditur verbis, remque [4] praemolliat. ET MEAE COMMODUM FAMAE.] Ab honeſto. MI PAMPHILE, HOC ET VOBIS ET MEAE.] Principium hoc aliquid eſt, precantis foeminae. A blandimento ergo incipit, ut libenter audiat.

10 EGO RUS ABITURAM HINC CUM TUO ME ESSE CERTO DECREVI PATRE.] CERTO dixit, ne ſit diſſuadendi locus. CUM TUO ME ESSE CERTO DECREVI.] Ad hoc addidit, CERTO DECREVI: ut non audeat diſſuadere filius.

11. NE MEA PRAESENTIA.] Non dixit jam *Culpa*, ſed PRAESENTIA.

OBSERV. IN DONAT.

3. *Virgilius.*] Conjunxit duo hemiſtichia; quorum prius eſt Aen. I. 257. poſterius, Aen. I. 465.

4. *Praemolliat.*] Ita Rob. Stephanus & Lindenbruchius, ſed Codd. vetuſtiores cum Mſ. Boend. rectius, *praemollit.*

COMMENTARIUS.

commeruiſſe, antequam rebar te amare me, nimirum ita, ut matrem uxori praeponeres. Mſ. Mark. omittit τὸ REI. Rivius perperam omitti dicit. Qui vero ex editoribus omittunt, in quibus ſunt Juntae & Aldus, ita legunt: TEQUE, ANTEQUAM ME VALDE AMARE REBAR, EI FIRMASTI FIDEM.

6. ME HABUERIS PRAEPOSITAM AMORI TUO.] H. e. Praepoſueris. Ita enim Pamphilus, ſupra III. 5. 31.

Nunc me pietas matris potius commodum ſuadet ſequi.

Quod laudans Laches continuo inquit:

Pamphile, haud invito ad aures ſermo mihi acceſſit tuus,
Quum te poſtputaſſe omnes res prae parente intelligo.

Eodem fere ſenſu Plautus, Pſeud. I. 3. 50.

quoniam pietatem amori video tuo praevortere.

Simili autem conſtructione dixit Cicero ad Q. Fr. III. 9. *Quod me hortaris, ut abſolvam*: habeo abſolutum *ſuave, mihi quidem uti videtur, ἔπος ad Caeſarem.*

8. UT APUD ME PRAEMIUM ESSE POSITUM PIETATI SCIAS.] Ita edo ex Mſſ. Leidenſibus tribus & Lipſ. cum edd. anni 1469. Venet. Argent. Lugd. aliis. In uno Mſſ. Leidd. eſt: UT ME APUD PRAEMIUM ESSE POSITUM SCIAS PIETATI TUAE. Mſ. Graev. pro illis, UT APUD ME legit, MI PAMPHILE. Juntae, Gambarellus, Aldus, Rob. Stephanus & bona pars aliorum editorum, PIETATIS exhibent. ſed PIETATI defenditur a Faërno & Mureto. Et Latinior videtur locutio, ſimiliſque illi Prol. 41.

pretium ſtatui arti meae.

Tum Plautus, Poen. V. 4. 17. dixit:

Invictae praemium *ut* eſſe *ſciam* pietati.

Virgil. Aen. I. 465.

ſunt *hic etiam ſua* praemia laudi.

10. CERTO.] Mſſ. & editi veteres magnam partem legunt, CERTE.

13. ILLIUS

Quin tua Philumena ad te redeat. *Pa.* Quaeſo, quid iſtuc
conſilii eſt?
Illius ſtultitia victa, ex urbe tu rus habitatum migres?
Non facies: neque ſinam, ut, qui nobis, mater, maledictum velit,
Mea pertinacia eſſe dicat factum, haud tua modeſtia.
Tum tuas amicas te, & cognatas deſerere, & feſtos dies,
Mea

DONATI.

12. QUID ISTUC CONSILII BST?] Bene: quia illa DSERSVI, dixerat.

13. ILLIUS.] A perſona. STULTITIA] A cauſa. VIETA.] Non enim volens. URBE.] A loco. TU.] A perſona. HABITATUM.] A facto. ILLIUS STULTITIA VICTA, EX URBE TU RUS HABITATUM MIGRES?] Vide quam oratorie omnia congeſſerit, a perſonis, a cauſis, a locis, a factis. ILLIUS STULTITIA.] Ab utili. Mire autem, & RUS, & EX URBB, & HABITATUM dixit.

14. NON FACIES: NEQUE SINAM.] Primo, NON FACISS: deinde, Si facere perſeveraveris, NON SINAM. Et, NON FACISS, non eſt interdicentis, ſed quaſi dicat, *Scio te non facturam rem tam pravam.* Sunt autem qui NEQUS SINAM jungant : interioribus: ſunt qui totum contexte legant, NON FACIES, uſque MODESTIA. UT, QUI NOBIS, MATER, MALEDICTUM VELIT.] Ab honeſto.

15. MEA PERTINACIA SSSB DICAT FACTUM.] Bene retinet, quum vult ſua intereſſe ne fiat.

16. TUM TUAS AMICAS TE.] In diſſuadendo commiſcuit & honeſtatem & utilitatem.

OBSERV. IN DONAT.

5. *Interioribus.*] Lectio haec omnes Libros meos obſedit, nec vel a Rob. Stephano, vel Lindenbruchio emendata eſt. Scripſit autem Donatus, *Inferioribus.* Idem Doctiſſ. Abr. Wielingius videbat.

COMMENTARIUS.

13. ILLIUS STULTITIA.] Pluſculi Mſſ. & impreſſi: UT ILLIUS STULTITIA.

14. NON FACIES.] Formula blande diſſuadentis. uti contra illud, *Poteris & facies*, Ciceroni in rogando familiare. Mſ. Graev. HAUD FACIES.

QUI NOBIS, MATER, MALEDICTUM VELIT.] Injuſte conviciis proſciſſos. And. Prol. 23. Eun. IV. 7. 29. Phorm. Prol. 15. Quod *malo loqui* dixit, Phorm. II. 3. 25. Phaed. I. 1. 10.

Ante hos ſex menſes male, *ait*, dixiſti mihi.

16. TUM TUAS AMICAS TS, ET COGNATAS DSSSRSRB, ET FESTOS DIES.] Catull. Carm. LXI. 58.

Egone a mea remota haec ferar in nemora domo?
Patria, bonis, amicis, genitoribus abero?
Abero foro, palaeſtra, ſtudio, & gymnaſiis?
Miſer, ah! miſer, querendum eſt etiam atque etiam, anime.

Cic. ad Quir. poſt Red. 1. *Amicitiae, conſuetudines, vicinitates, clientelae, ludi denique &* dies feſti, *quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi, quam fruendo.* Sunt, qui Pamphili verba de Chariſtiis explicant; de quibus Valerius Maximus II. 1. 8. *Convivium etiam ſolenne majores inſtituerunt, idque Chariſtia appellaverunt, cui praeter cognatos & affines nemo interponebatur: ut ſi qua inter neceſſarios querela eſſet orta, apud ſacra menſae & hilaritatem animorum, fautoribus concordiae adhibitis tolleretur.* Non videtur. Gravis autem exiſtimabatur diſceſſus e domo & patria, quod *feſti dies* deſiderarentur; idque adeo, quod ſinguli populi peculiaria & propria haberent ſacra; & diſcedens non eoſdem, quibus adſueverat, feriatos dies, alibi reperiebat. Vide Cic. loc. cit.

17. ISTAEC RES] Ita dixit, uti Eun. III. 5. 34. *Haec adornant.* de ancillis. Sed vide ibi Comment. Mſ. Graev. ISTAEC MIHI RES.

18. PER-

Mea cauſa, nolo. *So.* Nihil pol jam res iſtaec mihi voluptatis ferunt:

Dum aetas, tempus tulit, perfuncta ſatis ſum: ſatias jam tenet

Studiorum iſtorum. haec mihi nunc cura eſt maxuma, ut ne cui meae

Longinquitas aetatis obſtet, mortemve exſpectet meam.

Hic

DONATI.

17. MEA CAUSA, NOLO.] Non eſt ſuperbum Nolo: ſed conſuetudine dicitur. NIHIL POL JAM MIHI ISTAEC RES.] Contra omnia. Et ab ultimis incipit. ISTAEC RES.] Amicae, cognatae, dies feſti.

18. DUM AETATIS TEMPUS TULIT.] TULIT, pro paſſum eſt, permiſit. Et in bonis enim, & in malis dicitur. DUM AETATIS TEMPUS TULIT, PERFUNCTA SATIS SUM.] Si, inquit, meae voluptatis cauſa exercenda ſunt, jam non delectant: ſi officii ac religionis, jam non poſſum, quae ſim anus. Neceſſaria diviſio: quia ille & religionem incuſſerat feſtorum dierum. DUM AETATIS TEMPUS TULIT.] [6] Non, inquit, reprehendat, quae quum potuerim, perfuncta ſatis ſum. [7] Sic *Virgilius*,

Sat patriae, Priamoque datum.

SATIAS ME JAM TENET.] Nimis materne atque aniliter.

19. HAEC MIHI NUNC CURA EST MAXUMA.] Hoc nimis ſerio pronuntiandum. Et NE CUI odioſe, ne TIBI diceret. UT NE CUI MEAE LONGINQUITAS AETATIS OBSTET.] Hoc ad nurum, exſpectationem ad filium refert. hinc enim odio digni parentes, *Exſpectati* appellantur.

20. LONGINQUITAS AETATIS OBSTET, MORTEMVE EXSPECTET MEAM.] [8] Quum ſedulo agat ſocrus, ne quid per iracundiam ſtatuiſſe videatur. Vide tamen ut intermiſceatur indignatio, & multa dolore depromta ſint: quod Poeta non invitus facit, ad mores exprimendos, perſonaſque reddendas.

OBSERV. IN DONAT.

6. *Non, inquit, reprehendat.*] Turpe mendum a Rob. Stephano & Lindenbruchio propagatum. Legendum ex Mſ. Boend. & impreſſis veteribus, *Non, inquit, reprehendar.* Loquitur enim Soſtrata.

7. *Virgilius.*] Aen. II. 291.

8. *Quum ſedulo agat.*] Abr. Wielingius, *Quum ſedulo agit.*

COMMENTARIUS.

18. AETAS, TEMPUS.] Alii, AETATIS TEMPUS, cum Donato.

PERFUNCTA SATIS SUM.] Horat. Arte, 223.

Inlecebris erat & grata novitate morandus
Spectator functuſque ſacris, *& potus, & exlex.*

SATIAS JAM TENET.] Sic Eun. V. 6. 3. Plaut. Pſeud. I. 3. 100.

Ut hodie ad litationem huic ſuppetat ſatias *Jovi.*

Salluſt. Jug. 31. *Vos dominationis eorum* ſatias tenet. Lucil. Lib. XXVIII.

Quid mihi proderit? ſatias te *jam omnium*
rerum tenet *facta.*

19. STUDIORUM ISTORUM.] H. e. Amoenitatum. Fabrini: *di queſti piaceri.* Daciera: *j'ai aſſez joui de tous ces plaiſirs.* Plaut. Merc. Prol. 40.

Principio atque animus eſt hebis aetate exiit,
Atque animus ſtudio *amotus* puerili *eſt meus.*

20. LONGINQUITAS AETATIS.] Non tantum de loco, ſed & de tempore *longinquum* & *longinquitatem* dixerunt. Liv. VII. 29. *Majora jam hinc bella, & viribus hoſtium, &* longinquitate, *vel regionum, vel* temporum, *quibus bellatum eſt, dicentur.* Caeſ. B. G. I. 47. 4. *Propter linguae Gallicae ſcientiam, qua multa jam Arioviſtus,* longinqua *conſuetudine, utebatur.* Ubi malim, *& longinqua;* ut *τὸ multa* non ad *τὸ ſcientiam*, ſed ad *τὸ conſuetudine* referatur. Vide porro J. Fr. Gron. Obſ. IV. 11. Idem Caeſar B. C. III. 80. 3. Longinquam *oppugnationem ſuſtinere non poſſe.*

Hic video me eſſe inviſam immerito: tempus eſt concedere.
Sic optime, ut ego opinor, omnes cauſas praecidam omnibus:
Et me hac ſuſpicione exſolvam, & illis morem geſſero.
Sine me, obſecro, hoc effugere, volgus quod male audit mulierum.
Pa. Quam fortunatus caeteris ſum rebus, abſque una hac foret:

Hanc

DONATI.

21. HIC VIDEO ME ESSE INVISAM IMMERITO.] Quia rus decrevi pergere: non quaſi nurum vitatura, ſed locum. Et mire INVISAM, & non addidit cui: ſed dixit, TEMPUS EST CONCEDERE. Quia anus ſum? an quia nurus in domo?

22. OMNES CAUSAS PRAECIDAM OMNIBUS.] Bene OMNIBUS: ne ſpecialiter laeſiſſet nurum. Et generaliter dixit.

23. ET ILLIS MOREM GESSERO.] Mire ILLIS, non *Nurui*. Et MOREM GESSERO, acriter dictum: ut oſtendat, hoc illos olim voluiſſe, ut expelleretur domo. ut ſi dicas, inimicum tibi morem geſſiſſe, quod ſe ſuſpenderit.

24. SINE ME, OBSECRO, HOC EFFUGERE.] Quia dixerat maritus ejus, *Omnes ſocrus oderunt nurus.* SINE ME, OBSECRO, HOC EFFUGERE.] Potentiſſimum eſt ad extorquendum aliquod argumentum, quum illis quibus chari eſſe debemus, noſtra cauſa potius, quam illorum, dicimus velle nos, aut nolle quod facimus. Nam & Pamphilus ſic ſupra dixit, *Non facies: neque ſinam.* QUOD MALE AUDIT.] Supra dixit. ab honeſto.

25. ABSQUE UNA HAC FORET.] ABSQUE, extra: ut ſit adverbium magis, quam praepoſitio. Et UNA, *Re* ſubaudienda. Et totum *ἐν ὑπερβάσει*, ſtatimque jungendum, HANC MATREM HABENS TALEM, ILLAM AUTEM UXOREM. Vel certe, ABSQUE FORET, pro *abeſſet*. Alii HAC de uxore dici putant, ut ABSQUE, ſit praepoſitio.

COMMENTARIUS.

Nepos Themiſt. 4. *Majore cum labore, & longinquiore tempore bellum confecturum.* Lucret. II. 68.

Et quaſi longinquo *fluere omnia cernimus* aevo.

Gellius I. 1. ad *ἡλικίαν* tranſtulit. *Comprehenſa autem menſura Herculani pedis, quanta* longinquitas corporis *ei menſurae conveniret, ſecundum naturalem membrorum omnium inter ſe competentiam, modificatus eſt.*

MORTEMVE EXSPECTET MEAM.] Sub. Quis. Sic Adelph. I. 2. 29.

ubi te exſpectatum *ejeciſſet foras.*

Et V. 4. 20.

meam autem mortem exſpectant.

Mſſ. quidam & impreſſi poſt annum 1469. MORTEMVE EXOPTET MEAM. Praeſtat autem prior lectio.

21. ME ESSE INVISAM.] Menander:

Πονηρὸν ἐςι θρέμμα γέρων ἐν οἰκίᾳ μένων.

Unde & *ſenium* pro odio & re moleſta dixerunt.

22. OMNES CAUSAS PRAECIDAM OMNIBUS.] H. e. adimam. Cic. Verr. III. 64. *Poſtremo illa quidem certe tibi* praeciſa *defenſio eſt.* Idem *praecidere ſpem* paſſim dixit.

23. ME HAC SUSPICIONE EXSOLVAM.] Quod nimirum oderim Philumenam nurum. Sic infra V. 2. 26.

Nam illas errore, & te ſimul ſuſpicione exſolves.

Plin. Lib. I. Epiſt. 22. *Et medici quidem ſecunda nobis pollicentur: ſupereſt, ut promiſſis Deus adnuat, tandemque me hac* ſollicitudine exſolvat.

24. VOLGUS QUOD MALE AUDIT MULIERUM.] Reſpicit dictum Lachetis ſupra II. 1. 4.

uno animo omnes ſocrus oderunt nurus.

25. ABSQUE UNA HAC FORET.] Sub. re. Ne enim de matre intelligatur, quam Pamphilus digito monſtrarit ſpectatoribus, quod cenſet Guyetus, pietas Pamphili prohibet. Phorm. I. 3.

Hanc matrem habens talem, illam autem uxorem! *So.* Obſecro, mi Pamphile;
Non tute incommodam rem, ut quaeque eſt, in animum inducas pati?
Si caetera ſunt ita, ut vis, itaque ut eſſe ego illam exiſtumo,
Mi gnate, da veniam hanc mihi: reduce illam. *Pa.* Vae miſero mihi!

So.

DONATI.

27. NON TUTE INCOMMODAM REM, UT QUAEQUE EST, IN ANIMUM INDUCAS PATI?] [9] Horatius,

Durum: ſed levius fit patientia,
Quidquid corrigere eſt nefas.

28. SI CAETERA SUNT.] Bene CAETERA, [10] abſque uno dicenti. ITAQUE UT ESSE EGO ILLAM EXISTUMO.] Quia potuit dici ei, *O ſocrus, ergo dubitas de integritate nurus?* addidit, ITAQUE UT ESSE EGO ILLAM EXISTUMO.

29. DA VENIAM HANC MIHI.] MIHI, propter quam putas non reducendam. VAE MISERO

OBSERV. IN DONAT.

9. *Horatius.*] Carm. I. 24. 19.

10. *Abſque uno dicenti.*] Ita Rob. Stephanus & Lindenbruchius. ſed Mſ. Boend. & edit. Tarviſ. *Abſque uno differenti.* Lego cum edd. Veneta anni 1490. Anonyma & Argentina, *Abſque uno differenti.* Vel potius, ABSQUE UNA *dicenti.*

COMMENTARIUS.

I. 3. 17. *palam*
Beatus, ni unum hoc deſit.
Et I. 4. 11. *abſque eo eſſet.*
Plaut. Capt. III. 5. 96.

Quod abſque hoc eſſet, *qui mihi hoc fecit palam,*
Uſque effrenatum ſuis me ductarent dolis.

Bacch. III. 3. 8.

Nam abſque te eſſet, *ego illam haberem rectum ad ingenium bonum.*

Mſ. Lipſ. SI ABSQUE UNA HAC FORET. Juntae, Aldus, Rob. Stephanus, Fabrini, ediderunt, ABSQUE UNA HAEC FORET. Sed & ita eſt in Mſ. Graeviano.

26. HANC MATREM HABENS TALEM, ILLAM AUTEM UXOREM!] Hunc verſum expungit Guyetus; ſine quo non conſtat ſenſus dictorum Pamphili, fortunatum ſe judicantis, de matre & uxore, niſi quod huic indigne vitium autumat ab alio amatore oblatum. In editis quibuſdam veteribus eſt: HANC MATREM HABENS, TALEM AUTEM ILLAM UXOREM.

27. NON TUTE INCOMMODAM REM, UT QUAEQUE EST, IN ANIMUM INDUCAS PATI?] Sic And. V. 4. 18.

non tu tuum malum aeque animo feres?

Dacieria, hunc verſum a nemine adhuc ſatis recte explicitum dicens, ſenſum hunc elicit: *Ut quaeque uxor eſt, non tute inducas in animum te pati rem valde incommodam.* Duriuſcule, ſi quid video. Poſui autem interrogandi notam; quod neglexerunt editiones veteres pleraeque omnes. Atque inde fortaſſis obſcuritas quaedam oborta. Ita vero reſpondet Soſtrata Pamphilo, quaſi is unum hoc deſideraſſet in Philumena, ut moribus ſocrus concederet. neque enim veram cauſam, quamobrem abierit Philumena, & quare Pamphilus reducere eam negaret, Soſtrata etiam ſciebat, vitium nimirum Philumenae ante nuptias oblatum.

28. UT VIS.] Mſ. Graev. & Editio anni 1469. UT TU VIS.

29. DA VENIAM HANC MIHI.] Vide ad And. V. 3. 30.

So. Et mihi quidem! nam haec res non minus me male habet, quam te, gnate mi.

DONATI.

RO MIHI!] Nec negat, nec promittit: ſed " intumeſcit, utpote qui penitus dolore commotus, aeſtum animi jam diſſimulare non poteſt. VAE MISERO MIHI!] Nihil potuit pro rerum qualitate reſpondere, niſi ut ingemiſceret.

30. ET MIHI QUIDEM!] Ἀχρεῖος. quid enim, ET MIHI: " an ei? multa ſic in uſu noſtro ſunt.

OBSERV. IN DONAT.

11. *Intumeſcit.*] Ita Libri mei omnes. Doctiſſ. Abr. Wielingius, *Ingemiſcit.* quomodo mox ſeu Donatus, ſeu quivis alius Interpres vetus: *Ingemiſceret.* Pro vulgata tamen lectione facere videtur, quod mox *Aeſtum animi* vocat, metaphora ab aeſtu maris tranſlata. Virg. Aen III. 157.

Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus aequor.

Horat. Carm. III. 3. 48.

Qua tumidus rigat arva Nilus.

Sed & ira perciti *intumeſcere* dicuntur. Ovid. Faſt. II. 607.

Jupiter intumuit.

12. *An ei*?] Verba ſine ſenſu. Niſi VAE legendum, ſuſpicio eſt, legiſſe Donatum, ET MISERO MIHI! ac proin ſcripſiſſe, *Quid enim*, ET MIHI? *an* EI?

COMMENTARIUS.

30. ET MIHI QUIDEM!] Sic And. III. 5. 8.

Nec quid me nunc faciam, ſcio. D. *Nec quid me.*

HAEC RES NON MINUS ME MALE HABET, QUAM TE.] Sic infra IV. 4. 25.

Non tibi illud factum minus placet, quam mihi.

Heaut. V. 2. 5.

ego haud minus aegre patior id.

ACTUS QUARTI

SCENA TERTIA.

LACHES. SOSTRATA. PAMPHILUS.

La. QUEM cum iſtoc ſermonem habueris, procul hinc ſtans accepi, uxor.

Iſtuc

DONATI.

1. QUEM CUM ISTOC SERMONEM HABUERIS.] *In hoc colloquio reconciliatio ſenum eſt poſt jurgium, miſta diſputatione Pamphili de non reducenda uxore.* PROCUL.] PROCUL, nunc *prope.* HINC STANS ACCEPI, UXOR.] ACCEPI, audivi. Et modo, UXOR, ante *Mulier*: & de uxore, *Di mala prohibeant!*

2. ISTUC

Iſtuc eſt ſapere, qui, ubicumque opus ſit, animum poſſis flectere:

Quod faciundum fortaſſe ſit poſt, idem hoc nunc ſi feceris.

So. Fors fuat pol! *La.* Abi rus ergo hinc: ibi ego te, & tu me feres.

So.

DONATI.

2. ISTUC EST SAPERE.] Tò Iſtuc, exceptive dictum: quaſi caetera ſtulte fecerit. Et ſimul ſtomachum retinet, quo reprehendat caetera. QUI, UBICUMQUE OPUS SIT.] [1] Qui pro *quae*, interdum abundat. ANIMUM POSSIS FLECTERE.] Modo non alienum animum, ſed ſuum flectere. Et unde flectere? a jurgio ad modeſtiam, [2] ex conceſſione ex domo. ANIMUM FLECTERE.] Ad hoc FLECTERE ANIMUM dixit, ut oſtenderet, ne nunc quidem purgatam apud ſe Soſtratam de praeterita culpa.

3. QUOD FACIUNDUM SIT POST FORTASSE.] Haec etiam ſententia videri poteſt generalis: & deeſt *ad id:* ut ſit, *flectere ad id quod faciundum.* Poteſt & abſolute accipi QUOD, pro, quae res facienda ſit. QUOD FACIUNDUM SIT POST FORTASSE.] Id eſt, concedendum. Et vim neceſſitatis hoc verbum exprimit.

4. FORS FUAT POL!] Fortuna faveat: quaſi τῷ ἰυφημισμῷ adverſus triſte dictum uſa eſt. nam FORS fortuna bona eſt. Et FUAT, *ſit* ſignificat. dixerat enim ille, QUOD FACIUNDUM SIT POST FORTASSE. FORS FUAT POL!] Id eſt, bona eveniat. quaſi τῷ ἰυφημισμῷ dicat, *Bona dicito potius.* An, *bona fortuna ſit per Pollucem?* ABI RUS ERGO.] Hortantis eſt ad celeritatem. [3] *Virgilius:*

Ergo age, chare pater, cervici imponere noſtrae.

IBI EGO TE, ET TU ME FERES.] Non dixit, *ibi nos invicem delectabimus:* ſed quia *ſenex* atque *anus* eſt, EGO TE, ET TU ME FERES, dixit. Et ſimul, quia nuper incuſaverat mores ſenum, revocare vult cauſam abſceſſionis ſuae [4] & ad filii

OBSERV. IN DONAT.

1. QUI *pro* QUAE *interdum abundat.*] Ita poſt Rob. Stephanum Lindenbruchius edidit. ſed in Mſ. Bœcl. & impreſſis antiquioribus cum lacuna, QUI *pro* *interdum abundat.* Guido Juvenalis videtur legiſſe quid; ſcribit enim, QUI *ablativus eſt, i. e. quo* SAPERE, *ſive qua ſapientia.*

2. *Ex conceſſione ex domo.*] Rob. Stephanus & Lindenbr. diviſim: *Ex conceſſione, ex domo.* Codices vetuſtiores, *Et ex conceſſione ex domo.* Malim, *& conceſſionem ex domo.*

3. *Virgilius.*] Aen. II. 707.

4. *Et ad filii culpam.*] Lindenbruchius ſolus, quod ſciam, recte omiſit τὸ *&*, quod praeferunt omnes Libri mei. ſed & abundare τὸ *&*, vel verbum aliud deeſſe cenſet Doctiſſ. Wielingius.

COMMENTARIUS.

2. QUI.] Pareus Donatum ſequutus intelligit ἐνάλλαξιν perſonarum. Notat autem h. l. *Qua ratione.* Et eſt integra conſtructio: *Si nunc feceris idem hoc, quod faciendum ſit poſt fortaſſe, iſtuc eſt ſapere, qui poſſis flectere animum, ubicumque opus ſit.* Ut adeo non duae ſint ſententiae, quod creditur, ſed unica. Et SAPERE eſt ſcire, intelligere. Plaut. Pſeud. I. 5. 81. *recte ego meam rem* ſapio.

UBICUMQUE.] Palmerius UBIQUE legit, ſed invitis Muſis. De illa autem ſignificatione τῦ UBIQUE conſule Cat. Andr. Dukerum, V. Cl. Opuſc. Var pag. 415.

ANIMUM POSSIS FLECTERE.] Sic Adelph. III. 2. 9. Ennius, teſtituente Illuſtriſſ. Joſ. Scaligero:

Quo vobis mentes, *rectae quae ſtare ſolebant*
Antehac, dementes ſeſe flexere *viai?*

Virgil. Georg. IV. 516.

Nulla Venus, nullique animum flexere *hymenaei.*

Neque adeo opus cum Palmerio POSSE legere.

3. QUOD FACIUNDUM FORTASSE SIT POST, IDEM HOC NUNC SI FECERIS.] Exhibeo lectionem Juntinam, Aldinam, Rob. Stephani, & Anonymam. Alii cum Mureto, POSTIDEA. quod Plautinum. Adelph. III. 4. 44.

Quod vos jus cogit, id voluntate ut impetret.

Cic. Fam. V. 16. *Certe nos, quod eſt dies allatura, id conſilio anteferre debemus.*

4. FORS FUAT POL!] Q. d. Pollux fortunet. Ἀγα-

So. Spero ecaſtor. *La.* I ergo intro, & compone, quae tecum ſimul
Ferantur. dixi. *So.* Ita ut jubes, faciam. *Pa.* Pater.
La. Quid vis, Pamphile? *Pa.* Hinc abire matrem? minume.
La. Quid ita iſtuc vis?
Pa. Quia de uxore incertus ſum etiam, quid ſim facturus.
La. Quid eſt? –

Quid

DONATI.

filii culpam aut nurus. IBI EGO TE, ET TU ME FERES.] Aut quia notl inter nos ſunt mores noſtri: aut quia utrique una setas eſt. Et ſic pronuntia, quaſi hoc ipſum neceſſitate decernat ſenex, cum dicit, ABI RUS ERGO HINC: IBI EGO TE, ET TU ME FERES, ipſa pronuntiatio querelam continet de filiis & ſenectute.

5. SPERO ECASTOR.] Mire non confirmavit mulier, ſed *ſperare* ſe dixit, memor jurgii priſtini, & ſenilis amaritudinis: maxime quod & ille non dixit, *Ibi nobis jucunde erit:* ſed, IBI EGO TE, ET TU ME FERES. I ERGO INTRO, ET COMPONE, QUAE TECUM SIMUL FERANTUR.] Κωμικῷ χαρακτῆρι, & uſu quotidiano, ſatiſque moraliter: quia Mulieres, *Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt.*

6. DIXI.] Denuntiatio eſt confirmandae ſententiae, nec mutandae: & tranſlata eſt de foro & cauſidicis. [5] *Cicero: Praeco, dixiſſe pronuntiat.*

DIXI.] Hoc verbum in fine additum ſuperiora confirmat: & eſt proprium his, qui peroraverunt cauſam. PATER.] Ipſum nomen dehortationem ſignificat, adjecta pronuntiatione. PATER.] Sic pronuntia, ut hoc vultuoſe dictum ſit, HINC ABIRE MATREM?

7. QUID VIS, PAMPHILE?] Facete praeſto QUID VIS? reſpondit. QUID ITA ISTUC VIS?] Rem ſupra audivit & perſonam: nunc cauſam quaerit. quaſi dicat, *Eſto ut nolis: quid tantopere non vis?*

8. INCERTUS SUM ETIAM, QUID SIM FACTURUS.] Non, *quid faciam*, dixit: ſed QUID SIM FACTURUS: ut incerta molimina etiam verbis poſſet oſtendere. QUID EST?] Et QUID ITA ISTUC VIS? & QUID EST? eo vultu pronuntiantur, ut conſilium ejus & verba videatur contemnere pater.

OBSERV. IN DONAT.

5. *Cicero.*] Verr. II. 30.

COMMENTARIUS.

τῇ τύχῃ. Gall. *A la bonne heure!* Ita Fabrini: *Voglia Polluce, che la coſa ſia con buona fortuna!* Auſon. Epiſt. XVI. Fors ſuat, *ut ſi mihi vita ſuppetet, aliquid rerum tuarum, quamvis incultus, expoliam.* Edit. anni 1469. FORS FIAT POL. Jac. Perizonius, V. Cl. legebat: FORS FUIT POL. q. d. Bona fuit fortuna mea, quod meum ſermonem audiviſti. Ceterum τῷ *Fuo* antiquiſſimi Scriptores paſſim uſi pro *Sum*. unde *Fui* & *Futurus*. Exempla congeſſerunt Cerda & Emmeneſſius ad Virg. Aen. X. 108.

Tros Rutuluſve fuat.

Diomedes Grammaticus Lib. I. *Sane aliud verbum eſt apud antiquos, quod dicebant*, Fuo, ſuas, ſuat. *unde Terentius ait:* FORS FUAT.

5. COMPONE.] H. e. ordina, para. Fabrini: *Metti in ordine.* Plaut. Mil. IV. 7. 21.

Omnia compoſita *ſunt, quae donavi, ut ferat.*

DIXI.] Sic Phorm. II. 3. 90. 92.

PATER.] Vultuoſe dictum ait Donatus. Non videtur. potius cum gemitu dictum. Sic And. V. 3. 18.

mi pater.

7. MINI-

Quid vis facere, niſi reducere? *Pa.* Equidem cupio: & vix contineor.
Sed non minuam meum conſilium. ex uſu quod eſt, id perſequar.
Credo ea gratia concordes magis, ſi non reducam, fore.
La. Neſcias. verum id tua refert nihil, utrum illae fecerint,
Quan-

DONATI.

9. QDID VIS FACERE, NISI REDUCERA?] Sic loquitur Laches, ut aliud Pamphilus reſpondere non audeat. Et ideo dicit, EQUIDEM CUPIO: ET VIX CONTINEOR.] Ut reducam ſcilicet. Adeo magna cauſa eſt, non reducendi, ut cum velim, non poſſim.

10. SAD NON MINUAM MEUM CONSILIUM.] Caute fatia. reducendi, inquit, cupiditas eſt: non reducendi conſilium. ID PERSAQUAR.] Non *Sequar*, ſed PERSEQUAR ait, ut conſtantiam demonſtraret.

11. CRADO AA GRATIA CONCORDEA MAGIA.] Sententioſe dixit, tunc poſſe inter ſe congruere & concordare mulieres, quum & illa eſſe deſierit ſocrus, & illa nurus. haee enim inter illas eſt diſſidioſa conjunctio. Et ſatis ingenioſe dictum. Tolle enim inter mulieres proximitatem, & nulla cauſa diſcordiae eſt. CONCORDES MAGIS.] Non *magis concordes*, verum pro *minus diſcordibus* dixit. an ut ſerviret ſententiae?

12. NASCIAS.] Utrum concordes futurae ſint, an diſcordes. VERUM ID TUA BEFERT NINIL.] Hoc verbum ex aliqua parte confirmantis eſt & conſentientis. UTRUM ILLAE FECARINT.] Utrum conſentientes ſint, an diſſentientes. UTRUM.] Unum de duobus ſignificat.

COMMENTARIUS.

7. MINUMA.] Ita dictum patri; quemadmodum matri ſupra IV. 2. 17. *nolo.* ubi Donatus: *Non eſt ſuperbum* nolo, *ſed conſuetudine dicitur.*

QUID ITA ISTUC VIS?] Alii: QUID ISTDC ITA VIS? Rurſus alii: QDID ITA ISTUC?

9. VIX CONTINEOR.] Mſſ. Traj. & Mark. VIX CONTINEO. Quod Guyetus, Eraſmum, Faërnum & Muretum ſequutus defendit, atque interpretatur: *Cupio*, ſub. rem aperire, i. e. partum Philumenae, *& vix contineo*, ſub. me. Exiſtimat porro, Pamphilum, quid reſponderet, non habentem, ad ſpectatores ſe convertiſſe, & haec ſubmiſſe pronunciaſſe, ita ut pater non exaudiret. Si vero enm Donato legas, CONTINAOR, ſervabitur χαρακτὴρ Pamphili, deperientis Philumenam, ſed vitium ei oblatum ita aegre ferentis, ut amor pudorque animum ejua diverſum trahant. Sed & ita melius totum Pamphili reſponſum cohaerebit; neque alias res agere videbitur in re ſeria. Vide ſupra III. 5. 38. Donatus optime explicuit. Ex cujus mente Fabrini: *In verità, io deſidero di rimenarla, e à pena mi ritengo di menarla.* Plaut. Capt. III. 4. 60.

Enimvero jam nequeo contineri.

Rud. IV. 4. 128.

.contineri, *quin complectar, non queo.*

10. NON MINUAM MEUM CONSILIUM.] Haec ſecum Pamphilus. ſequentia ad patrem. Vide ad And. II. 3. 18.

11. CONCORDEA MAGIA.] Intelligit Softratam & Philumenam. τὸ MAGIA agnoſcitur a Mſſ. Traj. & Mark. & Donato, & edd. vetuſtiſſimis & probatiſſimis. In Mſſ. Leidenſibus duobus ſupra ſcriptum. Religio igitur fuit omittere cum nuperis quibuſdam editoribus, auctoritatem Faërni & Parei ſequutis. Glareanus & Muretus aliter ordinant verba. ille ita: EA CREDO GRATIA CONCORDES, SI NON RSDDCAM, MAGIS FORE. Hic: CRADO, SI NON REDDUCAM, SA GRATIA CONCORDES MAGIS FORE. ſed & Faërnus REDDUCAM legit, ob metrum ſcilicet.

12. NESCIAA.] Mſſ. Mark. & Lipſ. NSSCIAS NEQUEAS. quorum poſterius e margine in contextum irrepſit. quod item de quatuor Mſſ. regiis Guyetus teſtatur, ita legens verſum: NESCIANT: VARUM TUA RAFERT NIHIL, DTRUM ILLAE FUERINT.

13. QUAN-

Quando haec abierit. odioſa haec eſt aetas adoleſcentulis.
E medio aequom excedere eſt. poſtremo jam nos fabulae

Su-

D O N A T I.

13. Odiosa haec est aetas adolescentulis.] Supra in perſonam ſocrus culpam iratus contulerat diſcordiae: nunc & uxori placatus, & nurui parcens, odiorum cauſam a perſonis tranſtulit ad aetates: ſed ita tamen, ut magis juniores accuſaret, ei de adoleſcentibus queſtus, quum miſeratur ſenes. Odiosa haec est aetas.] Haec, cum gemitu pronuntiandum eſt.

14. E medio aequom excedere est.] Utrum ex urbe rus: an ex vita in mortem? Et ſatis moraliter. nam *in Medio ſtare* dicitur ſupervacuus vel moleſtus. Et cum ſtomacho dixit ſenili.

OBSERV. IN DONAT.

6. *Ei de adoleſcentibus queſtus, quum miſeratur ſenes.*] Lectio vitioſa. Reſtituo: *Et de adoleſcentibus queſtus, commiſeratur ſenes.*

COMMENTARIUS.

13. Quando haec abierit.] Ita cum Donato plerique Mſſ. & editi vetuſti. Faërnus ex Cod. Bembino Aberit laudat. quomodo & Pareus edidit. Intelligitur autem Soſtrata.

Odiosa haec est aetas adolescentulis.] Δεικτικῶς dixit, Haec aetas, Se & Soſtratam digito demonſtrans Laches. q. d. noſtrum ſenium. Caecilius apud Ciceronem, de Senect. 8.

Tum equidem in ſenecta hoc deputo miſerrimum,
Sentire ea aetate, eſſe ſe odioſum alteri.

Dixit autem Adolescentulis, uti Heaut. III. 3. 41.

14. E medio aequom excedere est.] Dubitat Donatus, utrum de abitu in villam, an de morte intelligendum ſit. Dubium nullum eſt, quin de diſceſſu e publico in locum ſecretum & rus ſermo ſit. Contrarium eſt, *in medio eſſe.* Adelph. III. 5. 33. *in medium exire.* Plaut. Amph. I. 1. 68.

Deinde utrique imperatores in medium exeunt,
Extra turbam ordinum.

Sed & *poſita in medio* opponuntur reconditis. Phorm. Prol. 16. Et, *de medio ſumere* eſt ex iis rebus, quae ſunt in promtu, & omnibus patent. Horat. Arte, 243.

Tantum de medio ſumtis *accedit honoris.*

Postremo jam nos fabulae sumus, senex atque anus.] Mſ. Bodl. non agnoſcit τὸ Nos. Donati obſervationem, quam ſequuntur Viri Docti, firmare videtur illud Plauti, Stich. IV. 1. 33.

fuit olim, quaſi ego ſum, ſenex.

Gerh. Falkenburgius ſuo Codici adſcripſerat illud Eurip. Ὀνείρων ἕσπομεν μιμήματα. Unde & Dacieria vertit: *Il y avoit autrefois un bon homme, & une bonne femme.* ſcilicet plerarumque fabularum domi narrari ſolitarum videtur initium hoc fuiſſe: γέρων καὶ γρηῦς. Vide Muretum ad h. l. Fabrini ſimpliciter: *Finalmente, Panfilo, noi ſiamo omai le favole, e le canzone, io vechio, e lei vechia. cioè, voi vi ridete omai di noi.* Sed & ita Schefferus cepit, ad Phaed. I. Prol. 7. Addo Propert. II. 24. 1.

Tu loqueris, cum ſis jam noto fabula *libro:*
Et tua ſit tota Cynthia lecta foro?

Apulej. Apolog. *Mulier ſancte pudica, tot annis viduitatis ſine culpa, ſine* fabula. Porro autem & homines & res nihili *fabulas* & *nugas* dixerunt. Horat. Carm. I. 4. 16.

Jam te premet nox, fabulaeque *Manes.*

Cic. Att. VI. 3. *Vulcaturne aut pietatis eſſe meae, fratrem relinquere; aut diligentiae,* nugarum *aliquid relinquere?* Orat. pro Mil. 21. *Comites Graeculi, quocumque ibat, etiam cum in caſtra Etruſca properabat: tum* nugarum *in comitatu nihil.* Et *fabula eſſe* dicitur, qui in ore hominum verſatur. Ovid. Amor. III. 1. 21.

Fabula, *nec ſentis, tota jactaris in urbe.*

Suet. Aug. 70. *Coena quoque ejus ſecretior in fabulis fuit.* Denuum *fabula fieri* dicuntur vita functi. Perſ. V. 151.

Indulge genio: carpamus dulcia: noſtrum eſt,
Quod vivis: cinis, & Manes, & fabula fies.

Poſſint igitur verba Lachetis de ludibrio intelligi,

Sumus, Pamphile, ſenex, atque anus.
Sed video Phidippum egredi per tempus, accedamus.

DONATI.

15. Jam nos fabulae sumus, senex atqua anus.] Pronuntia Senex atqua anus, quaſi initium fabulae. τῷ ἰδιωτισμῷ additum, Pamphile. Senex atque anus.] Haec duo nomina, ut poſita ſunt, caput indicant & inceptionem hujuſmodi fabularum.

COMMENTARIUS.

gi, cui ſenes maxime ſunt obnoxii. ut adeo Fabulaa h. l. notent res ridiculas. Gall. *des contes à rire.* Ita uſurpat Ovidius Arte Amandi. II. 561.

Fabula *narratur toto notiſſima coelo;*
Mulciberis capti Marſque Venuſque dolis.

Adde Muretum, & Coel. Rhod. Lect. Ant. XX. 2.

ACTUS QUARTI
SCENA QUARTA.

Phidippus. Laches. Pamphilus.

Ph. Tibi quoque aedepol iratus ſum, Philumena,
Graviter quidem: nam hercle abs te factum 'ſt turpiter.
Etſi

DONATI.

Tibi quoque aedepol.] *In hac ſcena ultimus error eſt, vicinus καταστροφῇ.*

1. Tibi quoque aadepol sum iratus.] Quaſi dicat, Non ſolum matri tuae, [1] aut etiam ſocrui tuae. Tibi quoque aadepol.] Recte: nam & amicos incuſamus leniter incipientes, & graviora inferentes. Hanc ergo partus cauſa leniter incuſat: deinde confirmat, inferendo, Graviter quidem. Et ſtatim cauſam ſubjungit, cur quidem ei iraſcatur.

2. Factum ast turpiter.] [2] Quod abſceſſerit domo mariti.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Aut etiam ſocrui tuae.*] Lindenbruchius mallet, *At etiam ſocrus tuae.* ſed invitis Muſis, niſi me omnia fallunt. ſenſus enim fuerit: *Non ſolum matri tuae, at etiam ſocrui tuae, tibi quoque iratus ſum, Philumena.* Maneat igitur lectio vulgata. Mſ. Hulſt. diſertius etiam: *Aut non ſolum ſocrui tuae.* Editi mei omnes: *Aut etiam ſocrus tuae.*

2. *Quod abſceſſerit.*] Malim: *Quod abſceſſeris.*

COMMENTARIUS.

2. Graviter.] Vehementer, valde. Caecilius, Plotio:

Placere occoepit graviter, *poſtquam eſt mortua.*

Accius, Nyctegreſia:

Id quod facis, gratum & grave eſt.

Plaut. Ciſtell. I. 1. 87.

Ut me, quem ego amarem graviter, *ſineret cum eo vivere.*

Perſ. IV. 5, 2.

ſi quid bonis
Boni ſit, eſſe idem & grave *& gratum ſolet.*

Gr. βαρὺ, βαρύτιμον.

3. Mater, quae te impulit.] Ita edo ex Mſſ. Leidenſibus quinque, quamquam in quinto τὸ Quae eraſum, Bodl. Traject. Graev. Lipſ. Mark. & Boend. Tum edd. anni 1469. Anon. Argent. Lugdun. Venet. Junt. Ald. aliis. Donatus, Gambarellus, Rob. Stephanus aliique omittunt τὸ Quae. quam vocem manifeſto rejicit Rivius.

Digitized by Google

Etſi tibi cauſa eſt de hac re, mater quae te impulit:
Huic vero nulla eſt. *La.* Opportune te mihi,
Phidippe, in ipſo tempore oſtendis. *Ph.* Quid eſt?
Pa. Quid reſpondebo his? aut quo pacto hoc aperiam?
La. Dic filiae, rus conceſſuram hinc Soſtratam:
Ne revereatur, minus jam quo redeat domum. *Ph.* Ah!
Nul-

DONATI.

3. ETSI TIBI CAUSA EST DE HAC RE.] *Cauſam* more ſuo pro defenſione poſuit. Sic in Phormione, *Quid mihi dicent, aut quam cauſam reperient? Demiror.* Et quae cauſa fuerit, ipſe dicit: MATER TE IMPULIT. MATER TE IMPULIT.] Abſolute: deeſt enim *nam.* ut ſit, *Nam mater te impulit.* MATER TE IMPULIT.] Qualitas remotiva.

4. HUIC VERO.] Ipſi matri ſcilicet. OPPORTUNE TE MIHI, PHIDIPPE, IN IPSO TEMPORE.] Utrum ταυτολογία eſt? an OPPORTUNE, [3] quia volebam: & IN TEMPORE, quomodo volebam? an, OPPORTUNE, mihi: IN IPSO TEMPORE, tibi: id eſt, & mihi, & tibi [4] commode eveniſti.

5. IN IPSO TEMPORE OSTENDIS.] Oſtenditur nobis id quod quaerebamus. OPPORTUNE, & IN IPSO TEMPORE, non eſt idem. Etenim OPPORTUNE dicimus, quum, verbi gratia, invitati ad ipſum tempus [5] incipientis prandii venimus: IN IPSO TEMPORE, cum jam prandio appoſito.

6. AUT QUO PACTO HOC APERIAM?] Hoc modo oſtendit, nec eſſe quod ſimulet: nec id quod verum eſt, dicendum ſibi eſſe.

7. DIC FILIAE, RUS CONCESSURAM HINC SOSTRATAM.] Blande non addidit [6] *Tua:* quaſi dicat communi filiae. Et bene, non *ſocrum*, ſed SOSTRATAM.

8. NE REVEREATUR.] Bene REVEREATUR: ne [7] odiſſe Soſtratam, ſed metuere videatur: & quaſi ipſa ſocrus non odium metuerit, ſed reverentiam. MINUS JAM QUO REDEAT DOMUM.] Τμῆσις cum ἀναστροφῇ. ut ſit ordo, *Quo minus redeat.*

OBSERV. IN DONAT.

3. *Quia volebam.*] Praeſtat haec lectio prae illa Lindenbruchii, *Quando volebam.*

4. *Commode eveniſti.*] Forte, *Commode veniſti.*

5. *Incipientis prandii.*] Ante Rob. Stephanum rectius legebatur, *Incipiendi prandii.* Neque enim diſcrimen ullum eſſe videtur inter *prandium incipiens* & *appoſitum.*

6. *Tua.*] Codd. veteres, *Tuae.* quomodo jam. Rob. Stephanus edidit.

7. *Odiſſe Soſtratam.*] Ita impreſſi veteres, & Mſ. Boend. ſed Mſ. Hulſt. *odiſſe ſocrum.* Mſ. Lind. *odiſſe ſocrum.* quae poſterior lectio verior videtur.

COMMENTARIUS.

5. OSTENDIS.] Oſtendere ſe alteri, eſt inopinanti occurrere. Sic infra V. 1. 31.

nuptae muheri ſe oſtenderet.

Phorm. V. 6. 53.

Inde hiſce oſtendam *me*

6. HOC APERIAM?] Mſſ. quidam & editi, HAEC APERIAM. Atque ita Mſ. Donati Hulſt. Laudatque Guyetus, quod Terentius amet pluralia. In uno Mſſ. Leidenſium dubie *hc aperiam*? ſi vero APERIAM legas, ſenſus erit, *Quo pacto illud potero indicare ſine magno Philumenae detrimento?* Niſi forte legendum, OPERIAM, i. e. occultabo. quod probant Rivius & Dacieria. Confer orata Myrrhinae, ſupra III. 3. 28.

8. NE REVEREATUR.] Codd. quidam ſcripti & editi poſt an. 1469. NE VEREATUR. Et videtur τὸ RE αὐξητικόν, ut in *Reformido.*

10. MEA UXORE.] Guyetus delet τὸ MEA, in quo omnis emphaſis eſt. Soſtratam enim indignans dixerat, TUA.

11. MUTATIO FIT.] Guyetus vim hujus verſus non capiens, expungit. Intelligitur autem MUTA-

Nullam de his rebus culpam commeruit tua:
A Myrrhina haec ſunt mea uxore exorta omnia.
Mutatio fit: ea nos perturbat, Laches.
Pa. Dum ne reducam, turbent porro, quam velint.
Ph. Ego, Pamphile, eſſe inter nos, ſi fieri poteſt,

Adſi-

DONATI.

9. NULLAM DE HIS RRBUS CULPAM.] Relatio criminis poteſt videri. TUA.] Deeſt *uxor:* quod nomen inferius poſuit. TUA.] [8] Cum percuſſione audiendum eſt, ut ſubaudiatur *uxor*, ab eo quod dicturus eſt, UXORE.

11. MUTATIO FIT.] *Mutationem*, ſuſpicionem dicit, erroremque jurgantium. MUTATIO.] Deeſt quarum rerum mutatio. ergo mutatio criminum, aut culparum. MUTATIO FIT.] Criminis ſcilicet & peccati. id eſt, vel mea uxor crimen tuae ſuſtinet: [9] vel tua ad meam tranſlata eſt culpa. EA NOS PERTURBAT, LACHES.] EA: [10] non ea mutatio, ſed uxor, hoc eſt, Myrrhina.

12. DUM NE REDUCAM, TURBENT PORRO.] Quomodo eſt pius erga matrem Pamphilus, ſi parvi facit, utrum ſocrus ſua perturbetur, an mater a ſenibus? Solvitur ſic: quia QUAM, non eſt generis foeminini, ſed eſt, *Quantum*. TURBENT, [11] errent & tumultuentur, ſignificat: vel *turbentur*. TURBENT PORRO, QUAM VELINT.] Quantum velint: aut eam, quam velint, mulierem. ſed melius eſt quod ſupra diximus.

13. EGO, PAMPHILE.] Hoc pronomen initium continet orationis graviter inceptae: ut, *Ego, poſtquam emi te a parvulo.* SI FIERI POTEST.] Interpoſuit, ut ſupercilium ſoceri demonſtraret. SI FIERI POTEST.] Recte additum, SI FIERI POTEST: quia non convenit rogari a ſocero generum, [12] ut ſupra dixit.

OBSERV. IN DONAT.

8. *Cum percuſſione audiendum eſt.*] Suſpicor ſcripſiſſe Interpretem, *cum percuſſione animi dicendum eſt*. Scilicet ex *audicendum* facili lapſu natum eſt τὸ *audiendum*. Sic mox ad verſ. 17. *cum conſternatione animi.*

9. *Vel tua ad meam tranſlata eſt culpa.*] Acute ſuſpicatur Doctiſſ. Wielingius, legendum eſſe, *Vel tuae ad meam tranſlata eſt culpa*. In quibus verbis eſt oppoſitio ejus, quod proxime praeceſſit.

10. *Non ea mutatio, ſed uxor, hoc eſt, Myrrhina.*] Haec abſunt a nonnullis Libris.

11. *Errent.*] In Codd. meis ante Rob. Stephanum legitur, *perturbent*.

12. *Ut ſupra dixit.*] Mſſ. Boend. & Hulſt. cum impreſſis Rob. Stephano antiquioribus, *Ut ſupra dixi*. Vide ſupra ad III. 1. 50.

COMMENTARIUS.

MUTATIO criminis. q. d. Culpa jam non amplius in tua domo haeret, ſed in mea; a mea enim uxore exorta ſunt omnia, non a tua; idque perturbat nos. An MUTATIO & *καταστροφὴ* rerum intelligitur? Videtur certe ſumta locutio a ſcena, quae toties *mutari* dicitur, quoties perſona princeps mutatur. Gall. *changement de theatre.* Exiſtimat Dacieria, verba haec tribuenda Pamphilo, tacite ſecum muſſitanti. Citat autem hunc verſum Priſcianus, Inſtit. Grammat. Lib. VII. addens: *Nec ſolum in his, quae ſunt primae, ſed etiam in illis, quae tertiae, i. e. in omnibus Graecis* Es *producta finitis ſimiliter invenies vocativum in* E *productum proferri Chreme, Lache, Anchiſe.* Sed & LACHE ex Codice Bembino laudat Faërnus.

12. TURBENT PORRO.] Tumultuentur & litigent. Plaut. Moſtell. III. 1. 15.

Pergam turbare *porro.*

Virgil. Ecl. I. 12.

Uſque adeo turbatur *agris.*

Niſi forte TURBENT notat, intricent, impediant, rebus difficultatem addant.

13. PAMPHILE.] Exiſtimat Guyetus, legendum, LACHE. Non videtur veriſimile. Occaſionem cogitandi Guyeto dedit, quod ejuſdem adfinitatis inter Phidippum & Lachetem crebrior fit mentio in hac Comoedia. Vide ſupra II. 2. 10. infra, verſu 101. ſed & inter ſocerum & generum eſt adfinitas. Vide ad And. I. 5. 12.

Adfinitatem hanc ſane perpetuam volo.
Sin eſt, ut aliter tua ſiet ſententia,
Accipias puerum. *Pa.* Senſit peperiſſe. occidi!
La. Puerum! quem puerum? *Ph.* Natus eſt nobis nepos.
Nam abducta a vobis praegnans fuerat filia,
Neque fuiſſe praegnantem umquam ante hunc ſcivi diem.

La.

DONATI.

14. HANC SANE PERPETUAM VOLO.] Jam enim eſt confirmata: ſed PERPETUAM cupit.

15. SIN EST, UT ALITER TUA SIET SENTENTIA.] *Τῷ ἐυφημισμῷ* vitavit illud quod eſt ominoſum, ne diſcidium diceret. ut [13] *Virgilius*,

gravior ne nuncius aures
Verberet.

16. ACCIPIAS PUERUM.] Jure: quia liberi patrem ſequuntur. Et mire hoc maxime adjecit, quod maaime recuſat Pamphilus: & propter quod uxor quoque non reducitur. Et ACCIPIAS, pro accipe: ut *Quieſcas*, pro quieſce. SENSIT PEPERISSE. OCCIDI!] Hoc maxime inopinatum eſt Pamphilo: quia ſocrus promiſerat omnes ignoraturos. SENSIT.] Proprie ſic.

17. PUERUM! QUEM PUERUM?] Moraliter primo dubitat quid audierit: deinde quaſi certus quid audierit, admiratur, dicendo QUEM PUERUM? PUERUM! QUEM PUERUM?] Bene cum conſternatione animi: quod numquam fando acceperat. NATUS EST NOBIS.] Bene, quia ambo avi.

18. NAM ABDUCTA A VOBIS.] Bene, non *Abierat*, ſed ABDUCTA FUERAT: ut magis ſit culpa matris. A VOBIS.] Pro, a Pamphilo. NAM ABDUCTA A VOBIS PRAEGNANS FUERAT.] Hoc totum cum indignatione in uxorem pronuntiandum eſt.

19. NEQUE FUISSE PRAEGNANTEM.] *Praegnans* eſt *ante gnatum*, vel *ante genetricem*: eſt enim *Prae*, ante.

OBSERV. IN DONAT.

13. *Virgilius.*] Aen. VIII. 582. ubi nunc *vulnere* legitur.

COMMENTARIUS.

14. PERPETUAM.] Ex voto nimirum nuptiarum. Vide Lindenbruchium, & ſupra II. 2. 10.

16. ACCIPIAS PUERUM.] Reſpicit tralatitium jus; quod & Laches agnoſcit, infra verſu 46. & ſeqq. ſed & ipſe Pamphilus puerum accipere juſſus a patre, infra verſu 77. non habet, quod manifeſto regerat, vel legis auctoritati opponat. Ne enim diceret, alienum eſſe puerum, neque ex ſeſe natum, fides Myrrhinae data faciebat, & ſilentium de Philumena ante nuptias compreſſa promiſſum. Leges autem de liberis divortio facto ab alterutro parentum alendis, laudant Lindenbruchius & Boeclerus. Ampliſſimus Senator, Corn. Bynkershoekius ſuper hoc loco a me conſultus, ita reſpondit: *Recte ad haec Donatus*, Jure: quia liberi patrem ſequuntur; *ita enim definivit Celſus in l. 19. ff. de ſtatu homin. & Ulpianus in l. 24. ff. Eod. Utrumque locum indicavit Lindenbrogius. Hoc ipſum eſt apud Ulpianum*, *Fragment. Tit. V.* §. 8. *Stricte diſtinxit Lindenbrogius ex legitimis nuptiis procreatos qui patrem, & vulgo quaeſitos, qui matrem ſequuntur; ut palam quoque diſtinxit Celſus in d. l. 19. & alii JCti, quos laudat Lindenbrogius. Ipſos autem adulterinos, quia nuptiae intercedunt, patrem ſequi apud Perſas, Artaxerxis hiſtoria argumento eſt, ut hanc refert Agathias, Bell. Goth. Lib. II. cap. 14. Ex conſuetudine Spartana, qua mariti uxores ſuas amicis utendas dabant, obtinuiſſe, indicat Plutarchus in Numa, p. m. 333.*

SENSIT PEPERISSE. OCCIDI!] Haec ſecum, & ad ſpectatores converſus loquitur Pamphilus, licet Phidippi ſermo ad eum directus eſſet. Perturbatur autem, intelligens, partum Philume-

nae

La. Bene, ita me Di ament! nuncias: & gaudeo,
Natum illum, & tibi illam ſalvam. ſed quid mulieris
Uxorem habes? aut quibus moratam moribus?
Noſne hoc celatos tam diu? nequeo ſatis,
Quam hoc mihi videtur factum prave, proloqui.
Ph. Non tibi illud factum minus placet, quam mihi, Laches.

Pa.

DONATI.

20. BENE, ITA ME DI AMENT!] Agit gratias nuntianti: gratulatur ob ſuſceptum nepotem: gaudet liberatam nurum.

21. NATUM ILLUM, ET TIBI ILLAM SALVAM.] Proprium affectum refert, ſibi nepotem, illi filiam eſſe ſervatam. ET TIBI ILLAM SALVAM.] Recte TIBI, quia pater puerperae eſt cui dicit. SED QUID MULIERIS UXOREM HABES?] QUID MULIERIS, dixit: ne diceret, *qualem mulierem*, aut aliquid gravius. Et totum percunctative potius, quam pronuntiaret, & diceret, *Peſſimam mulierem, & male moratam uxorem habes.* Et reprehenſio eſt cum contemtu. ſic &, [14] *Quid hominis?* ut [15] *Virgilius*,

Tu mihi quodcunque hoc regni.

At contra cum honore ſic dicimus, *Quem hominem habes?*

22. MORATAM.] Id eſt, inſtitutam. Et eſt participium ſine verbo.

23. NOSNE HOC CELATOS.] Non partum celatos dicit: ſed praegnantem filiam fuiſſe. NEQUEO SATIS PROLOQUI.] Magna exaggeratio.

24. QUAM HOC MIHI VIDETUR FACTUM PRAVE.] Totum modeſte, quamvis indignetur: quia apud maritum uxor non eſt vehementius accuſanda. QUAM HOC MIHI.] Quod praegnans fuerit filia: non quod natus eſt puer.

25. NON TIBI ILLUD FACTUM MINUS PLACET, QUAM MIHI, LACHES.] [16] Utrum quia minus & magis, quoniam ſequitur * an *ειρωνεια*

OBSERV. IN DONAT.

14. *Quid hominis?*] Reſpexit locum Eun. V. I. 17. QUID ILLUC HOMINIS EST?

15. *Virgilius.*] Aen. I. 82.

16. *Utrum quia minus & magis, quoniam ſequitur* *.] Rob. Stephanus: *Utrum quia minus * & magis quoniam ſequitur.* Mſ. Boend. ſine lacunae indicio: *Utrum quia minus eſt & magis, quoniam ſequitur.* Ita & edd. Tarviſ. & Venetae annorum 1490. & 1512. cum Anon. & Argent. Sed Mſ. Hulſt. *Utrum quia minus eſt, & magis quam ſequitur.* Videtur autem Donatus argutatus, ut ſolet, in voce MINUS, ſcribens, *Utrum, quia id minus eſt, & majus, quod jam ſequitur eam alienus puer?* Verus autem Poëtae ſenſus eſt: *Non tibi illud factum magis diſplicet, quam mihi.*

COMMENTARIUS.

nae innotuiſſe Phidippo; quia ſocrus promiſerat, ſe daturam eſſe operam, ut clam eveniret partus patrem, atque adeo omnes. Supra III. 3. 36.

18. PRAEGNANS.] Faërnus & Rivius PRAEGNAS defendunt ex Codd. Bemb. & Vaticano. Teſtis autem eſt Gregorius Holoander, in Pandectis Florentinis fere ſemper *praegnas* legi. Eadem vox apud Probum in Catholicis reperitur. Et videtur Donatus ita legiſſe. Sed & ita eſt in edit. Heidelb. qua uſus eſt Guyetus & Juntina. Eadem voce Plautus eſt uſus.

19. NEQUE FUISSE PRAEGNANTEM.] Mſ. Graev. PRAEGNATAM. Sed & PRAEGNAS & PRAEGNATEM edidit Pareus. Verſum hunc Guyetus expungit, & poſt τὸ FILIA τελείαν στιγμὴν ponit.

UMQUAM ANTE HUNC SCIVI DIEM.] Plaut. Menaechm. III. 2. 35.

Non edepol ego te, quod ſciam, umquam ante hunc diem
Vidi, neque novi.

Et ita paſſim alibi.

21. NATUM ILLUM.] Editio anni 1469. NATUM TIBI ILLUM, ET ILLAM SALVAM.

24. VIDETUR.] More Comico indicativum uſurpavit pro ſubjunctivo, quod Plauto familiare.

Pa. Etiamſi dudum fuerat ambiguum hoc mihi:
Nunc non eſt; quum eam conſequitur alienus puer.
La. Nulla tibi, Pamphile, hic jam conſultatio 'ſt.
Pa. Perii! *La.* Hunc videre ſaepe optabamus diem,
Quum ex te eſſet aliquis, qui te appellaret patrem.
Evenit. habeo gratiam Dis. *Pa.* Nullus ſum!
La. Reduc uxorem, ac noli advorſari mihi.

Pa.

DONATI.

vela eſt? ut ſit ordo, Non minus mihi placet, quam tibi. Et PLACET, pro *diſplices* intelligamus? ut alibi, *Nunc me hoſpitem Lites ſequi, quam hic mihi ſit facile atque utile, Aliorum exempla commenent.* NON TIBI ILLUD FACTUM.] [17] Sub *elipſeia* eſt dictum. hoc enim ait, *Tantundem tibi placet hoc factum, quam mihi.* Alibi, *Nunc me hoſpitem lites ſequi, &c.*

27. QUUM EAM CONSEQUITUR ALIENUS PUER.] ALIENUS: quod ſenes gratulantur, id maxime laedit Pamphiium. CONSEQUITUR ALIENUS PUER.] Μεταφορὰ a pecoribus, quae, ut mox nata fuerint, matres ſequuntur. [18] *Virgilius,*

Atque ipſae memores redeunt in tecta, ſuoſque
Deducunt.

28. NULLA TIBI, PAMPHILE, HIC JAM CONSULTATIO 'ST.] De reducenda ſcilicet uxore.

29. PERII!] Hoc ſibi ipſe Pamphilus dicit.

30. QUUM EX TE ESSET ALIQUIS, QUI TE APPELLARET PATREM.] Bene hoc putavit, quod Pamphilo non videtur: hoc eſt, ex illo eſſe, quod natum eſt.

31. EVENIT.] Proprie EVENIT. ideo & *bonorum eventus* dicitur. NULLUS SUM!] Ipſe ſibi iterum. [19] hoc ulterius eſt, quam PERII: quia quum aliquis perit, [20] reliquum vel cadaver eſt.

32. AC NOLI ADVORSARI MIHI.] Cauſam interpoſuit ſenex, quo magis facere filius non recuſet.

OBSERV. IN DONAT.

17. *Sub elipſeia eſt dictum.*] Haec nota e Donato repetita eſt a quovis alio Grammatico.

18. *Virgilius.*] Georg. III. 316. ubi nunc *ducunt* legitur.

19. *Hoc ulterius eſt.*] Videtur ἀπὸ κοινοῦ praemittendum, NULLUS SUM.

20. *Reliquum vel cadaver eſt.*] Codices mei omnes ante Rob. Stephanum, *Quia cum aliquis perit, vel relinquitur, vel cadaver eſt.* Mſ. Hulſt. *Relictum vel cadaver eſt.* Guido Juvenalis: *Adhuc cadaver reliquum eſt.*

COMMENTARIUS.

26. ETIAMSI.] Mſſ. Leidenſium unus, cum Boend. & bona parte editionum veterum, ETSI JAM DUDUM. Mſ. Traject. ETSI ID FUERIT AMBIGUUM HOC MIHI: NUNC NON EST.

DUDUM FUERAT AMBIGUUM HOC MIHI.] Sub. *Reduceremne uxorem, an non reducerem.* Quamdiu enim crediderat, partum fore celandum, puerumque exponendum, incertus fuerat, quid faceret de uxore. Nunc videns, puerum tolli, quem alienum credebat, conſilium cepit de non reducenda Philumena.

27. EAM CONSEQUITUR ALIENUS PUER.] Videtur metaphora ſumta a pecoribus, quae mox ut nata ſunt, matrem ſequuntur. Aelianus Var. Hiſt. l. 6. de teſtudinibus marinis: Ἀνώρυξαν τὴν γῆν, ἣν ἐπέβαλον, καὶ κινουμένους ἤδη τοὺς νεοττούς, ἕπεσθαι δυναμένους αὐταῖς, ἀπάγουσι. *Effodiunt terram, quam injecerant, & pullos jam ſe moventes, & ſequi valentes, ſecum abducunt.* Aliter Virg. Aen. l. 189. de tribus cervis:

hos tota armenta ſequuntur.

Liv. III. 44. *Interim dominum* ſequi *ancillam, aequum eſſe.* Horat. Carm. l. 23. 11.

Tandem deſine matrem
Tempeſtiva ſequi *viro.*

Quo loco ſimul reſpicitur mos veteris Graeciae

&

Pa. Pater, ſi ex me illa liberos vellet ſibi,
Aut ſe eſſe mecum nuptam: ſatis certo ſcio,
Non me clam haberet, quod celaſſe intelligo.
Nunc, quum ejus alienum eſſe a me animum ſentiam,
Nec conventurum inter nos poſthac eſſe arbitror:
Quamobrem reducam? *La.* Mater quod ſuaſit ſua,

Ado-

DONATI.

33. SI EX ME ILLA LIBEROS VELLET SIBI.] Ut apparet, tantum commentus eſt cauſam. SI EX ME ILLA LIBEROS VELLET SIBI.] Nactus eſt Pamphilus [21] ex verbis ſenis cautam aliam diſcidii.

34. AUT SE ESSE MECUM NUPTAM.] Vetuſte MECUM NUPTAM, dixit. Et recte: quia partus confirmat nuptias. Et melius, NUPTAM MECUM: [22] quaſi tectam & opertam uno cubiculo mecum. *Nubere* enim, eſt operiri tegique: unde & *Nubes*, quod tegere ſolent coelum, dicuntur. [23] *Virgilius*,

arſuraſque comas obnubit amictu.

35. NON ME CLAM HABERET.] Id eſt, non tacuiſſet, partumque celaſſet. QUOD CELASSE INTELLIGO.] Non dixit, *natum filium*: ne interpoſito affectu molliretur iratus.

36. NUNC, QUUM EJUS ALIENUM ESSE A ME ANIMUM SENTIAM.] A praeſenti tempore.

37. NEC CONVENTURUM.] A futuro.

38. QUAMOBREM REDUCAM?] Firmior concluſio facta eſt per interrogationem, quam ſi eſſet pronuntiativa. MATER QUOD SUASIT SUA.] A derivatione cauſae defenſio: & praeterea ſtatus eſt venialis, [24] ab imprudentia deſcendens. SUA.] Pro *ejus*: ut,

[25] *Namque ſuam patria antiqua cinis ater habebat.*

OBSERV. IN DONAT.

21. *Ex verbis ſenis.*] Mſſ. Hulſt. & Boend. cum impreſſis ante Rob. Stephanum, *Ex verbis ſenum.*

22. *Quaſi tectam.*] Sanctius Minerva III. 3. pag. 360. non credit prima haec verba Donati eſſe genuina. Mſ. Boend. & edd. veteres: *quam tectam.* mox lego: *operire tegereque.*

23. *Virgilius.*] Aen. XI. 77.

24. *Ab imprudentia deſcendens.*] Mſ. Boend. & edd. quaedam vetuſtae: *Ab imprudentia deſpondens.* Forte ſcripſit Donatus: *Ab imprudenti Adoleſcent. m.* quod valet: *Ab imprudentia adoleſcentis mulieris.*

25. *Namque.*] Virg. Aen. IV. 633.

COMMENTARIUS.

& Italiae, ubi filiae ſpeciatim in matrum cuſtodia erant domi. Eadem ratione *Partus ſequi ventrem* dicitur. Adde Donatum.

29. SAEPE.] Mſſ. & impreſſi quidam veteres, SEMPER.

OPTABAMUS.] Codices quidam, EXOPTABAMUS.

VIDERE DIEM.] H. e. Vivere tam diu, donec dies ille illuxiſſet. Vide ad Adelph. III. 3. 30.

30. QUUM EX TE ESSET ALIQUIS, QUI TE APPELLARET PATREM.] Idem fere Didonis votum, Virg. Aen. IV. 327.

Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet
Ante fugam ſoboles, ſi quis mihi parvulus aula
Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret.

33. SI EX ME ILLA LIBEROS VELLET SIBI.] Junt. Ald. SI EX ILLA ME LIBEROS VELLET SIBI. Editio anni 1469. SI ILLA LIBEROS EX ME VELLET SIBI, AUT ESSE MECUM. Alii aliter. Vide, an non ſubinnuat ſtuprum volenti Philumenae illatum; illud enim clam Pamphilum habuerat, celaveratque Philumena. Unde adeo utitur hac προφάσει, animum uxoris a ſe alienum eſſe, nec facile poſthac inter utrumque conventurum.

35. QUOD.] Mſſ. Graev. & Mark. cum uno Leidenſium, & Boend. & edd. Venet. Argent. Ald. Pulman. Junt. Anon. QUAE. Sed unus Mſſ. Leid. cum edit. anni 1469. & quibuſdam aliis, QUEM. quando vel partus, vel puer intelligitur.

41. AN

Digitized by Google

Adoleſcens mulier fecit. mirandumne id eſt?
Cenſen' te poſſe reperire ullam mulierem,
Quae careat culpa? an quia non delinquunt viri?
Ph. Voſmet videte jam, Laches, & tu Pamphile,
Remiſſan' opus ſit vobis, an reddućta domum.
Uxor quid faciat, in manu non eſt mea:

Neu-

DONATI.

39. ADOLASCEANS MULIAR FECST.] Multa dixit: & MATER SUA, & ADOLESCENS MULIER. Et quaſi docet hoc exemplo, parendum patri eſſe. MIRANDUMNE ID EST?] Bene MIRANDUM, non *Iraſcendum*, dixit. *Miramur* enim magis, ſi amici peccaverint, quam iraſcimur.

40. REPERIRE ULLAM MULIEREM.] Quaſi dicat, ſi hanc repudiaveris.

41. AN QUIA NON DELINQUUNT VIRI?] *Eiρωνείᾳ* dictum: non enim non delinquunt.

42. VOSMET VIDETE JAM, LACHES, ET TU PAMPHILE.] Nec rogare ſocerum, nec intereſſe convenit, ubi certior ſit ad repudiandum gener. VOSMET VIDATE JAM, LACHES.] [26] *Virgilius*,

Vos, ô Calliope, precor, aſpirate canenti.

43. REMISSAM OPUS SIT VOBIS, AN REDUCTAM DOMUM.] In veris codicibus ſic eſt, REMISSAN', AN REDUCTA: ut ſit REMISSANE, AN REDUCTA.

44. UXOR QUID FACIAT, IN MANU NON EST MEA.] Ordo, *Uxor mea quid faciat, in manu non eſt*: deeſt *ejus*. ut ſit, in manu ejus non eſt: ſed in mea poteſtate poſitum eſt. IN MANU NON EST.] [27] Uxoris ſcilicet. Et eſt ordo, *uxor mea quid faciat, in manu ejus non eſt.*

OBSERV. IN DONAT.

26. *Virgilius.*] Aen. IX. 525.

27. *Uxoris ſcilicet.*] Haec nota otioſam repetitionem ſuperioris habet.

COMMENTARIUS.

41. AN QUIA NON DELINQUUNT VIRI?] Senſus eſt, An ita cenſes, mulieres debere eſſe vacuas omni culpa, quia viri non delinquunt? Ratio autem haec ironica eſt, & refutans illam ſententiam. Id enim vult, ſaepius etiam viros peccare; atque ideo non poſtulandum, ut mulieres extra omnem culpam ſint. Similis conſtructio eſt infra V. 2. 18.

Quid mihi iſtaec narras? an quia non *tute ipſe dudum audiſti,*
De hac re animus meus ut ſit, Laches?

43. REMISSAN' OPUS SIT VOBIS, AN REDDUCTA DOMUM.] Quid ſit REMISSA, non convenit inter interpretes. Aliis *Remitti* eſt rurſus mitti Philumenam in domum Pamphili. Guyeto placet dictum pro *dimitti*, tranſlatione a militibus ſumta. Malim reſpici ad emtiones & venditiones, ubi *remittere* eſt condonare emtori, reſciſſa venditione. Plaut. Moſtell. III. 2. 108.

TR. *Senex ipſe te ante oſtium eccum opperitur,*
Sed moeſtus eſt, ſe haſce vendidiſſe.
TH. *Quid tandem?* TR. *Orat ut ſuadeam Philolacheti,*
Ut iſtas remittat *ſibi.*

Idem mox *Redhibere* dicit. Mſſ. Graev. & Boend. ſed & Donatus, Nonius Marcellus, Diomedes, Gambarellus, REMISSAM OPUS SIT VOBIS, AN REDUCTAM DOMUM, legunt. Edit. anni 1469. REMISSAN' OPUS SIT, REDUC TANDEM DOMUM. Edidi autem REDDUCTA, ob metrum. Lucret. Lib. IV. 989.

voceſque repente
Mittunt, & crebras redducunt *naribus aurai.*

44. UXOR QUID FACIAT, IN MANU NON EST MEA.] Haec Donato ita dicta videntur, quaſi ordo & ſenſus ſit, *Uxor mea quid faciat, in manu non eſt*, ſub. uxoris. Quanto autem planius illud, IN MANU NON EST MEA, QUID FACIAT UXOR? unde recte Fabrini: *Quello, che ſia per fare la mia Donna, non è in podeſtà mia. cioè, non poſſo promettervi nulla de la mia moglie, perche io*

non

Digitized by Google

Neutra in re vobis difficultas a me erit.
Sed quid faciemus puero? *La.* Ridicule rogas:
Quidquid futurum 'ſt, huic ſuum reddas ſcilicet,
Ut alamus noſtrum. *Pa.* Quem ipſe neglexit pater,
Ego alam? *La.* Quid dixti? eho! an non alemus, Pamphile?
Prode-

DONATI.

45. Neutra in rs vobis difficultas.] Promittit facilitatem ſuam: ut tamen uxor roganda ſit. An aliter, & ut ſupra annotavimus?

46. Sed quid faciemus puero?] *Quid me fiet?* & *Quid fiet mihi?* dicitur. Sad quid faciemus pusro?] Qui utique, quicquid erit, patri reddendus eſt. Ridicule rogas.] Ridicule, vel adverbium eſſe poteſt, vel nomen: ſi nomen eſt, ſubdiſtingue Ridicule: & ſic interroga, cum vi pronuntiationis.

47. Huic reddas.] Pamphilo ſcilicet. Huic suum reddas scilicet.] Sic dixit, Huic suum, &, Reddas; quaſi repoſcat Pamphilus. Et non ſubjunxit, *ut alat*, ſed, ut alamus: ut ſua qnoque intereſſe monſtraret.

48. Ut alamus nostrum.] Scilicet Pamphili filium, nepotem menm, utrumqne noſtrum. Quam ipsa neglaxit.] Si Ipss legeris, clare dictum eſt: ſi Ipsa, lenius eſt: & videbitur ſenex obmurmurationem ejus intellexiſſe, quod nolit puerum tolli: & ideo adpoſitum, Quid dixti? sho! an non alemus, Pamphila? Quem ipss neglexit.] Legitur & Ipsa, & hoc eſt melius: ut ſit Pater vocativus caſus. Quem apsa neglexit, pater, ego alam?] Hic ſibi obmurmurans, vultu & verbis oſtendit nolle ſuſcipere filium.

49. An non alemus, Pamphile?] Qnod faciendum ſit, a contrario vult ſenex pronuntiatione demonſtrare, quod ſcelus ſit non feciſſe.

COMMENTARIUS.

non la poſſo sforzare. Sed & ſeſe nxori opponens addit Phidippus: Neutra in ra vobis difficultas a me srit. In quibns verbis emphaſin habent illa A ma. Et ſane, ipſi Donato ad verſ. 45. *uxor roganda* dicitur. Maniſeſto autem reſpicitur vetus formula, qua uxor in manu eſſe mariti dicebatur, exceptis ſingularibus actionibus, quae in manu mariti non erant, a libera voluntate uxoris profectae. Vide Everard. Ottonem, V. Cl. de Perp. tutel. femin.

46. Ridicule rogas.] Editio anni 1469. Ridicula loqueris.

48. Ut alamus nostrum.] An ideo, quia infans puer? Poſidippus:

> *Υἱὸν τρέφει τις κἂν πένης τις ὢν τύχῃ.*
> *Θυγατέρα δ' ἐκτίθησι, κἂν ᾖ πλούσιος.*

Myrrhinae autem conſilium fuerat exponere puerum. uti autem *Alere* & *exponere*, ita *τρέφειν* & *ἐκτιθέναι* ſibi opponuntur.

Quem ipse neglexit pater, ego alam?] Ita quinque Mſſ. Leidenſes & Graev. In Mſ. Traj. τὸ Ipss emendatum in Ipsa. quomodo & Mſ Boenderm. legit, & Bodl. probatque Boeclerus. quando τὸ Pater fuerit vocativus. Exhibeo autem lectionem Faërno probatam, qnam & Pareus ex quatuor Mſſ. edidit. conſentiunt, Juntina, Aldina, Venetae, Lugdunenſis, Anonyma, aliae. Et videtur ſane *ἐμφατικώτερον*, ſi ſenſus ſit, Ego alam, quem ipse pater naglexit? Neque enim ipsa Philumena neglexerat uſque adhuc puerum, neque exponendum dederat. Et ſi vel maxime mater negleaiſſet, minus tamen idonea haec erat cauſa Pamphilo non alendi pueri. Tum, ſi Ipsa fuiſſet ſcriptum, praeſtabat hic verborum ordo: Quem ipsa neglexit, ego alam, pater? Aſt dices, prodendum non erat ſecretum de partu Philumenae ex alieno viro, vel Lacheti, vel Phidippo, quia fidem dederat Pamphilus Myrrhinae, ſe taciturum. Sed neque haec ratio facit, ut Ipsa legatur; potuit enim converſus ad ſpectatores haec dicere Pamphilus, quibus jam ante rem omnem elocutus fuerat. Ubi vero Laches poſtrema verba, Ego alam? audiret, quaſi admirabundus, ſimulque indignatus reſpondet; Quid dixti? Eho! an non alemus, Pamphila? Edit. 1469. Quem ipse negligit pater.

Prodemus, quaeſo, potius? quae haec amentia eſt?
Enimvero prorſus jam tacere non queo:
Nam cogis ea, quae nolo, ut praeſente hoc loquar.
Ignarum cenſes tuarum lacrumarum eſſe me?
Aut quid ſit id, quod ſollicitere ad hunc modum?
Primum, hanc ubi dixti cauſam, te propter tuam
Matrem non poſſe habere hanc uxorem domi:
Pollicita eſt ea, ſe conceſſuram ex aedibus.
Nunc, poſtquam ademtam hanc quoque tibi cauſam vides;
Puer quia clam te eſt natus, nactus alteram es.

Erras,

DONATI.

50. Prodemus, quaeso, potius?] Deſeremus, projiciemus, porro dabimus. [21] *Virgilius*, *unius ob iram*
Prodimur.
Nam a quo defendendi ſumus, ſi nos deſerit pater?

51. Enimvero prorsus jam tacere.] Multa reticentia de filiorum vitiis, & defenſione quoque apud ſoceros uti parentes, ſaepe *Terentius* demonſtravit, & praecipue in Andria, quum dicit, *Ego illud ſedulo Negare factum: illa inſtat factum.* Jam tacere non queo.] Quamvis tacendum ſit.

53. Ignarum censes tuarum lacrumarum esse me?] Conjectura, quod amet meretricem Pamphilus. Ignarum tuarum lacrumarum esse me?] Apparet illum a Soſtrata hoc audiviſſe, nam ipſe filium deprehenderat flentem.

54. Sollicitere.] Perturberis, commoveare. Ad hunc modum?] Id eſt, Immoderate.

55. Primum, hanc ubi dixti causam.] A ſummo ad imum.

59. Nactus alteram es.] *Nanciſci* proprie dicitur, qui paratus ad tenendum, ante quam poſſit reperire quod teneat, ſtatim, quod occurrerit, prehendit.

OBSERV. IN DONAT.

21. *Virgilius.*] Aen. I. 255.

COMMENTARIUS.

50. Prodemus, quaeso, potius?] Editio anni 1469. Prodemus potius? quae haec dementia est? Heaut. IV. 1. 26.

53. Tuarum lacrumarum.] De Pamphili lacrumis vide ſupra III. 2. 20. & III. 3. 25. & 45. quas vero ad ſuſpicionem amoris meretricii trahebant Laches & Soſtrata, eas lacrumas commiſeratio & amor Philumenae expreſſerant.

54. Quid sit id.] Mſ. Bodl. Quid sit hoc. Mſ. Graev. & Edit. anni 1469. Quid sit hoc id.

60. Erras.] Sic Heaut. I. 1. 53.
Erras, *ſi id credis, & me ignoras, Clinia.*

61. Aliquando tandem huc animum ut adjungas tuum.] Mſſ. quidam, & impreſſi poſt annum 1469. Aliquando tandem huc animum volo ut adducas tuum. Sed τὸ volo abeſt a Mſ. Graev.

64. Egi, atque oravi tecum.] Vel trajectio eſt, qualis illa Adelph. V. 7. 19. vel ἀρχαϊκῶς & Plautino more dixit, Oravi tecum. Rud. III. 4. 68. *ſcin' quid?* tecum oro, *ſenex,*
Ut illas ſerves, vim defendas.
Et alibi ſaepius. Vide Parei Lex. Plaut. v. *Mecum* & *Tecum.* Dixit autem Egi tecum, quaſi de

Erras, tui animi ſi me eſſe ignarum putas.
Aliquando tandem huc animum ut adjungas tuum,
Quam longum ſpatium amandi amicam tibi dedi?
Sumtus, quos feciſti in eam, quam animo aequo tuli?
Egi, atque oravi tecum, uxorem ut duceres.
Tempus dixi eſſe. impulſu duxiſti meo.
Quae tum, obſecutus mihi, feciſti, ut decuerat;
Nunc animum rurſum ad meretricem induxti tuum:
Cui tu obſecutus, facis huic adeo injuriam.
Nam in eandem vitam te revolutum denuo

Video

DONATI.

61. Aliquando tandem huc animum ut adjungas tuum.] Mire eſt [29] temporis inveɾtio: Et aliquando tandem ut adjungas, deeſt *fac:* ſed plenum pronuntiatione eſt.

62. Quam longum spatium.] Ab ante actis.

63. Sumtus, quos feciſti in eam.] Recte hoc dixit: quia impetrabilior eſſe debet indulgentiſſimus pater, ut alibi, *Tum patris pudor, qui me tam leni paſſus eſt animo uſque adhuc, Quae meo cumque animo libitum eſt, facere: ein' ego ut advorſer?*

64. Egi, atque oravi.] *Agit*, qui juſtam rem dicit: [30] *Orat*, qui animo demiſſo precatur, ut quaſi beneficium praeſtetur ſibi.

65. Tempus dixi eſſe.] Tempus: quia diu multumque ſuſtinuit. Impulſu duxiſti meo.] Multum valet ad ſuadendum laudatio ejus, apud quem agimus: & ex ea parte laudatio, qua illum volumus inflecti.

66. Quae tum, obſecutus mihi, feciſti, ut decuerat.] Ordo, *Quae feciſti tum obſecutus mihi, ut decuerat.* Quae tum, obſecutus mihi, feciſti.] Juveniliter ſatis, quia non dixit, *Multum amans.*

67. Nunc animum rurſum ad meretricem.] Hoc vultuoſe & demiſſo labro: ut appareat invitum adduci ad reprehendendum, qui laudaverit modo.

68. Cui tu obſecutus.] [31] O meretricis ſuperbiam non ferendam! Facis huic.] Scilicet uxori.

69. Nam in eandem vitam.] Parcius vitam dixit, quam *flagitium atque libidinem.* Te revolutum denuo.] Non *Rediſſe*, ſed Revolutum eſſe: tamquam invitum aut neſcium. relinquit enim quandam veniam, ut velit eſſe correctior.

OBSERV. IN DONAT.

29. *Temporis inveɾtio.*] Codd. veteres ante Rob. Stephanum, *Temporis injectio.* alii, *Interjectio.* Malim, *Mire, & eſt temporis inverſio.* Dixit enim Laches, Ut adjungas, pro, *adjungeres.*

30. *Orat, qui animo demiſſo precatur.*] Obſervat Doctiſſ. Abr. Wielingius, *orare* antiqua notione eſſe agere, cauſſam dicere, verba facere, ſed & *adorare.* Et ſane ita eſt in XII. Tabb. & Feſto. Vide Donatum infra ad verſum 95.

31. *O meretricis ſuperbiam non ferendam!*] MSſ. & editi Rob. Stephano vetuſtiores: *Ob meretricis ſuperbiam non ferendam.*

COMMENTARIUS.

de re grandi. Feſtus in v. *Cum.* Porro invidioſe addit Laches, Oravi. neque enim aequum eſt, patrem orare filium rem aequam.

68. Cui tu obſecutus.] Verſum hunc expungit Guyetus, quod ſcilicet abeſſe poteſt.

69. In eandem vitam te revolutum.] Pro-

LLL lll 2 xime

Video eſſe. *Pa.* Mene? *La.* Te ipſum. Et facis injuriam,
Quum fingis falſas cauſas ad diſcordiam,
Ut cum illa vivas, teſtem hanc quum abs te amoveris.
Senſitque adeo uxor: nam ei cauſa alia quae fuit,
Quamobrem abs te abiret? *Ph.* Plane hic divinat: nam id eſt.
Pa. Dabo jusjurandum, nihil eſſe iſtorum, tibi. *La.* Ah!
Reduc uxorem: aut, quamobrem non opus ſit, cedo.
Pa. Non eſt nunc tempus. *La.* Puerum accipias: nam is quidem
In

DONATI.

70. Mene?] Hoc genus interrogationis negativam habet ſignificationem. Et facis injuriam.] Pro, *facis injuſte.*

72. Ut cum illa vivas.] Gravius eſt cum meretrice vivere, quam meretricem amare. Teſtem hanc quum abs te amoveris.] Laudata eſt hic uxor modeſta, quum illam testem, non *impeditricem* appellet ſocer.

73. Senſitque adeo uxor.] Aliud argumentum, quo vult in Pamphilum referre, non ſolum illius, ſed etiam uxoris culpam. Et hic vide non accuſari ſocrum.

74. Plane hic divinat.] Divinat dixit, pro, *verum dixit.* Et nota Divinat, de praeterito dictum. Unde proverbium, *Ajunt divinare ſapientem.* quia qui dicit verum, divinus eſt.

75. Dabo jusjurandum.] Ubi argumenta & teſtimonia deficiunt, ibi jurejurando opus eſt: & id eſt ἄτεχνος πίστις. Nihil eſſe iſtorum.] Satis concinne dixit Iſtorum, ne in ſingulis commoraretur.

76. Reduc uxorem: aut, quamobrem non opus ſit, cedo.] Quia Pamphilus hoc ſolum defendit, non id eſſe, quod pater putat: nec cauſam, quae vera ſit, protulit: ideo ſenex relicta tota quaeſtione, rediit ad id quod agitur, & ait, Reduc uxorem: aut dic, quae res vetat. Non opus ſit.] Reducta ſcilicet.

77. Non eſt nunc tempus.] Quia ſocer adeſt. Et oratorie confugit ad deditionem, defenſione

COMMENTARIUS.

xime accedit metaphora ſacra, 2. Petr. II. 22. *Συμβέβηκε δὲ αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας· Κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα. καί· Ὗς λουσαμένη, εἰς κύλισμα βορβόρου.* Prioris meminit Salomo, Proverb. XXVI. 11. Poſterioris Aelianus de Animalib. Lib. V. 45. utriuſque Joh. Vorſtius de Adag. N. Teſtam. cap. 4.

71. Quum fingis.] MſS. & editi quidam, Confingis.

72. Ut cum illa vivas.] Sic Eun. V. 9. 43. Adelph. III. 4. 31.

74. Divinat.] Quaſi a Deo inſpiratus verum dicit, quod caeteroqui ignorat. *Divinus* proprie vatem notat. Liv. I. 36. *Agedum, inquit, divine tu, inaugura, fierine poſſit, quod nunc ego mente concipio.* Martial. III. 71. 2.

Non ſum divinus, *ſed ſcio, quid facias.*

Hinc *divinare* & *divinitus ſcire* eſt aliquid incerti vel obſcuri per conjecturam invenire & dicere. Plaut. Curc. II. 1. 33.

Vah, ſolus hic homo 'ſt, qui ſciat divinitus.

Unde *divinatio* dicitur judicium vel oratio, in qua res non argumentis certis, ſed conjecturis probabilibus agitur. teſte Aſconio Pediano, in Divin. Cic. init.

Id eſt.] Immo vero id non eſt. neque enim veram cauſam noverat etiam Phidippus, vitium ante nuptias Philumenae illatum.

77. Non eſt nunc tempus.] Sub. Narrandi veram cauſam, cur Philumenam reducere non poſſim, ſi maxime velim. An ob praeſentiam ſoceri, quod Donatus exiſtimat; an forte, ne fidem Myrrhinae datam fallat; an denique, ne cauſatus vitium uxori oblatum, id ab utroque ſene diluatur, atque ipſe manifeſto teneatur & concludatur?

80. Con-

In culpa non eſt. poſt de matre videro.
Pa. Omnibus modis miſer ſum: nec, quid agam, ſcio:
Tot me nunc rebus miſerum concludit pater.
Abibo hinc, praeſens quando promoveo parum:
Nam puerum injuſſu, credo, non tollent meo;
Praeſertim in ea re quum ſit mihi adjutrix ſocrus.
La. Fugis? hem! nec quidquam certi reſpondes mihi?
Num tibi videtur eſſe apud ſeſe? ſine.

Pue-

DONATI.

ſione titubante. ACCIPIAS.] Pro *accipe*. Cauſa cur accipiat. NAM IS QUIDEM IN CULPA NON EST.] In hoc dicto eſt quaedam faceta irriſio ejus, qui nimis iracundus ſit.

78. POST DE MATRE VIDERO.] Bene DE MATRE concedit, ut de puero extorqueat: quis ſcit parentum concordiam firmam eſſe per filios.

79. OMNIBUS MODIS MISER SUM.] Quid eſt, OMNIBUS MODIS? utrum & circa parentem, & circa uxorem? an & in reducenda, & in non reducenda? MISER SUM.] An MISER SUM, cui maxime obtruditur, quod maxime fugio, id eſt, puer?

80. CONCLUDIT PATER.] [32] Tranſlatio de fera indagata. Sic [33] *Cicero, circumdatos Verri cancellos* ait.

82. NAM PUERUM, CREDO.] Omnia ſcit Poëta, ne aut rem palam faciat, aut intercedat divortium.

83. ADJUTRIX SOCRUS.] Quae dixit, *Continuo exponetur*.

84. FUGIS? HEM!] Ex verbis patris oſtendere voluit, quid agat Pamphilus. Et ille ABIBO dixit, hic, FUGIS?

85. NUM TIBI VIDETUR ESSE APUD SESE?] Quaſi ob amorem meretricis inſanus. SINE.] SINE, ſeparatim accipe: quia vim habet comminantis.

OBSERV. IN DONAT.

32. *Tranſlatio de fera indagata.*] Hadr. Junius in Codice a Frobenio excuſo legebat: *Indignatio de fera indignata.* Quem errorem correcturus reponit: *Indignatio de fera indagata, aut indagine cincta.* Laudat porro illud Lucani, Lib. VI. 42.

Et ſilvas, vaſtaque feras indagine claudit.

Lectio vulgata defenditur a meis Libris. Adde Donatum ad And. II. 3. 12. & Phorm. V. 1. 17.

33. *Cicero.*] Verr. III. 59. *Satiſne vobis praetori improbo circumdati cancelli videntur in ſua provincia?*

COMMENTARIUS.

80. CONCLUDIT.] Vide ad And. II. 3. 12.

82. INJUSSU MEO.] Editio anni 1469. INJUSSO MEO. Cic. Att. XIII. 21. *Dic mihi, placetne tibi primum edere* injuſſu meo?

TOLLENT.] Si TOLLET legas cum nonnullis Codicibus, videtur reſpici Laches, cujus utpote avi in puero tollendo ſumma poteſtas erat.

85. NUM TIBI VIDETUR ESSE APUD SESE?] Utitur hac locutione Terentius de metu vel iracundia commotis & conſternatis. Sic And. II. 4. 5. & V. 4. 34. Heaut. V. 1. 48. Phorm. I. 4. 27. Hoc loco videtur de inſaniente dictum. Gr. Εἶναι ἐκτὸς ἑαυτοῦ. ἐκτὸς τῶν φρενῶν, vel ἐκτός. ſic ἔμφρων & ἔκφρων.

SINE.] Interminantis eſt. Sic Eun. I. 1. 20. Unde adeo haud opus erat Guyeto dicere, Lachetem repentina ira percitum, & in filium abeuntem irruere geſtientem, Phidippo retinenti hoc dixiſſe. Nulla hic tanta Lachetis iracundia; quamquam is in Bacchidem meretricem iratus erat. Vide infra V. 1. 3.

Digitized by Google

Puerum, Phidippe, mihi cedo; ego alam. *Ph.* Maxume.
Non mirum fecit uxor, ſi hoc aegre tulit.
Amarae mulieres ſunt: non facile haec ferunt.
Propterea haec ira 'ſt. nam ipſa narravit mihi.
Id ego hoc praeſente tibi nolebam dicere:
Neque ei credebam primo: nunc vero palam eſt.
Nam omnino abhorrere animum huic video a nuptiis.
La. Quid ergo agam, Phidippe? quid das conſilii?
Ph. Quid agas? meretricem hanc primum adeundam cenſeo.
Ore-

D O N A T I.

88. Amaras mulieres.] Quaſi vir, dixit *amaras mulieres.* [34] non enim laudat, ſed cauſam dicit, [35] unde uxor offenderit Pamphilum. Non facile haec ferunt.] Non facile ferunt pellicatum, neque amorem aliarum in viris.

89. Nam ipsa narravit mihi.] Utrum finxit haec dixiſſe filiam ſibi? an vero *κατὰ τὸ σιωπώμενον* factum eſt? Ego neutrum puto: & ſic intelligo, quod de uxore ſua dicat, Ipsa narravit mihi: ſecundum illud quod ſupra dixit; *Nunc mihi in mentem venit, De hac re, quod locuta es olim, quum illum generum cepimus. Nam negabas nuptam filiam tuam poſſe te pati Cum eo, qui meretricem amaret: qui pernoctaret foris.*

91. Neque illi credebam primo.] Quare non credebas? namque *amarae* ad hanc rem *mulieres* ſunt, & ſaepe de nihilo ſuſpicioſae. Et bene hoc addidit, ne timuiſſe generum videretur.

92. A nuptiis.] Non dixit *A filia mea:* [36] ſed quod pater Pamphili magis doleat, A nuptiis inquit. nam Philumenam nolle, irati eſt: odiſſe nuptias, amatoris.

93. Quid ergo agam, Phidipps?] Mire conturbatur pater, quaſi res ſua tantum agatur. Et vide quemadmodum Poëta latenter feſtinet ad rerum cognitionem.

94. Meretricem hanc.] Bene Hane, quaſi eam quae interturbat. ſic enim ſumitur hoc pronomen: ut,

hanccine ego vitam parſi perdere?

Et,

[37] *tuaque animam hanc effundere dextra*

[38] Id eſt, malam. Hanc.] Quaſi dicat, quae nos perturbat. Primum.] Bene Primum: ut intelligamus deinde Pamphilum.

O B S E R V. I N D O N A T.

34. *Non enim laudat.*] Codd. ante Rob. Stephanum: *Non enim abundat.*

35. *Unde uxor offenderit Pamphilum.*] Immo, *Unde uxorem offenderit Pampilus.*

36. *Sed quod.*] Edit. Ven. 1490. recte, *Sed quo.*

37. *Tuaque.*] Virg. Aen. I. 102.

38. *Id eſt, malam.*] Lego: Hanc.] *Id eſt, malam hanc. quaſi dicat, quae nos perturbat.*

C O M M E N T A R I U S.

87. Non mirum fecit uxor.] Ejeci τὸ Mea, tanquam otioſum, & verſui repugnans, niſi cum Goveano, pro Uxor mea, legas, Mea uxor.

88. Amarae mulieres sunt.] Gerardus Falkenburgius ſuo Codici adſcripſerat Menandri illud:

Φύσει γυνὴ δυσήνιόν ἐστι καὶ πικρόν.

Natura amara mulier *atque effrenis eſt.* Ovid. Arte Am. II. 373.

Sed neque fulvus aper media tam ſaevus in ira,
Fulmineo rabidos cum rotat ore canes:
Nec lea, cum catulis lactentibus ubera praebet:
Nec brevis ignaro vipera laeſa pede:
Femina quam, ſocii deprenſa pellice lecti
Ardet; & in vultu pignera mentis habet.

89. Ipsa

Digitized by Google

Oremus, accuſemus gravius, denique
Minitemur, ſi cum illo habuerit rem poſtea.
La. Faciam ut mones. eho! puer, curre ad Bacchidem hanc
Vicinam noſtram: huc evoca verbis meis.
Et te oro porro in hac re adjutor ſis mihi. *Ph.* Ah!
Jamdudum dixi, idemque nunc dico, Lache:
Manere adfinitatem hanc inter nos volo,
Si ullo modo eſt ut poſſit, quod ſpero fore.
Sed viſne adeſſe me una, dum iſtam convenis?

La.

DONATI.

95. OREMUS.] Utrum rogemus? an quod eſt verius, omni genere eloquii commoneamus? unde *Oratores erare* & *perorare* dicuntur: & *Orator* nomen accepit. 19 *Virgilius*,

Talibus orabat dictis.

Nam qui *orat*, accuſaturus aut commoniturus orat. OREMUS.] Id eſt, eloquamur. Poteſt intelligi & *Rogemus*: ſed non conveuit perſonae potiori, & cauſae, & ipſi verborum ordini.

96. SI CUM ILLO HABUERIT REM POSTEA.] Ut in Eunucho, *Quocum tum uno rem habebam hoſpite.*

97. BACCHIDEM HANC VICINAM NOSTRAM.] Sic maluit, quam *meretricem* dicere: ne grave ſit cum ea ſeni loqui, niſi quia vicina eſt.

98. HUC EVOCA VERBIS MEIS.] Bene ſervata ſunt perſonis congruentia. Nam ſocerum monere hanc rem tantum decuit, non etiam facere: ut cum pellice filiae ſuae mitius ſermocinaretur. Et, HUC EVOCA VERBIS MEIS: deeſt *eam*.

102. SI ULLO MODO EST UT POSSIT.] Manere ſcilicet, vel fieri ut maneat.

103. SED VISNE ADESSE ME UNA, DUM ISTAM CONVENIS?] Melius pronuntiaveris, ſi renitente & improbante hoc vultu, dicere acceperis Phidippum: quaſi non oporteat intereſſe ſocerum. Ideo mutat ſententiam Laches, & relegat eum in procurationem alterius rei.

OBSERV. IN DONAT.

19. *Virgilius.*] Aen. VI. 124.

COMMENTARIUS.

89. IPSA NARRAVIT MIHI.] Supra IV. 1. 23.

90. NOLEBAM.] Mſſ. & impreſſi quidam: NOLUERAM. & mox, ILLI.

91. NUNC VERO PALAM EST.] Ita plerique omnes Libri. Faërnus laudat lectionem Codicis Bembini, NUNC VERUM PALAM EST. Ut τὸ VERUM ſit ſubſtantive dictum, ἀντὶ τῦ *Veritas.* ſed & ita ex Mſſ. quatuor edidit Pareus.

95. ACCUSEMUS GRAVIUS.] Editio anni 1469. ACCUSEMUS, GRAVIUS DENIQUE MINITEMUR. Quomodo diſtinguendum eſſe Guyetus in gloſſis ineditis conjiciebat.

97. EHO! PUER.] Laudat Agraetius: Eo *eſt interjectio jubentis vel hortantis. Terent.* EO PUER, CURRE AD BACCHIDEM.

98. VICINAM NOSTRAM.] Vide ad And. I. 1. 43.

VERBIS MEIS.] Meo nomine. Cic. Fam. V. 11. *Cum Sura noſtro ſtatim, tuis literis lectis, locutus ſum, ut ei* meis verbis *diceret, ut, quidquid opus eſſet, mihi denunciaret.* Et paſſim alibi.

100. IDEMQUE.] Codd. quidam, ITIDEMQUE.

104. IMMO

La. Immo vero abi: aliquam puero nutricem para.

DONATI.

104. Nutricem para.] Pro, *quaere*.

COMMENTARIUS.

104. Immo vero abi.] Mſſ. Bodl. & Graev. cum edit. anni 1469. Immo abi.

Puero nutricem para.] Paupertatis nota erat, ſi ipſae matres alerent liberos; quamquam id primum aliter obtinuit. Vide Claud. de Nutric. & Paedag. cap. 1.

ACTUS QUINTI

SCENA PRIMA.

Bacchis. Laches.

Ba. NON hoc de nihilo 'ſt, quod Laches me nunc conventam eſſe expetit:
Nec pol me multum fallit: quin, quod ſuſpicor, ſit, quod velit.

La.

DONATI.

NON HOC DE NIHILO 'ST.] *Rarus vitae color in hac locutione miſcetur a Poëta. Nam meretrix loquitur & ſenex; & quod eſt mirabilius, bona meretrix, mitis ſenex. ut intelligas laboraſſe Terentium, ut & a lege Comicorum recederet, & in actu* ¹ *tantum conſuetudinem retineret.*

1. Non hoc de nihilo 'st.] Debet mirari meretrix, quum ad ſenem ducitur: debet timere, quum ad patrem: debet ſuſpicari aliquid, cujus amator jam maritus eſt. Non hoc de nihilo.] Conjecturalis cauſa eſt: Recipis Pamphilum? non recipio.

2. Nec pol me multum fallit: quin, quod suspicor.] Ordo & ſenſus hic eſt, *Nec pol me multum ſallit, quin, quod velit, hoc ſit quod ſuſpicor:* vel, *quin quod ſuſpicor, ſit hoc quod velit.* Ordo, *Quin quod velit, ſit quod ſuſpicor.* Nec pol me multum fallit.] *Non me ſallit, quo minus id ſit, quod me vocat, quod ſuſpicor.*

OBSERV. IN DONAT.

1. *Tantum.*] Forte, *Tamen.*

COMMENTARIUS.

1. Non hoc de nihilo 'st.] Plautus Truc. IV. 2. 56.

De nihilo *illi* eſt *iraſci, quae te non flocci facit.*

Me nunc conventam esse expetit.] Locutio Plauto familiaris.

2. Nec pol me multum fallit: quin, quod suspicor, sit, quod velit.] Fruſtra argutatur Donatus. ordo eſt: Pol, non multum

La. Videndum eſt, ne minus propter iram hanc impetrem, quam poſſiem:
Aut ne quid faciam plus, quod poſt me minus feciſſe ſatius ſit.
Aggrediar. Bacchis, ſalve! *Ba.* Salve! Laches. *La.* Credo, aedepol, te
Nonnihil mirari, Bacchis, quid ſit, quapropter te huc foras puerum evocare juſſi.

Ba.

DONATI.

3. VIDANDUM AST.] Providendum, cavendum. NA MINUS PROPTER IRAM.] Quia non erat veriſimile, bonum eſſe patrem meretrici interturbanti: reddit rationem ſenex, cur agat mitius, ne videatur perſonae modus non eſſe ſervatus. IMPETRSM.] Perficiam, dictum a patrando: cujus rei difficultas, ob tarditatem complendarum nuptiarum, etiam ad alia negotia quae ſunt ardua, verbum hoc commodavit, ac dedit.

4. QUOD POST MS MINUS FECISSE SATIUS SIT.] Satisfaciendo minuiſſe. QUOD POST ME MINUS FSCISSE SATIUS.] Si SIT pro *videatur* acceperis, erit ſenſus, *Ne quid faciam plus, quod poſt, dum poeniteat me, videatur ſatius minus feciſſe.* Si SIT pro *erit* acceperis, erit ſenſus: *Videndum eſt, ne quid plus faciam: quod quum fecere, poſtea ſatius ſit, me non feciſſe* [a] *& ſatisfacere.* Aut certe duas res ſignificat, quibus inter utrumque temperandum eſſe demonſtrat: ut per illud ſupra, lenitatem tenendam: per hoc infra, auctoritatem deſendendam eſſe commoneat. AN MINUS FACISSS, pro *poenitere.* Sic enim veteres dicebant, *Mute factum*, & *nolo factum:* [3] quum alicujus rei eos poenitebat. SIT.] Modo SIT pro *videatur* poſuit.

5. AGGRSDIAR. BACCHIS, SALVE.] Bene AGGREDIAR, quaſi rem arduam, & incongruam ſeni. vel, AGGRENTAR, ut meretricem circumveniam. [4] *Virgilius*,

Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis.

BACCHIS, SALVE] Non ita meretrici obſequitur ſenex: quamquam vult adimere timorem perſonae ſuae. CREDO, AEDEPOL, TA NONNIHIL MIRARI.] Ipſum prooemium mollius & lenius eſt, ut oſtendat ſe non jurgaturum ſenex.

6. QUID SIT.] Deeſt *rei:* ut ſit, *Quid ſit rei.*

OBSERV. IN DONAT.

2. *Et ſatisfacere.*] Mendum hic latere ſuſpicatur Doctiſſ. Abr. Wielingius. [a]Valet autem *ſatisfacere* h. l. dolere ob factum, & iram alterius deprecari. Sic Suet. Tib. 27.

3. *Quum alicujus rei eos poenitebat.*] Vide Donat. ad And. I. 1. 13.

4. *Virgilius.*] Aen. IV. 92.

COMMENTARIUS.

TUM FALLIT ME, QUIN, QUOD VELIT, SIT, QUOD SUSPICOR. Senſus autem: Niſi me omnia fallunt, ſuſpicor propemodum, quid velit. Suſpicabatur autem Bacchis id, quod res erat, de amore nimirum Pamphili ſe arceſſitam. Sic infra V. 3. 29.

4. NA QUID FACIAM PLUS, QUOD POST MS MINUS FECISSS SATIUS SIT.] Poterat τὸ PLUS ſalva Latinitate abeſſe, ut adeo MINUS notet, *non.* ſed amavit locutionem Plautinam, Capt. V. 3. 18.

Cur ego plus minuſque feci, *quam aequum fuit!*

Sic Phorm. III. 3. 21.

Ne quid plus minuſve faxit, *quod nos poſt pigeat.*

Aliter Heaut. I. 2. 24. *Plus ſatis.* Guyeto *Plus facere* valet violentius & ſuperbius, *minus facere*, mitius & clementius facere. Unde ergo in ἀυχδότοις legit: QUOM MA MINUS FECISSA SATIUS SIT. In hoc & ſeq. verſu ordinando mire variaut Codices. Exhibeo lectionem R. Stephani.

Ba. Ego, pol, quoque etiam timida ſum, quum venit mihi in mentem quae ſim:

Ne nomen mihi quaeſtus obſtet apud te: nam mores facile tutor.

La. Si vera dicis, nihil tibi eſt a me pericli, mulier:

Nam ea jam aetate ſum, ut non ſiet peccato mihi ignoſci aequom.

Quo

DONATI.

7. EGO, POL, QUOQUE ETIAM TIMIDA SUM.] Παρέλκον tertium. Ut,

Multa quoque & bello paſſus.

Et obſequenter poſuit, non ſolum ſe mirari, ſed etiam pavere. EGO, POL, QUOQUE ETIAM TIMIDA SUM.] Bene ETIAM: ut hoc dicat, *non ſolum miror, ſed etiam timeo.* Et nove, TIMIDA SUM, pro timeo.

8. NE NOMEN MIHI QUAESTUS.] Id eſt, nomen quod ineſt meo quaeſtui. NOMEN MIHI QUAESTUS OBSTET.] Quem exerceo ſcilicet: id eſt, *Quod eſt quaeſtui mihi.* NE NOMEN MIHI QUAESTUS] Id eſt, quod meretrix ſum. Legitur &, NOMEN MEO QUAESTUI OBSTET.

9. SI VERA DICIS] Interrogabo ſcilicet.

10. NAM EA AETATE SUM, UT NON SIET PECCATO MIHI IGNOSCI AEQUOM.] Quia jam ipſe non do veniam. an quia mihi peccanti non danda eſt? Et eſt ordo, *ut non ſit mihi aequum peccato ignoſci.* Neceſſaria igitur ambiguitas. aut enim SIT pro *videatur:* aut PECCATO, pro *peccatorum:* aut PECCATO MIHI: pro *peccanti mihi*, aut *peccato meo.* aut deeſt *In*, ut ſit *in peccato.*

OBSERV. IN DONAT.

5. *Multa.*] Virg. Aen. I. 9.

COMMENTARIUS.

7. QUOQUE ETIAM.] Sic ſupra IV. 1. 28. Infra verſu 35. Plaut. Aſin. II. 4. 95.

atque etiam *tu* quoque *ipſe.*

Pſeud. I. 1. 120.

etiam *matrem* quoque.

Et paſſim alibi. Vide Parei Lex. Plaut. v. *Quoque.*

VENIT MIHI IN MENTEM.] Sic Eun. III. 1. 61. & III. 2. 45. Phorm. IV. 3. 47. Virg. Aen. IV. 39.

Nec venit in mentem, *quorum conſederis arvis?*

Neque aliter Germani & Belgae. Illi, *Mir kommt in den ſin.* Hi, *My komt in den zin.* A pluſculis Libris τὸ MIHI abeſt.

8. NE NOMEN MIHI QUAESTUS OBSTET APUD TE.] Pareus abſurde interpretatur: *Ne noctem a me petas.* Senſus autem eſt: *Ne nomen meretricis & quaeſtus meretricii ſit mihi fraudi apud te, faciatque, ut minus mihi fidei habeas, quam velim, quamque aequum eſſe duco.* In Codd. nonnullis eſt QUAESTI, quod laudat Faërnus. Sic infra, V. 3. 38. Adde And. I. 1. 52. Mſſ. quidam & editi poſt an. 1469. non agnoſcunt τὰ APUD TE. & rejicit Georg. Fabricius. Quidam, OBSIST.

MORES FACILE TUTOR.] H. e. defendo & adprobo. Poſſit autem παράδοξον videri, qui mulier ex meretricio quaeſtu tutari tamen & publice adprobare mores ſuos queat. Unde eadem Bacchis infra V. 3. 38.

Numquam animum quaeſti gratia ad malas adducam partes.

Et leno de ſeſe, Adelph. II. 1. 7.

Leno ego ſum, at ita, ut uſquam fuit fide quiſquam optuma.

Tum Laches vult Bacchidem facere, *bonas quod par eſt facere*, verſu 13. dixit autem MORES TUTOR, uti Phorm. V. 3. 5.

quia pol mei patris bene parta *indiligenter* Tutatur.

Ovid. Triſt. IV. 4. 36.

Ultima ſi demas, vita tuenda *mea eſt.*

P. Pe-

Digitized by Google

Quo magis omnes res cautius, ne temere faciam, adcuro.
Nam ſi id facis, facturave es, bonas quod par eſt facere; inſcitum,
Offerre injuriam tibi me immerenti, iniquom eſt.
Ba. Eſt magna, ecaſtor, gratia de iſtac re, quam tibi habeam.
Nam

DONATI.

11. CAUTIUS, NE TEMERE FACIAM.] Seniliter additum poſt CAUTIUS, NE TEMERE FACIAM.

12. FACTURAVE ES.] Etiamſi non facies. INSCITUM.] Me ſcilicet, ſi injuriam faciam. INSCITUM.] Inelegans, non bonum. Et bene non dixit *Durum*, aut quid tale, ſed INSCITUM: quo verbo maxime mulieres & meretrices utuntur. *Scitum* enim dicunt quod placet: INSCITUM quod diſplicet. ut, *Per ecaſtor ſcitus puer natus eſt Pamphilo.* Hoc tale eſt quod dixit INSCITUM ex abundanti: quale eſt apud [6] *Virgilium*,

nec poſt arma ulla rebelles
Aeneadae referent.

13. OFFERRE INJURIAM.] *Offerimus* injuriam non merenti: *Reddimus* ei qui meretur.

14. EST MAGNA, ECASTOR, GRATIA, DE ISTA RE, QUAM TIBI HABEAM.] Imitatur hic & ſenile, & foemineum tardiloquium. Suffecerat enim, *Ago gratias.*

OBSERV. IN DONAT.

6. *Virgilium.*] Aen. XII. 185.

COMMENTARIUS.

P. Petitus Miſcell. Obſerv. Lib. III. cap. 25. citat ex Ariſtenaeti Epiſt. XII. de amica ſua. *Ἑταίρας μὲν γὰρ ἡ Πυθιὰς εἴληχε βίον· ἁπλότητα δὲ σύμφυτον ἔχει, καὶ ἄμεμπτον ἦθος. ἅπαντα τῆς τάξεως βελτίω τῦ βίυ· καὶ αὐτόν με μάλιστα ᾕρηκε τῷ ἀνάγκῳ.*

10. PECCATO MIHI.] Vulgo Interpretum τὸ PECCATO valet ἡμαρτηκότι. Quomodo dixerunt, Plautus, Amph. I. 1. 281.

Nam injurato, *ſcio, plus credet mihi, quam* [jurato *tibi.*

Curc. II. 3. 75.

Poſtquam coenati *atque* adpoti.

Cicero, Off. III. 29. ex Euripide:

Juravi lingua, mentem injuratam *gero.*

Plinius, Paneg. 14. *Quum ferociam ſuperbiamque Parthorum ex proximo* auditus *magno terrore cohiberes?* Poſſit tamen & eſſe ablativus abſolutus, pro, ſi peccatum a me ſit. Sic Cicero de Lege Agraria, II. 2. *Quae cum omnibus eſt difficilis, & magna ratio, tum vero mihi, praeter ceteros; cui* errato, *nulla venia; recte* facto, *exigua laus, & ab invitis expreſſa proponitur.* Tacitus Annal. XI. 10. *Et huic contra itum ad amnem Erinden; in cujus tranſgreſſu multum* certato, *pervicit Bardanes.* Adde Jac. Perizon. V. Cl. ad Sanctii Minerv. I. 15. 4. & IV. 4. 86.

12. SI ID FACIS.] Mſſ. quidam & editi poſt an. 1469. SI ID NUNC FACIS. Quod improbat Faërnus. neque agnoſcit Donatus, citans infra ad verſum 37. NAM SI ID FACIS, FACTURAVE ES.

INSCITUM.] Quod Donatus ad hanc vocem notat, *Quo verbo maxime mulieres & meretrices utuntur*, in eo videtur habere Plautum auctorem, qui & *ſcitum*, & *inſcitum* ad rem Veneream tranſtulit. Truc. Act. V. verſu 42.

Quanquam hic horridu'ſt, quanquam hic ſqualidu'ſt, ſcitus *bellum init.*

Idem Merc. V. 4. 57.

Annos natus ſexaginta qui erit; ſi quem ſcibimus,
Seu maritum, ſeu hercle adeo coelibem ſcortarier,
Cum eo nos hic lege agemus: inſcitum *arbitrabimur.*

13. INIQUOM EST.] Retinui vulgatam diſtinctionem, meliorem illa Faërni: INSCITUM OFFERRE INJURIAM TIBI: IMMERENTI INIQUOM EST.

14. EST MAGNA, ECASTOR, GRATIA.] Laudat

MMM mmmm 2 Guye-

Nam qui poſt factam injuriam ſe expurget, parum mihi proſit.

Sed quid iſtuc eſt? *La.* Meum receptas filium ad te Pamphilum. *Ba.* Ah!

La. Sine dicam. uxorem hanc prius quam duxit, voſtrum amorem pertuli.

Mane.

DONATI.

15. Nam qui post factam injuriam se expurget.] Sic in Adelphis ait: *Indignum te eſſe injuria hac; indignis quum egomet ſim acceptus modis.* Parum mihi prosit.] Si ſic accipiatur, ut ſcriptum eſt, λιτότης eſt, aut ταπείνωσις. Et ita intelligendum, quaſi dixerit, [7] *multum mihi nocuerit, imo me everterit.*

16. Sed quid istuc est?] Nunc demum ad rem redit. Meum receptas filium.] Intenſio criminis. Et non *Recipis*, ſed Receptas. Et ne diceret, Quid tua? Meum filium. Meum receptas filium.] Propoſitio accuſatoria. Et breviter propoſuit crimen, quod poſtea dilatatur. Et frequentativo eſt uſus verbo, quod non raro, ſed frequenter receptet. Meum receptas filium ad te.] Status conjecturalis, quae conjectura diluitur per ἀτέχνων πίστεων, id eſt, jusjurandum, ac tormenta ſervorum. Ah!] Quod falſum eſt, reclamavit meretrix ſtatim: & voluit contradicere, ſi permitteret ſenex.

17. Sine dicam.] [8] *Virgilius,*

ſine me haec haud mollia fatu,

Sublatis aperire dolis.

Uxorem hanc prius quam duxit.] Hanc quaſi moleſtam, & quae haec nolit pati. Uxorem hanc prius quam.] A perſona ſua, *Prius quam hanc duxit, voſtrum amorem pertuli.* Et quia multum diuque amaverit, Pertuli dixit, quae eſt longi temporis ſignificatio. Hanc prius quam duxit.] Ante rem: a praeteritis & ante actis. Vostrum amorem pertuli.] Ἀποσιώπησις, ut in Heautontim. *At, nae, illud haud inultum, ſi vivo, ferent:* [9] *Non jam, non tute cohibes?* Vostrum.] Non, ipſius Pamphili. Ergo blande & honorifice. Non enim illius amorem, & tuum quaeſtum: ſed Amorem vostrum. nihil potuit dici familiarius. Pertuli autem, quantam vim patientiae habet, quantumque ponderis, ne laedi mereatur ulterius.

OBSERV. IN DONAT.

7. *Multum mihi nocuerit, imo me everterit.*] Mſſ. Hulſt. & Boend. cum edd. veteribus interſerunt: *Imo ne laeſerit.*

8. *Virgilius.*] Aen. XII. 25.

9. *Non jam, non tute cohibes?*] Ita Lindenbruchius edidit. Rob. Stephanus ex Libris vetuſtis: *Nam jam tute cohibes.* Veram lectionem vide Heaut. V. 1. 45. & 46.

COMMENTARIUS.

Guyetus lectionem Mureti: Est magnam ecastor gratiam, de hac re quod tibi habeam. Sed praeter Codicum fidem.

15. Nam qui post factam injuriam se expurget, parum mihi prosit.] Similem ſententiam vide Adelph. II. 1. 8. Dixit autem, Parum mihi prosit, per λιτότητα, pro, multum obſit. Gall. *Ne me feroit pas plaiſir.*

16. Meum receptas filium ad te.] Adelph. V. 3. 13. *Receptare* eſt hominem criminis publici reum, maxime autem furem apud ſe occultare. Unde *Receptatores* dicti. Cicero pro Mil. 19. *Suſtinuiſſet hoc crimen primum ipſe ille latronum occultator & receptator locus.* Idem Verr. IV. 8. *Tua, inquam, Meſſana, tuorum adjutrix ſcelerum, libidinum teſtis, praedarum ac furtorum receptrix.* Adde ff. Lib. XLVII. Tit. XVI. De Receptatoribus. ubi L. 1. verba Marciani: *Peſſimum genus eſt* Receptatorum. Flor. III. 10. 9. Nec *Rhenus ergo immunis. nec enim fas erat, ut liber eſſet* recepta-

Mane. nondum etiam dixi id, quod volui. hic nunc uxorem habet:
Quaere alium tibi amicum firmiorem, dum tempus conſulendi eſt.
Nam neque ille hoc animo erit aetatem: neque pol tu eadem iſtac aetate.

Ba.

DONATI.

18. Mane. nondum etiam.] Ἀποσιώπησις tertia. Nondum etiam dixi id, quod volui.] Apparet ſenem tarde, & longe loquentem interpellari vultu reſponſurae meretricis: quum ille ſibi ſilentium praeberi velit. Sic [10] *Virgilius* Latinum inducit dicentem,

ſine me haec haud mollia fatu
Sublatis aperire dolis: ſimul haec animo hauri.

Et ad poſtremum de Turno:

[11] *Ut primum fari potuit, ſic incipit ore.*

Hic nunc uxorem habet.] Cum denuntiatione pronuntiandum eſt: quaſi dicat, *alia res eſt.*

19. Quaere alium tibi amicum firmiorem.] Magna moralitas in denuntiatione, magna proprietas. ſic enim dicimus, Quaere tibi. [12] *Virgilius*,

quaerat ſibi foedera Turnus.

Quaere alium tibi amicum firmiorem.] Firmiorem pro *firmo.* non enim firmum concedit eſſe Pamphilum: quem vult intelligi deceptorem eſſe Bacchidis, non jam amatorem ſtabilem. Quaere alium tibi amicum firmiorem.] Oratorie ſenex quaſi conſulit meretrici, quam vocaverat incuſandam. Quaere alium.] A praeſentibus & a futuris. Amicum firmiorem.] Callide ſenex, quaſi jam non Pamphilo conſulat, ſed Bacchidi, Quaere alium, dixit. Dum tempus conſulendi eſt.] Senſus, [13] Dum aetas in flore poſita eſt, facies vendibilis etiamnunc eſt. Et eſt ordo, *Dum tempus eſt conſulendi tibi.* Et bis ſubaudiendum eſt Tibi.

20. Nam neque ille hoc animo erit aetatem.] Aetatem, pro, *tam diu quam longa eſt aetas.* Neque pol tu eadem istac aetate.] Σχῆμα λόγου πλοκή. prius Aetatem adverbium, & poſterius nomen.

OBSERV. IN DONAT.

10. *Virgilius.*] Aen. XII. 25.
11. *Ut primum.*] Virg. Aen. XII. 47. ubi nunc, *Inſit.*
12. *Virgilius.*] Aen. XI. 129.
13. *Dum aetas in flore poſita eſt.*] Forte: *Dum aetas in flore poſita, & facies vendibilis etiamnunc eſt.*

COMMENTARIUS.

receptator *hoſtium atque defenſor.*

18. Mane.] Hoc dixit, quum Bacchis geſtu indicaret, ſe plura dicturam, quam illud, Ah! ſeſeque Lacheti expurgaturam. Sic And. IV. 1. 34. Phorm. III. 2. 4. Georg. Fabricius legit, Mane, mane. laudante Guyeto.

19. Amicum firmiorem.] Proprie. Amores & nuptiae vel *firmae* vel *infirmae* dicuntur. Supra I. 2. 26. & 101. Phorm. V. 1. 6. Goveanus & Glareanus delent τὸ Amicum.

Dum tempus conſulendi est.] H.e. Dum flos aetatis tuae manet. Faërnus mallet, Dum tibi tempus conſulendi est. Sed Donatus τὸ Tibi ſubaudit.

20. Aetatem.] Vide Donatum ad Eun. IV. 5. 8. Plaut. Aſin. II. 2. 8.

Aetatem *velim ſervire.*

Monetque Nonius Marcellus, Aetatem adverbialiter dici, pro, *diu.* Abeſt a Mſ. Bodl.

Neque pol tu eadem istac aetate.] Videtur δεικτικῶς dictum, habetque ſimul commendationem formae, quam luminibus tacitis pererrat Laches. Sic ſupra I. 1. 17.

Eheu, me miſeram! cur non aut iſtaec *mihi*
Aetas, *& forma eſt, aut tibi haec ſententia?*

Ba. Quis id ait? *La.* Socrus. *Ba.* Mene? *La.* Te ipſam: & filiam abduxit ſuam:
Puerumque ob eam rem clam voluit, natus qui eſt, extinguere.
Ba. Aliud ſi ſcirem, qui firmare meam apud vos poſſem fidem,
Sanctius quam jusjurandum, id pollicerer tibi, Lache,
Me ſegregatum habuiſſe, uxorem ut duxit, a me Pamphilum.

La.

DONATI.

21. Quis id ait?] Non interrogatio, ſed firma negatio eſt. Quis id ait?] Quum dicat ſenex, Meum receptas filium: mirum eſt illam dicere, Quis id ait? ſed ab accuſatore teſtimonium quaerit. Et bene Ait, quaſi vanum. ſic enim dicimus, *Ait*, *aio*, de rebus nugatoriis. Quis id ait?] Moraliter meretrix miſſa fecit omnia, quae in medium ſenex contulit: & ſoli intentioni, Meum receptas filium ad te Pamphilum: quis id ait? reſpondit. Socrus.] Terribiliter, quaſi quae maxime ſciat, & quae maxime doleat. Ergo & oculis & labris pronuntiandum eſt. Et filiam abduxit suam.] Addidit ad perſonam teſtis, & facta: quia minus idoneum videbatur, ſocrum dixiſſe de pellice. Et ſimul oſtendit, quantopere hoc animadvertendum ſit, ex quo tantae turbae ſint concitatae. Abduxit suam.] Abduxit, proprie. *Arceſſi* enim dicitur ad maritum: *Abduci* a marito ad divortium. Sic [14] *Virgilius*, *& gremiis abducere pactas?*

22. Puerumque ob eam rem.] Hoc ſic pronuntiat ſenex, quaſi qui dicat, *Ecce quarum rerum tu cauſa*. Et haec oratio de iis eſt, quibus oſtendimus, nos poſſe graviter accuſare, ſed nolle.

23. Aliud si scirem, qui firmare.] Mire, dum quaerit quo firmet fidem, fidem ſibi acquiſivit atque adſcripſit. Apud vos possem fidem.] Bene Vos: quia & *Hic* dicit, & *Socrus*.

24. Sanctius quam jusjurandum.] Bene dum aliud agit, etiam perſonam commendat. nam non eſt levis, quae jurejurando nihil ſanctius ſciat. Sanctius.] Firmius.

25. Me segregatum habuisse.] Bono ſignificatu uſa eſt: quaſi ipſa haec fecerit. Et bene Segregatum: [15] non enim *disjunctum* aut *repudiatum* proprie diceret. Uxorem ut duxit.] Ut, adverbium eſt temporis, pro *Ex quo*

OBSERV. IN DONAT.

14. *Virgilius.*] Aen. X. 79.

15. *Non enim disjunctum.*] Confer Donat. infra V. 2. 30.

COMMENTARIUS.

21. Filiam abduxit suam.] Proprie. *Abduci* enim dicuntur, quae a viris aut parentibus abſtrahuntur, maxime tamen libidinis cauſa. Suet. Aug. 69. *M. Antonius ſuper feſtinatas Liviae nuptias objecit, & feminam conſularem e triclinio viri coram in cubiculum* abductam, *rurſus in convivium, rubentibus auriculis, incomtiore capillo*, reductam. Juſtin. XXI. 2. *Conjuges Principum ad ſtuprum rapi jubebat; virgines ante nuptias* abducebat, *ſtupratasque ſponſis reddebat*.

22. Puerumque.] Fingit haec ſenex. Neque enim id factura erat Myrrhina; neque, ſi maxime factura fuiſſet, innoteſcere id Lacheti potuerat. Facit ergo haec narratio ad invidiam faciendam amoribus Pamphili & Bacchidis.

23. Aliud si scirem.] Moribus fiebat, ut leve non haberetur jusjurandum ultro oblatum. Unde & Lacheti ſatis fit; & ut Myrrhinae & Philumenae idem polliceatur, Bacchidi auctor eſt. Sic ſupra IV. 4. 75. & Adelph. II. 1. 11. & Hippolytus poſtquam jurejurando ſe expurgaſſet patri Theſeo, accinit chorus:

Ἀρκοῦσαν εἶπας αἰτίας ἀποστροφὴν,

Ὅρκους

La. Lepida es. ſed ſcin', quid volo potius, ſodes, facias? *Ba.* Quid vis? cedo.
La. Eas ad mulieres huc intro, atque iſtuc jusjurandum idem
Polliceare illis: exple animum iis, teque hoc crimine expedi.
Ba. Faciam: quod pol, ſi eſſet alia ex hoc quaeſtu, haud faceret, ſcio,

Ut

DONATI.

26. Lepida es] Senex cum meretrice loquens, eo potius nomine laudavit eam, quo meretrices ſolent laudari; quam quo matresfamilias. ſic & ſupra, quum inscitum ſe diceret, rationem habuit, quae eſſet cum qua loqueretur. Sed scin', quid volo potius] Hinc deliberativa incipit. Sodes.] Si audes, ſi vis.

27. Eas ad mulieres huc intro.] Non dixit *ad ſocrum & ad uxorem*, terribilia nomina & inimica meretrici; ſed quod facile eſt, Ad mulieres. Sic alibi, *Mulier mulieri magis congruit*. Et ne longe videretur, addidit, Huc intro. Atque istuc jusjurandum.] Id eſt, quod tu mihi pollicebaris.

28. Exple animum his, teque hoc crimine expedi.] [16] *Explere*, pro *Exinanire*, Terentianum eſt. *Expedire* dicitur, qui pedem retentum liberat. Exple animum.] Quod illis proſis.

29. Quod pol, si esset alia ex hoc quaestu.] Vigilanter Poëta, ne non veriſimile videretur, id ullam feciſſe meretricem, ipſe lectorem praevenit. Et ſic fere in omnibus *Terentius*, quae minus pervulgata ſunt, quaeque abhorrent a conſuetudine, agit.

OBSERV. IN DONAT.

16. *Explere, pro Exinanire, Terentianum eſt.*]. Ita poſt Rob. Stephanum edidit Lindenbrochius. In meis Libris nihil horum legitur. Ita autem ordino: Exple animum his.] *Quo illi proſis.* Sub. Pamphilo. Teque hoc crimine expedi.] *Expedire, pro eximere, Terentianum eſt. Expedire dicitur, qui pedem retentum liberat.*

COMMENTARIUS.

Ὅρκους παρασχών· πίστιν οὐ σμικρὰν Θεῶν.
Sufficientem dixiſti criminis defenſionem,
Jusjurandum dans, non levem Deorum fidem.
Eurip. Hippol. 1036. Adde Boecleri Chreſtomathiam, v. *Jurare.*

Firmare meam apud vos possem fidem.] Sic And. III. 1. 4. Cicero Off. III. 31. *Nullum enim vinculum ad adſtringendam fidem jurejurando majores artius eſſe voluerunt. Id indicant leges in XII. Tabulis, indicant ſacratae, indicant foedera, quibus etiam cum hoſte devincitur fides; indicant notiones, animadverſioneſque Cenſorum; qui nulla de re diligentius, quam de jurejurando judicabant.*

25. Me segregatum habuisse.] Ita dixit, pro, *Segregaſſe.* Vide ſupra IV. 2. 6.

26. Quid volo.] Mſſ. & impreſſi quidam poſt an. 1469. Quod volo.

Quid vis? cedo.] Ita plerique Libri. Qui legunt, Quid? cedo, ex catalectico faciunt acatalecticum.

28. Animum exple iis.] Haec varie leguntur: Animum his exple. Exple animum his. Exple animum iis. Alii poſt polliceare diſtinguunt, legentes, Illis animum exple. *Explet animum* vel ſuum, vel alterius, qui deſiderio vel vindictae ſatisfacit. Vide And. I. 2. 17. Infra V. 2. 19. Virg. Aen. I. 717.

Expleri mentem *nequit*.
Aen. II. 586.

animumque expleſſe *juvabit*.

Cicero pro Domo, 17. Explevi animos *invidorum*. Senſus autem eſt, *Exple mulieribus animum, ſcire cupientibus, receptaeſne etiam nunc Pamphilum, an minus.*

Teque

Ut de tali cauſa nuptae mulieri ſe oſtenderet.
Sed nolo falſa fama eſſe gnatum ſuſpectum tuum:
Nec leviorem vobis, quibus eſt minime aequom, viderier
Immerito. nam meritus de me eſt, quod queam, illi ut commodem.
La. Facilem benevolumque lingua tua jam tibi me reddidit.
Nam non ſunt ſolae arbitratae hae: ego quoque etiam credidi.
Nunc

DONATI.

30. Ut de tali causa.] Id eſt, amore mariti ejus & pellicatu. Nuptae mulieri se ostenderet.] Plus dixit, quam, *Nuptam alloqueretur.*

31. Sed esse falsa fama nolo gnatum.] Bene, quo ſit gratioſior, non propter ſe dicit, quod facit, facere.

32. Nec leviorem vobis.] Quid Leviorem? an minus charum? ut contra *Gravis*, honore dignus, & charus intelligitur. [17] *Virgilius*,

ferit enſe gravem Thymbraeus Oſirim.

Gravis etiam moleſtus intelligitur. ut [18] *Salluſtius*, *Graviore bello qui prohibitari venerant ſocii, frigore.* *Gravis* etiam languidus. [19] *Virgilius*,

ubi aut morbo gravis, aut jam ſegnior annis
Deficit, abde domo.

[20] Nec leviorem.] Ut contra *gravis*, honore dignus, & charus. Quibus est minime aequom.] Parentibus ſcilicet.

33. Immerito.] Bona exceptio. hoc enim & cavere nobis, & praeſtare aliis poſſumus Immerito.] Nam Meritus est de me. *Παρόμοιον.* Nam meritus de me est, quod queam, illi ut commodem.] Et hoc artificioſe *Terentius*, ne vel meretricem dure a Pamphilo ſegregaret. Quod queam, illi ut commodem.] Sic in Andria, *Magis id adeo, mihi ut incommodet, quam ut obſequatur gnato.*

34. Facilem benevolumque lingua tua.] Facilem ad peccatum, Benevolum ad iracundiam retulit. Lingua tua.] Conſuetudine magis, quam ratione dicit, Tua lingua. ergo pro homine ipſo. Lingua tua jam.] Subdiſtingue Jam: ut appareat, Si *lingua tua jam*, quanto magis *facta*.

35. Nam non sunt solae arbitratae hae.] Nunc fatetur ſe quoque accuſatorem fuiſſe: nunc vero benevolum factum. Hae.] Cum ἀποστροφῇ. Ego quoque hoc etiam credidi.] Quoque & Etiam ſupervacue poſita ſunt: ſed hic confirmationem oſtendunt.

OBSERV. IN DONAT.

17. *Virgilius.*] Aen. XII. 458.
18. *Salluſtius.*] In Fragmentis.
19. *Virgilius.*] Georg. III. 95.
20. Nec leviorem. *Ut contra* gravis, *honore dignus, & charus.*] Otioſa repetitio verborum Donati.

COMMENTARIUS.

Teque hoc crimine expedi.] Supra IV. 2. 23.

Et me hac ſuſpicione exſolvam.

30. Nuptae mulieri se ostenderet.] Vide ſupra ad IV. 4. 5.

33. Illi ut commodem.] Vox multum Ciceroni amata. Vide ad And. I. 1. 135. Inde *commodare quid alteri* eſt juvare, concedendo rem. Plaut. Rud. II. 4. 21.

Am. *Cur tu aquam gravare, amabo, quam hoſtis hoſti* commodat?
Sc. *Cur tu operam gravare mihi, quam civis civi* commodat?

35. Hae.] Tanaq. Faber, Haec, ob metrum. Quoque etiam.] Vide ſupra verſu 7. Credidi.] Libri quidam cum Donato, Hoc credidi.

38. Sed reprimam me] Formula ἀποσιωπήσεως.

Nunc quum ego te eſſe praeter noſtram opinionem comperi:
Fac eadem ut ſis porro; noſtra utere amicitia, ut voles.
Aliter ſi facias. ſed reprimam me, ne aegre quidquam ex me audias.
Verum te hoc moneo unum: qualis ſim amicus, aut quid poſſiem,
Potius quam inimicus, periculum facias: *Ba.* Faciam ſedulo.

DONATI.

36. Praeter nostram opinionem.] Pro-Contra. Praeter nostram opinionem.] Hoc eſt, innoxiam.

37. Fac eadem ut sis porro.] Hoc eſt, perſevera purgata eſſe. vult enim & de futuro cautum eſſe: ut ſupra, *Nam ſi id facis, facturave es.* Nostra utere amicitia.] Non jam *Amore*, ſed Amicitia.

38. Aliter si facias.] *Ἀποσιώπησις.* Ne aegre quidquam ax me audias.] Utrum Aegre pro *Male?* an Aegre pro *Invita?*

39. Verum hoc te moneo unum.] Haec figura oratoria, *παραίνεσις* dicitur. Qualis sim amicus, aut quid possiem.] In ſecunda oratione *Salluſt.* ad Jugurtham, *Nam vim magis, quam benevolentiam ejus experire mallem.* Qualis sim amicus, aut quid possiem.] Hoc genus comminationis minus habet amaritudinis, ſed plurimum gravitatis.

COMMENTARIUS.

σιας. Heaut. I. 2. 28.

37. Fac eadem ut sis porro.] H. e. Iiſdem morata moribus. Adelph. I. 1. 48.

praeſens, abſenſque idem *erit.*

Contra Cicero Fam. XI. 12. *Itaque homines* alii *facti ſunt.* Sic And. III. 3. 13. Phorm. III. 2. 45.

39. Qualis sim amicus, aut quid possiem.] H. e. Quanti interſit, mea amicitia uti. Plaut. Stich. I. 2. 11.

Nos oportet, quod ille faciat, cujus poteſtas plus poteſt. (*pati*)

Eſt igitur Possiem, polleam, valeam. Ideo autem ſuam amicitiam laudat, quia teſte Phaedro, III. 9. 1.

Vulgare amici nomen, ſed rara eſt fides.

Et Plauto, Pſeud. I. 3. 156.

Pauci ex multis ſunt amici, homini qui certi ſient.

Contra, eodem auctore, Bacch. III. 6. 11.

Multi more iſto atque exemplo vivunt, quos cum cenſeas
Eſſe amicos, reperiuntur falſi falſimoniis.

40. Ba. Faciam sedulo.] Haec deſiderantur in Mſſ. Leidenſibus quinque, Lipſ. Mark. Graev. & Boend. Ex editis omittunt, Anon. Tarviſ. Venet. Lindenbruchii, Parei, & forte plures.

Digitized by Google

ACTUS QUINTI

SCENA SECUNDA.

PHIDIPPUS. LACHES. BACCHIS.

Ph. NIHIL apud me tibi
Deſieri patiar: quin, quod opus ſit, benígne praebeatur.
Sed quum tu ſatura, atque ebria eris, puer ut ſatur ſit, facito.
La.

DONATI.

NIHIL APUD ME TIBI DEFIERI PATIAR.] *Verba nutricis fuiſſe Poëta demonſtrat, petentis ordine longo, quae ſibi praebenda ſint. unde quaſi taedio ſingulorum generaliter haec reſpondit.*

1. NIHIL APUD ME TIBI DEFIERI PATIAR.] APUD ME, dixit pro, Apud eum, ubi futura es. DEFIERI PATIAR.] Noluit dicere *Deeſſe*: ſed DEFIERI dixit, ut id quod minus uſitatum eſt, magis delectet auditum. BENIGNE PRAEBEATUR.] BENIGNE, large. hoc enim eſt gratius, non ſolum *praebere*, ſed *benigne praebere*.

3. SED QUUM TU SATURA, ATQUE EBRIA ERIS.] Hoc eſt in nutricibus non ſolum non turpe, ſed etiam neceſſarium. Et, *Hic ſatur*, & *haec ſatura* fecit.

COMMENTARIUS.

1. NIHIL.] Guyeto in ἀνεκδότοις Phidippus nutricem alloquitur domo egrediens. Poſſit & videri adducere nutricem, quam paullo ante parare juſſus erat a Lachete. Vide IV. 4. 104. Sic And. I. 4. 4.

2. BENIGNE PRAEBEATUR.] Plaut. Curc. IV. 2. 37.

> *Nam & operam, & pecuniam* benigne praebuiſti.

3. QUUM TU SATURA, ATQUE EBRIA ERIS:] Licet impigri hauſtus commendari ſoleant nutricibus, & diſtenta plus lactis promant ubera, videtur tamen morem nutricum perſtringere Phidippus, non laudare, quod exiſtimat Donatus. Senſus eſt: ubi tu tuam cuticulam curaveris, quod ſoletis vos, facito, ne, quod ſatis ſit, non ſuppetat puero; ſeu, ut Plauti verbis utar, ex Pſeud. I. 2. 51. *Ubi tu tuum panticem madefeceris, puer ne ſiccus ſit, facito.* Neque vim verborum Terentii ſatis cepit Mer. Caſaubonus, de ſaturitate concedens, de ebrietate negans. Integer locus, quem e Plauto laudat, eſt Truc. V. 10.

> *Puero opu 'ſt cibum: opu 'ſt matri autem, quae puerum lavit.*
> *Opus nutrici autem, utrem ut habeat veteris vini largiter;*
> *Ut dies noctesque potet: opu 'ſt igne, opu 'ſt carbonibus:*
> *Faſciis opu 'ſt, pulvinis, cunis, incunabulis:*
> *Oleum opu 'ſt: farina puero opu 'ſt: opu 'ſt totum diem.*
> *Nunquam hoc uno die efficiatur opus, quin opus ſemper ſiet.*
> *Non enim poſſunt militares pueri ſetanio educier.*

Quibus verbis quis non videt Stratophanem militem ſuo more ὑπερβολικῶς loqui? tantum abeſt, ut ebrietas nutricis vere commendetur a Plauto; quod Caſaubonus exiſtimat. Livius Andronicus, Tereo:

ego

La. Noſter ſocer, video, venit: puero nutricem adduxit.
Phidippe, Bacchis dejerat perſanctè. *Ph.* Haeccine ea eſt?
La. Haec eſt.
Ph. Nec, pol, iſtae metuunt Deos: neque has reſpicere Deos opinor.

Ba.

DONATI.

4. Noster socer, video, venit.] Noster, blandientis dictum eſt. [1] *Virgilius*,

Noſter eris.

Et magis hoc conſuetudine dictum eſt, quam integritate. Aut certe ordo eſt, Noster socer venit: & deinde, Video. Aut deeſt *ut*: ut ſit, *Ut video.*

5. Dejerat.] Deos jurat. ut,

[2] *maria omnia juro.*

Aut valde jurat. Bacchis dejerat.] Si correpte, Dejerat, *Deos jurat*: ſi producte, *valde jurat*. Et bene ſenem iratum praeoccupavit, dicendo, Dejerat sancta: ne confligeret cum meretrice, & fieret fabula longior. Haeccine ea est?] [3] Imitanda irati contemplatio: quaſi dicat, *Haec eſt, quam uxori Pamphilus anteponit?*

6. Nec, pol, istae metuunt Deos.] Hoc argumentum eſt, non illam vere jurare. Sanctum, ait, jusjurandum eſt, aut metu religioſo, aut ſuppliciis ſacrilegorum. At vero nec religioſae ſunt meretrices, inquit, nec dant poenas: quippe quae a Diis contemnantur. Tale eſt [4] apud *Virgilium* de violato luco, qui vindicatus non eſt:

Novimus & qui te, tranſverſa tuentibus hircis:
Et quo, ſed faciles, Nymphae riſere ſacello.

Neque has respicere Deos opinor.] Et inferiores ſunt, inquit, quam in quas Dii vindicent. Neque has respicere Deos.] Nec merentur ut Diis poenas referant, quia nec curae Diis eſſe dignae ſunt. Et eſt ἀμφιβολία, quae ſenſu manifeſta eſt.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Virgilius.*] Aen. II. 149.
2. *Maria omnia juro.*] Virg. Aen. VI. 351. ubi nunc, *Maria aſpera juro.*
3. *Imitanda.*] Abeſt haec vox a Libris veteribus.
4. *Apud Virgilium.*] Ecl. III. 8. ubi vulgo, *hircis.* ſed & *hirquis* legit Servius. pro oculorum angulis, in quos oculi ipſi retorti libidinem notant.

COMMENTARIUS.

ego puerum
Interea ancillae ſubdam lactantem meae,
Ne fame perbitat.

Dixit igitur, Ebria eris, pro, ſatis vini biberis. ut adeo ſatietas intelligatur, non ebrietas proprie dicta. Plaut. Capt. I. 1. 35.

Unde ſaturitate *ſaepe ego exii* ebrius.

4. Socer.] H. e. Conſocer. Proprie enim Pamphili ſocer, Lachetis affinis erat Phidippus.

Adduxit.] Pauci Mſſ. & editi, Adducit quod laudat Faërnus. Et videtur praeferendum, quod & venit praeſenti tempore dicit.

6. Nec, pol, istae metuunt Deos.] Eleganter imaginem utriuſque ſoceri fingit, Phidippum Philumenae patrem multo acerbiorem meretrici faciens, quam Lachetem. Utut autem ambigue dictum videri queat, ſenſus tamen eſt, *Neque opinor, Deos reſpicere has*, h. e. has reſpici a Diis. quod contumelioſius, & ad oppoſitionem melius. Plaut. Perſ. IV. 4. 33.

generi lenonio
Nunquam ullus Deus tam benignus fuit, qui fuerit propitius.

Rud. Prol. 22.

Atque hoc ſceleſti in animum inducunt ſuum,
Jovem ſe placare poſſe donis, hoſtiis:
Et operam, & ſumtum perdunt. id eo fit, quia
Nihil ei acceptum eſt a perjuris ſupplicii.
Facilius, ſi qui pius eſt, a Diis ſupplicans,
Quam qui ſceleſtus eſt, inveniet veniam ſibi.

Ba. Ancillas dedo: quo lubet cruciatu per me exquire.
Haec res hic agitur, Pamphilo, me facere ut redeat uxor,
Oportet. quod ſi perficio, non poenitet me famae,
Solam feciſſe id, quod aliae meretrices facere fugitant.
La. Phidippe, noſtras mulieres ſuſpectas fuiſſe falſo
Nobis, in re ipſa invenimus. porro hanc nunc experiamur.
Nam

DONATI.

7. ANCILLAS DEDO.] Repudiato jurejurando ad aliud tranſit firmius documentum. QUO LUBET CRUCIATU PER ME EXQUIRE.] PER ME, hoc eſt, me permittente: ut quod per legem tibi non licet, per me liceat. PER ME ergo, me auctore & permittente.

8. HAEC RES HIC AGITUR.] Aut ſic intelligendum eſt, quaſi dicat, Hoc agebamus quum tu advenires. aut cum aſſeveratione pronuntiandum eſt, ut ſit RES veritas: quaſi dicat, *Hic non verba ſunt, ſed res agitur.* HAEC RES HIC AGITUR.] Propoſitio eorum quae dictura eſt, hoc modo,

HAEC RES HIC AGITUR (quae res?) PAMPHILO, ME FACERE UT REDEAT UXOR,
OPORTET. QUOD SI PERFICIO, NON POENITET ME FAMAE,
SOLAM FECISSE ID, QUOD ALIAE MERETRICES FACERE FUGITANT.

Multa *Terentius* feliciter auſus eſt, arte fretus: nam & ſocrus bonas, & meretrices honeſti cupidas, praeter quam pervulgatum eſt, facit: ſed tanta vigilantia cauſarum & rationum momenta ſubjungit, ut ei ſoli merito videantur omnia licere. Nam hoc contra illud eſt, quod alibi ait, commune eſſe jam omnibus Comicis *bonas matronas facere, meretrices* vero *malas.*

9. NON POENITET ME FAMAE.] Haec figura λιτότης dicitur: minus enim dicit, quam ſignificat. nam, NON POENITET ME FAMAE, pro eo quod eſt, *Magnam famam cupide acquiſiverim*, ſignificat. NON POENITET ME FAMAE.] Ne quaereremus, qui hoc meretrici prodeſſe poſſet.

10. SOLAM FECISSE.] Bene SOLAM: ne neſciſſe officium meretricis Poeta videretur. SOLAM FECISSE ID, QUOD ALIAE MERETRICES FACERE FUGITANT.] Id eſt, reconciliaſſe uxorem marito.

11. NOSTRAS MULIERES SUSPECTAS FUISSE.] Id eſt, in ſuſpicione poſitas. Nam *eſſe ſuſpectas*, ambiguum eſt: & nunc ejus partem manifeſtam videmus.

12. NOBIS, IN RE IPSA.] NOBIS, aut abundat, aut *cum moleſtia noſtra* ſignificat. PORRO HANC NUNC EXPERIAMUR.] PORRO NUNC, futurum tempus oſtendit. nam ſi jam inveniſti quid, experiaris & ea, quae reſtant in reliquum tempus: quia jam de praeteritis purgata eſt. HANC EXPERIAMUR.] Id eſt, utamur opera ejus.

COMMENTARIUS.

7. ANCILLAS DEDO.] Δεικτικῶς dixit de binis ancillis. Intra verſu 27. Solebant autem maxime cubicularii ſervi & ancillae ad cruciatum dedi, quod ſecretorum maxime participes eſſent. Plaut. Moſtell. V. 1. 38.

ſervos pollicitus eſt dare
Suos mihi omnes quaeſtioni.

Cicero pro S. Roſc. Amer. 28. *O Dii immortales! rem miſeram & calamitoſam. quod in tali crimine innocenti ſaluti eſſe ſolet, ut ſervos in quaeſtionem polliceatur, id Sex. Roſcio facere non licet.* Quintil. Declam. CCCXXVIII. *Servum tortſi, cubicularium ejus, qui occiſus eſt.* Apulej. Metam. X. *Confeſtim cubiculariis mulieris attractis, vi tormentorum veritatem eruit.* Non cruciati tamen ſervi vel ancillae in dominos dominaſve. L. 1. §. 20. ff. de Quaeſtion. niſi in cauſa majeſtatis, paucisque aliis.

QUO LUBET.] Bona Librorum pars: QUOLIBET. Mſ. Graev. QUO JUBET.

EXQUIRE.] Mſſ. & editi quidam: EXQUIRE, LICET. Mſ. Boend. EXQUIRERE LICET. Sed Exquire

Nam ſi compererit crimini tua ſe falſo uxor credidiſſe,
Miſſam iram faciet. ſin autem eſt ob eam rem iratus gnatus,
Quod peperit uxor clam; id leve eſt: cito ab eo haec ira abſcedet.
Profecto in hac re nihil mali eſt, quod ſit diſcidio dignum.
Ph. Velim quidem hercle. *La.* Exquire: adeſt: quod ſatis ſit, faciet ipſa.

Ph.

DONATI.

13. Crimini tua se falso uxor credidisse.] *Crimen* proprie dicitur id, quod factum eſt. *Cicero, Veruntamen fac, tametſi criminoſum id eſt.* Id eſt, falſa inſimulatio eſt. Crimini.] *Crimen* nunc, pro falſa ſuſpicione. [5] *Virgilius,*

formidine crimen acerbat.

Et,

[6] *ſemperque odiis, & crimine Drances*
Infenſus juveni Turno.

Id eſt, & quod eum odiſſe, & quod ſe illi odio eſſe ſuſpicaretur.

15. Cito ab eo haec ira abscedet.] Bene: in duabus enim perſonis cauſa videtur eſſe turbarum, ſocrus & Pamphili.

16. Profecto in hac re nihil mali est, quod sit discidio dignum.] Moraliter, quaſi quaerendo & diſcutiendo hoc intulit. Discidio.] Divortio.

17. Velim quidem hercle.] Ut nihil ſit dignum: hoc eſt, non peccaverit Pamphilus. Quod satis sit, faciet ipsa.] Id eſt, quicquid ad plenam ducit purgationem, faciet.

OBSERV. IN DONAT.

5. *Virgilius.*] Aen. XI. 407.

6. *Semperque.*] Virg. Aen. XI. 122.

COMMENTARIUS.

quire, licet defendit Rivius, ob metrum.

9. Non poenitet me famae.] Satis contenta ſum eo, quod de me ſpargetur haec fama. Phorm. I. 3 20. Hanc Nobilitatem Laches vocat, infra verſu 31.

11. Nostras mulieres suspectas fuisse falso.] Manifeſto ſenſus eſt: *Nos immerito ſuſpectas habuiſſe mulieres noſtras.* Unde ratio non erat, quare olim τὸ Suspectas active ſumeret Daciera pro *ſuſpicaces.* quanquam poſtea mutavit ſententiam. Ita tamen & Fabrini: *Fidippo, noi troverremo, che le noſtre donne hanno havuto queſto ſoſpetto falſamente in queſta coſa.* Ne autem τὸ Nobis obſtaret, quod movit Daciſriam mutare ſententiam, *di ſuperchio* additum ait, id eſt, abundare.

13. Compererit.] Libri quidam Mſſ. & impreſſi, Comperit. Errore, opinor, nato ex compendio ſcribendi.

*Falso.] Georgius Fabricius auctoritate poſtremae editionis P. Manutii delet. Et ſane abeſt ab edit. Florent. apud heredes Bern. Juntae, 1565. Sed nihil magis neceſſarium ad ſenſum. unde ejiciendum non erat. Guyetus τὸ Se & Uxor expungit, legens: Nam si compererit crimini tua falso credidisse. Sed contra fidem Codicum.

15. Ab eo haec ira abscedet.] Supra III. 5. 55.

17. Quod satis sit, faciet ipsa.] Magna Mſſ. & veterum editorum pars, poſt an. 1469. additum habent, B. Faciam. ſed metro repugnante.

Ph. Quid mihi iſtaec narras? an, quia non tute ipſe dudum audiſti,
De hac re animus meus ut ſit, Laches? illis exple modo animum.
La. Quaeſo aedepol, Bacchis, mihi quod es pollicita tute, ut ſerves.
Ba. Ob eam rem vis ergo intro eam? *La.* I, atque exple animum iis, ut credant.
Ba. Eo: etſi ſcio, pol, iis fore meum conſpectum inviſum hodie:
Nam nupta meretrici hoſtis eſt, a viro ubi ſegregata eſt.

La.

DONATI.

18. QUID ISTAEC MIHI NARRAS?] Reprehenſio eſt, quaſi longorum verborum Lachetis. AN, QUIA NON TUTE IPSE DUDUM.] Correptio eſt. nam audivit, *Manere affinitatem hanc inter nos perpetuam volo.* AN, QUIA NON TUTE IPSE AUDISTI DUDUM, DE HAC RE ANIMUS MEUS UT SIT, LACHES?] Utrum quia dixit, *Manere affinitatem hanc inter nos perpetuam volo:* an quia apud uxorem defendit adoleſcentem in amore meretricis? ILLIS MODO EXPLE ANIMUM.] Quaſi dicat, quae amarae ſunt & moleſtae.

20. MIHI QUOD ES POLLICITA TUTE, UT SERVES.] Id eſt, jusjurandum apud mulieres.

21. OB EAM REM VIS ERGO INTRO EAM?] VIS, dicit: ut oſtendat in hac re cunctationem ſuam.

23. NAM NUPTA MERETRICI HOSTIS EST.] Caute etiam hoc praeſtruit Poëta, ne non veriſimile videatur, [7] potuiſſe meretricem concorditer cum pellice agere. [8] Nam nupta meretrici hoſtis alia, ſcilicet inimica.

OBSERV. IN DONAT.

7. *Potuiſſe meretricem concorditer cum pellice agere.*] Abr. Wielingius ſuſpicatur legendum: *Potuiſſe meretricem concorditer pellicem agere.* Videtur autem ſenſus poſtulare, ut legatur: *Potuiſſe nuptam concorditer cum pellice agere.*

8. *Nam nupta meretricis hoſtis alia, ſcilicet inimica.*] Ita Rob. Stephanus & Lindenbruchius ediderunt. Lego ope Codicum veterum: NAM NUPTA MERETRICI HOSTIS.] *Aliena ſeu inimica.* Scilicet reſpicit veterem notionem τῦ HOSTIS, pro peregrino ſeu alieno. Vide Varronem L. L. IV. init. & Ciceronem, Off. I. 12.

COMMENTARIUS.

18. AN, QUIA NON TUTE IPSE DUDUM AUDISTI.] Mſ. Graev. TU IPSE. Senſus eſt: Certe quidem tute ipſe dudum audiſti. Sic ſupra IV. 4. 41.

an quia non delinquunt viri?

19. DE HAC RE ANIMUS MEUS UT SIT.] Sic And. II. 3. 4.

EXPLE.] Faërnus & Georgius Fabricius mallent, EXPLETE, quaſi ad Lachetem & Bacchidem ſimul dictum. Et ſane ita Libri quidam ſcripti & impreſſi praeferunt. Guyetus EXPLETO reponit, & Lacheti ſoli dictum ait. Addunt autem Codices quidam: UT CREDANT. quod e verſu 21. videtur repetitum.

21. UT CREDANT.] Mſſ. & editi quidam: ET COGE, UT CREDANT. Guyetus integrum verſum expungit.

24. AT HAE AMICAE ERUNT.] Sunt Libri, in quibus eſt, AT TIBI AMICAE ERUNT. Malim, AT HAEC AMICAE ERUNT. quod nec inſolens Terentio, & ad metrum melius.

25. AT EASDEM.] Repetit eundem ſenſum Lachetis Phidippus, ut adpareat, aeque utrique ſtudium eſſe. Ceterum verſus hic immerito ſupervacuus videtur Faërno & Guyeto, jubentibus

La. At hae amicae erunt, ubi, quamobrem adveneris, reſciſcent.
Ph. At eaſdem amicas fore tibi promitto, rem ubi cognoverint.
Nam illas errore, & te ſimul ſuſpicione exſolves.
Ba. Perii! pudet Philumenae. ſequimini me huc intro ambae.
La. Quid eſt, quod mihi malim, quam quod huic intelligo evenire:
Ut gratiam ineat ſine ſuo diſpendio, & mihi proſit?

Nam

DONATI.

25. AT EASDEM AMICAS FORE TIBI.] Hic quidem ſenes. verum aliae cauſae ſunt, quae mulieres faciunt moleſtas: & hae autem ſpectatoribus notae ſunt ex argumento.

26. ET TE SIMUL SUSPICIONE EXSOLVES.] Hoc eſt quod ſupra dixit, *Crimen:* nos quoque ſuſpicionem interpretati ſumus. EXSOLVES.] Expedies.

27. PUDET PHILUMENAE.] PUDET duo ſignificat: ſive ille peccarit quem pudet, ſive ille cujus pudet. Et familiariter PHILUMENAE, tanquam notae ex Pamphilo. PUDET PHILUMENAS.] Conſcientia communis viri & pellicatus. SEQUIMINI ME INTRO HUC AMBAE.] Ancillis dicit, quae ſunt κωφὰ πρόσωπα.

28. QUID EST, QUOD MIHI MALIM, QUAM QUOD HUIC.] Senſus hic eſt, *Quid eſt, quod magis optem mihi evenire, quam quod ſimul proderit etiam meretrici?* QUID EST, QUOD MIHI.] Sic hoc ergo intulit pro novo. Mirandum eſt enim evenire potuiſſe, ut idem & ſeni & patri proſit, quod meretrici. QUID EST, QUOD MIHI MALIM.] Ut amicitia mihi & ſibi proſit. Et oſtendit, commune ſibi bonum eſſe. EVENIRE.] EVENIRE, bis ſubaudiendum.

29. UT GRATIAM INEAT SINE SUO DISPENDIO.] Recte. Difficile eſt enim gratiam inire ſine damno. ET MIHI PROSIT?] Mire: quia difficile eſt amicum ſine damno acquirere. Et quia *cum lucro* non potuit dicere: & hoc ipſum bonum fecit, quia ſine damno. Ergo velut tria ſunt: *ut gratiam ineat, ut ſine damno,* & *ut mihi proſit.*

OBSERV. IN DONAT.

9. *Hic quidem ſenes. verum aliae cauſae ſunt.*] Ita, credo, Rob. Stephanus primus legit ſcripturam veterem: *At eaſdem amicas tibi f. p. h. q. ſ. u. aliae cauſae ſunt.* Integrum locum ita ordinaverim: AT EASDEM AMICAS TIBI FORE PROMITTO.] *Hoc quum ſciverint verum. Aliae cauſae ſunt, quae mulieres faciunt moleſtas & acerbas: hae autem ſpectatoribus notae ſunt ex argumento.* Sic ſupra ad verſum 18. fin.

COMMENTARIUS.

bus contra Librorum fidem COGNORINT legere. Goveanus, ATQUI EASDEM.

26. SUSPICIONE EXSOLVES.] Sic ſupra V. 1. 28. *teque hoc crimine expedi.*

27. PUDET PHILUMENAE.] Mſſ. & editi quidam poſt an. 1469. PUDET ME PHILUMENAE. Nimirum, ob pellicatus ſuſpicionem.

SEQUIMINI ME.] Facit ex more meretricum, quae in publicum prodeuntes habebant ancillas pediſequas. Sic Eun. III. 2. 53. Et teſtis eſt Guyetus, meretrices etiam nunc Romae ut minimum binas ancillas ſecum trahere.

HUC INTRO.] Libri quidam, INTRO HUC. Faërnus τὸ HUC expungit.

28. QUID EST, QUOD MIHI MALIM, QUAM QUOD HUIC INTELLIGO EVENIRE.] Senſus eſt: *Idem mihi, quod Bacchidi evenit, evenire velim, ut ineam gratiam ſine meo diſpendio, & alii proſim.* Donatus non cepit.

29. UT GRATIAM INEAT.] Sic Heaut. II. 3. 61.

Nam ſi eſt, ut haec nunc Pamphilum vere ab ſe ſegregarit:
Scit ſibi nobilitatem ex eo, & rem natam, & gloriam eſſe:
Referetque gratiam ei, unaque nos ſibi opera amicos junget.

DONATI.

30. PAMPHILUM VERE AB SE SEGREGARIT.] [10] Proprie ab meretrice, *Segregari* dicitur: ab uxore, *Diſjungi*.

31. SCIT SIBI NOBILITATEM EX EO, ET REM NATAM.] Quaſi dicatur, *Ecce quam amavit Pamphilus!* Sed hoc ſentire & dicere patris eſt, ſtulta pietate magnificantis filium. Ut, *Meum gnatum rumor eſt amare.* Et proprie NOBILITATEM dixit. nam & *meretrix* & *gladiator nobiles* dici ſolent. SCIT SIBI.] [11] Quod nimis amat, ait NOBILITATEM. EX EO.] Utrum ex Pamphilo? an Ex EO, ex ea re: id eſt quod ſegregaverit vere ab ſe Pamphilum? & hoc eſt melius. Nam nobilis meretricis eſt, non timere, ne alterum non inveniat. aut nobilis eſt, cognitam fieri etiam ſenibus. ET REM NATAM.] Ex patrocinio & amicitia ſenis. REM NATAM.] Quia multa in eam contulit. ET GLORIAM.] Ex facto raro in meretricibus. ET GLORIAM ESSE.] Quia defendit eum apud ſoceros & uxorem: & quod marito meretrix conjugem reddit.

OBSERV. IN DONAT.

10. *Proprie ab meretrice, ſegregari.*] Confer ſupra V. 1. 25.

11. *Quod nimis amat.*] Haec lectio eſt Rob. Stephani & Lindenbruchii. Sed Mſſ. Hulſt. & Boend. cum edd. vetuſtioribus rectius: *quod minus amat*. confer ſequentia.

COMMENTARIUS.

61. Adelph. V. 7. 16. Sed *inire gratiam ab aliquo*, h. e. dato beneficio gratiam & amicitiam alterius mereri, Plautinum magis eſt. Vide Eun. III. 5. 9.

MIHI PROSIT.] Codices quidam: MIHI UNA PROSIT. quod verſus reſpuit. Tanaq. Faber, ejuſque filia Anna Dacieria, SIBI PROSIT, ſcilicet ne Laches bis idem dicat, quaſi vero qui gratiam ab altero init, eadem opera non ſibi proſit.

30. SI EST, UT.] Ita dixit more ſuo, pro, *ſi Pamphilum ab ſe ſegregaris*. Supra IV. 4. 15.

SEGREGARIT.] De hujus verbi conſtructione vide ad And. I. 5. 56.

31. SCIT SIBI NOBILITATEM EX EO, ET REM NATAM, ET GLORIAM ESSE.] Accipiunt vulgo de re praeterita; quum tamen manifeſto notetur, quid jam demum futurum ſit, poſtquam abs ſeſe ſegregarat Bacchis Pamphilum. Si aliter accipias, non habet, cum quo cohaereat verſus ſuperior. Confer porro verba ipſius Bacchidis, ſupra verſu 8. ſeqq. & ad illa Donatum, & res erit plana. Dixit autem NOBILITATEM pro celebritate. *Nobiles* enim proprie dicti, quicunque in re aliqua excellunt. Unde & in deteriorem partem ſumitur. Ovid. Triſt. II. 384.

Nobilis *eſt Canace fratris amore ſui.*

Cicero, de Petitione Conſulatus, 3. *Non erit difficile certamen cum iis competitoribus, qui nequaquam ſunt tam genere inſignes, quam vitiis* nobiles. Vide ad Eun. V. 7. 20. Sed & hinc *Nobiles* dicuntur illuſtribus majoribus orti; quod ii magis noti publice ſint, quam plebeji. Dicitur enim *nobilis* a noſco, novi; uti *mobilis* a moveo, movi.

REM NATAM, ET GLORIAM.] Solent haec jungi. Heaut. I. 1. 60. Dubium autem videtur, an *rem naſcituram* dicat ab amatoribus, an potius a Myrrhinae & Philumenae munificentia.

32. REFERETQUE.] Alii elegantius, & ad verſum commodius, REFERET.

EI.] Intelligit Pamphilum. de quo ipſa Bacchis ſupra V. 1. 33. MERITUS DE ME EST, QUOD QUEAM, ILLI UT COMMODEM.

OPERA.] Libri quidam, OPE.

ACTUS

Digitized by Google

ACTUS QUINTI

SCENA TERTIA.

PARMENO. BACCHIS.

Pa. AEDEPOL nae meam herus eſſe operam deputat parvi pretii,
Qui ob rem nullam miſit, fruſtra ubi totum deſedi diem,
Myconium hoſpitem dum exſpecto in arce Callidemidem.

Ita-

DONATI.

AEDEPOL NAE MEAM HERUS ESSE OPERAM DEPUTAT PARVI PRETII.] *In tota hac Fabula ſervus piger & curioſus inducitur: neque quidquam illi evenit ex ſententia ſua.*

1. AEDEPOL NAE MEAM.] 'Totum a ſtomachante dicitur: quaſi qui nunc maxime injuriam perſenſerit. AEDEPOL NAE MEAM.] In hac Scena κατασκευὴ populo exponitur. DEPUTAT PARVI PRETII.] Quia ſic ſcilicet abutitur. DEPUTAT PARVI eam, qui deputat eam in re nullius pretii conſumendam.

2. FRUSTRA UBI TOTUM DESEDI DIEM.] Deeſt *Illuc:* ut ſit, *illuc, ubi fruſtra totum deſedi diem.* TOTUM DESEDI DIEM.] Nota, accuſativo caſu uſum eſſe.

3. MYCONIUM HOSPITEM DUM EXSPECTO.] Memoriter & vigilanter ſervus MYCONIUM HOSPITEM & CALLIDEMIDEM dixit: ne videretur negligentia, vel oblivione ſua non inveniſſe, ad quem miſſus eſt. MYCONIUM HOSPITEM.] Bene oſtendit ſe memorem & ſignorum & nominum, ut videatur vere illuſus, quum operam dederit.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Totum.*] Integra haec nota abeſt a Mſ. Boend. & edit. Tarviſ. in aliis ante Rob. Stephanum legitur: *Totum hoc a ſtomachante dicitur, quod ſic vim cum maxima injur a perſenſerit.* Mox vero omnes non *exponitur*, ſed *exprimitur.*

COMMENTARIUS.

1. AEDEPOL NAE MEAM HERUS ESSE OPERAM DEPUTAT PARVI PRETII, QUI OB REM NULLAM MISIT.] Ita Soſia ſervus de iniquitate heri Amphitruonis, Plaut. Amph. I. 1. 17.

Quodcunque homini accidit libere, poſſe retur:
Aequom eſſe putat: non reputat laboris quid ſit:
Nec, aequom anne iniquom imperet, cogitabit.

2. FRUSTRA UBI TOTUM DESEDI DIEM.] Proprie de longiore mora. Plaut. Aul. I. 1. 33.

tum autem interdius
Quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies.

Pſeud. IV. 4. 7.

Quid tu intus, quaeſo, deſediſti *tam diu?*

Phaed. II. 4. 21.

Ruinam metuens aquila ramis deſidet.

Suet. Caeſ. 4. *Ne deſidere in diſcrimine ſociorum videretur.* Juntae cum Aldo: MISIT FRUSTRA, UBI TOTUM DESEDI DIEM. Quam diſtinctionem etiam in Libris aliis inventam merito rejicit Rivius.

OOO ooo 4. DUM

Itaque ineptus hodie dum illic ſedeo, ut quiſque venerat,
Accedebam: adoleſcens, dic dum, quaeſo, es tu Myconius?
Non ſum. at Callidemides? non. hoſpitem ecquem Pamphilum
Hic habes? omnes negabant. neque eum quemquam eſſe arbitror.
Denique hercle jam pudebat. abii. ſed, quid Bacchidem
Ab noſtro adfine exeuntem video? quid huic hic eſt rei?
Ba. Parmeno, opportune te offers. propere curre ad Pamphilum.
Pa. Quid eo? *Ba.* Dic me orare, ut veniat. *Pa.* Ad te? *Ba.* Immo ad Philumenam. *Pa.*

DONATI.

4. Itaque ineptus.] Moraliter additum Ineptus. Et Ineptus, quaſi inaptus.

5. Adoleſcens, dic dum, quaeſo.] [2] Vernaliter & comice ſe ipſum ſervus imitatur. Et eſt μίμησις. Es tu Myconius?] Nam ut tria mandata ſunt inquirenda, tria inquiſita ſunt ordine.

7. Omnes negabant.] Bene tranſit a μιμητικοῦ ad διηγηματικὸν, & πευστικόν. [3] Neque enim quemquam eſſe arbitror.] Id eſt, non puto eum eſſe in mundo.

8. Jam pudebat.] Sedere, an interrogare?

9. Ab noſtro adfine exeuntem video?] Satis moraliter inducitur ſervus dicere, Ab noſtro adfine: quum domini ejus ſit, non ipſius. Sic & prius, *Noſter ſocer*, *video*, *venit*, pro, Pamphili ſocer. Exeuntem video] Docte Poëta praemonſtrat locuturam perſonam. Quid huic hic eſt rei?] Rurſus curioſus nihil ſciturus eſt, & excurſurus piger.

10. Parmeno, opportune te offers.] Attendendum, quod ab initio Comoediae uſque ad finem, Parmeno mittitur ut currat: & celatur ut neſciat, quod curioſe deſiderat. Propere curre ad Pamphilum.] Facete Poëta inde incipientem facit, quod ille minime vult, dicendo, Curre.

11. Quid eo?] Id eſt, ad Pamphilum. Ad te?] Vide curioſum non recuſare laborem, quo cauſam ſciat. Ad te?] Non ad te conveniendam: ſed domum, ad te ſignificat. Immo ad Philumenam.] Hinc tota Fabula invenit, quamobrem currat Parmeno.

OBSERV. IN DONAT.

2. *Vernaliter.*] Libri ante Rob. Stephanum, *Vernaliter.*

3. Neque enim.] Hae duae voces abſunt a Codd. vetuſtis.

COMMENTARIUS.

4. Dum illic sedeo] Bembus in Libello de Fabulis Terentianis e ſuo Codice ita citat, Dum illi sedeo. Quae lectio laudatur a Rivio, & praefertur a quibuſdam Libris. Neque inſolens eſt Terentio.

5. Accedebam.] Sic And. I. 1. 96. Verſus hic varie ordinatur, habetque cum ſequenti elegantem μίμησιν.

7. Neque eum quemquam eſſe arbitror.] Neque arbitror eſſe uſquam quemquam Callidemidem Myconium; vix credo, vivere ullum mortalem iſto nomine. Virg. Aen. I. 185.

Proſpectum late pelago petit, Anthea ſi quem
Jactatum vento videat.

Εἴ τινά ποτε ἴδοι. εἰ ὄντα, εἰ ζῶντα ἴδοι.

9. Quid huic hic eſt rei?] Sic And. V. 2. 8. Adelph. IV. 5. 4.

11. Orare.] Pauci Libri, Amare. Eodem fere ſenſu. Plaut. Menaechm. II. 3. 71.

Sed ſcin', quid te amabo, *ut facias?*

12. Tua quod nihil refert, percontare deſinas.] Eodem ſenſu curioſius ſciſcitanti reſponde-

Pa. Quid rei eſt? *Ba.* Tua quod nihil refert, percontari deſinas.

Pa. Nihil aliud dicam? *Ba.* Etiam: cognoſſe anulum illum Myrrhinam

Gnatae ſuae fuiſſe, quem ipſus olim mihi dederat. *Pa.* Scio.

Tantumne eſt? *Ba.* Tantum. aderit continuo, hoc ubi ex te audierit.

Sed ceſſas? *Pa.* Minime equidem: nam hodie mihi poteſtas haud data 'ſt;

Ita curſando, atque ambulando totum hunc contrivi diem.

Ba. Quantam obtuli adventu meo laetitiam Pamphilo hodie!

Quot

DONATI.

12. QUID REI EST?] Totum pro perſona. TUA QUOD NIHIL REFERT, PERCONTARI DESINAS.] Οἰκονομικῇ διανοίᾳ & eximie dixit, [4] quaſi minus ſit injurium prohibere interrogare, quam interroganti non reſpondere. Et memento hanc eſſe, [5] cui in principio nihil celaverit Parmeno.

13. NIHIL ALIUD DICAM?] Vult rem per mandata colligere. ETIAM: COGNOSSE ANULUM ILLUM MYRRHINAM.] ETIAM adverbium eſt vel conſentientis, vel reminiſcentis: ſed magis reminiſcentis modo. Sic [6] *Cicero*, *Etiam, quod pene praeterii, capella quaedam eſt, mire facta.*

14. SCIO.] Non *Audio*, inquit, ſed Scio.

16. SED CESSAS?] Hoc eſt, tardas & quieſcis? [7] urget autem cum curſu. MINIME EQUIDEM.] *Ceſſo* ſubauditur. POTESTAS HAUD DATA EST.] Ceſſandi ſcilicet.

17. ITA CURSANDO, ATQUE AMBULANDO.] Eſt enim curſus & navigantis, & equitantis.

18. QUANTAM OBTULI ADVENTU MEO.] Reliqua pars argumenti per μονῳδίαν narratur.

OBSERV. IN DONAT.

4. *Quaſi minus ſit injurium.*] Mſ. Boend. cum edd. veteribus: *Quaſi minus ſit injuria prohibentis interrogare, quam interrogare reſpondentis.*

5. *Cui in principio nihil celaverit Parmeno.*] Mallet Doctiſſ. Wielingius: *Quae in principio nihil celaverit Parmenonem.*

6. *Cicero.*] Verr. II. 35.

7. *Urget autem cum curſu.*] Mſ. Boend. cum edd. vetuſtis, *Urget autem cum curſu.*

COMMENTARIUS.

ſpondetur, Heaut. IV. 4. 23. *Ne quaeras.* Plautus Stich. II. 1. 48. *Tua quod nihil refert, ne Cures.*

πλεονάζει autem τὸ DESINAS. Virg. Aen. IV. 360.

Deſine, *meque tuis incendere, teque, querelis.*

Phaed. III. 2. 18.

vos timere abſiſtite.

Ubi vide, quae Rittershuſius notavit. Eadem porro ratio verbi *incipere.* Vide And. III. 2. 13.

13. ETIAM.] Boeclero, & Guyeto in ἀντὶ τοῦ valet *Praeterea.* Potius affirmantis eſt particula. Illis praeivit Fabrini, vertens, *Digli ancora.*

14. IPSUS.] Codices quidam ſcripti & impreſſi, IPSE.

15. TANTUM.] Vide ad Eun. V. 6. 26.

17. CONTRIVI DIEM.] Plaut Trin. III 3. 66.

in huiuſmodi negotio

Diem *ſermone* terere, *ſegnities mera 'ſt.*

Vide ad Adelph. V. 4. 15.

18. QUANTAM OBTULI ADVENTU MEO LAETITIAM.]

Digitized by Google

Quot commodas res attuli! quot autem ademi curas!
Gnatum ei reſtituo, qui pene harum, ipſiuſque opera periit:
Uxorem, quam numquam eſt ratus poſthac ſe habiturum, reddo:
Qua re ſuſpectus ſuo patri, & Phidippo fuit, exſolvi.
Hic adeo his rebus anulus fuit initium inveniundis.

Nam

DONATI.

19. QUOT COMMODAS RES ATTULI!] [8] Quot, tam multas. Et more ſuo ATTULI dixit. QOOT AUTEM ADSMI CURAS!] Sic ante, *Ut metum, in quo nunc eſt, adimam: atque expleam animum gaudio.* QUOT COMMODAS RES ATTULI! QOOT AUTEM ADSMI CURAS!] Hsee omnia admirantis ſunt. ut [9] *Virgilius*,

Quis novus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes?

20. GNATUM EI RESTITUO.] Ἐξαρίθμησις.

21. REDDO.] [10] *Redditur* nobis, quod noſtri cupidum eſt: *Reſtituitur* nobis, cujus cupidi ſumus. Bene ergo, *Gnatum reſtituo, uxorem reddo.*

22. QUA RE SUSPECTUS SUO PATRI, ET PHIDIPPO FUIT.] Ergo non unum beneficium, ſed tria ſunt. EXSOLVI.] Variavit tempora, RESTITUO, REDDO, EXSOLVI.

OBSERV. IN DONAT.

8. QUOT, *Tam multas.*] Lego: *Quam multas!*
9. *Virgilius.*] Aen. IV. 10.

10. *Redditur nobis, quod noſtri cupidum eſt.*] Contrarium dixit ad Eun. IV. 6 8.

COMMENTARIUS.

TIAM.] Plaut. Epid. I. 1. 19.

Voluptabilem mihi nuncium tuo adventu attuliſti.

20. GNATOM EI RESTITUO.] And. III. 3. 38. Heaut. III. 1. 83. Plaut. Trin. I. 2. 79.

Quid tu adoleſcentem, quem eſſe corruptum vides,
Qui tuae mandatus eſt fidei & fiduciae,
Quin eum reſtituis? *quin ad frugem corrigis?*

HARUM.] Δεικτικῶς. intelligit mulieres in aedibus, unde egreſſa erat.

23. HIC ADSO HIS REBUS ANOLUS FUIT INITIUM INVENIUNDIS] Haec dicens, oſtendit ipſum anulum, quem in digito habet, neque Myrrhinae reliquit. In editione anni 1469. eſt, INDICIUM.

24. NOCTE PRIMA.] Prima noctis parte. extremo crepuſculo. quod & *prima face*, & *ad lumina* dixerunt. Vide ad Heaut. V. 1. 29.

26. EXANIMATUS.] Ita commotus, delaſſatus, & ſimul perturbatus, ut vix reſpirare poſſet. Scilicet ſpiritum & anhelitum *animam* dixere. Plaut. Merc. I. 2. 15.

Perii! animam *nequeo vortere. nimis nihili tibicen ſiem!*

Hinc EXANIMATUS, qui vel ex curſu, vel perturbatione anhelitum fere perdidit. Gall. *hors d'haleine.* Belg. *die buiten zynen adem is.* And. I. 4. 7. Phorm. III. 3. 31. Supra III. 3. 4. Plautus ſaepius. Caeſ. B. G. II. 23. 1. *Curſu ac laſſitudine* exanimatos. Unde & nimium motum anhelitus *exanimationis* cauſam dixit Cicero Off. I. 36.

28. DIC MIHI.] Blande interrogat. Vide ad And. IV. 1. 44.

ALIAS RES AGERE.] Non attendere ad ea, quae dicerem aut rogarem. Vide ad And. I. 2. 15. Et Eun. II. 3. 56.

POSTQUAM VIDEO.] Pauci Codices: POSTQUAM ID VIDEO. Vide Guyetum.

29. INSTARE, UT DICAT.] Boeclerus *Et* ſubaudit, ſed minus elegantem ellipſin vocat, ſenſui tamen aliter ſuccurri non poſſe. Mihi τὸ COEPI eleganter ſubaudiri videtur.

30. HOMO.] Vide ad Eun. II. 2. 30.

IN VIA.] Quid Philumenae prima nocte in via ſine pediſequis aut comitibus? An forte pervigilio Veneris fuit? ſed ſola de nocte incedens

Nam memini, abhinc menſes decem fere, ad me nocte prima
Confugere anhelantem domum, ſine comite, vini plenum,
Cum hoc anulo. extimui ilico. mi Pamphile, inquam, amabo.
Quid exanimatus es, obſecro? aut unde anulum iſtum nactus?
Dic mihi. ille alias res agere ſe ſimulare. poſtquam video,
Neſcio quid ſuſpicarier magis cepi: inſtare, ut dicat.
Homo ſe fatetur vi, in via, neſcio quam compreſſiſſe:
Dicit-

DONATI.

24. NAM MEMINI, ABHINC MENSES DECEM.] MENSES DECEM dixit: & recte, ut de hoc peperiſſe demonſtret. NOCTE PRIMA.] Primis partibus noctis, vel [11] primore: ut.

[12] *Vidimus obſcuris primam ſub vallibus urbem.*

25. CONFUGERE ANHELANTEM.] Ex his argumentis poteſt colligi, hunc eſſe, qui virginem vitiaverit. CONFUGERE ANHELANTEM.] Vide ſigna conjecturalia: quod CONFUGERE vidit, timebat: quod ANHELANTEM, colluctatus fuerat: quod DOMUM, celari volebat: quod SINE COMITE, pudendum fuerat facinus: quod VINI PLENUM, temerarium: quod *anulum habebat*, [13] raptum indicat. [14] Vides igitur his indiciis, ut virginem apparet vitiatam.

26. MI PAMPHILE, INQUAM, AMABO.] Haec blandimenta ſunt muliebria.

27. QUID EXANIMATUS ES, OBSECRO? AUT UNDE ANULUM ISTUM NACTUS?] Principalia ſigna vitii illati, perturbatio & anulus. QUID EXANIMATUS ES, OBSECRO? AUT UNDE ANULUM ISTUM NACTUS?] Brevitati conſulit *Terentius:* nam in Graeca haec aguntur, non narrantur.

28. SIMULARE.] Fingere, ac pro vero falſum tradere. ILLE ALIAS RES AGERE SE SIMULARE.] Id eſt, *alias res agentem ſe fingere:* pudebat enim amicae de alterius ſtupro fateri: & ei amicae, quam tum deperibat.

29. NESCIO QUID SUSPICARIER.] Pro aliquid.

30. HOMO SE FATETUR VI, IN VIA, VIRGINEM NESCIO QUAM COMPRESSISSE.] Bene additum HOMO. Et oratorie, NESCIO QUAM. ex quo dicto omnis error eſt natus. Nam appone nomen, & nulla fabula eſt. NESCIO QUAM.] Vel quia vere neſciebat: [15] vel quia ſic dicendum fuit, ne amare illam videretur.

OBSERV. IN DONAT.

11. *Primore.*] Mſſ. & editi ante Rob. Stephanum, *Privatæ.* Forte ſcriptum fuerat, *Pri. te.* ut notet, *Primis tenebris.* quomodo explicat Guido Juvenalis.

12. *Vidimus.*] Virgil. Aen. IX. 244.

13. *Raptum.*] Ita, opinor, Corn. Schrevelius reſtituit. In omnibus ante eum, quos vidi, Codicibus *partum* corrupte legitur.

14. *Vides igitur his indiciis, ut virginem apparet vitiatam.*] Abr. Wielingius: *Vides igitur his indiciis, virginem, ut appareet, vitiatam.*

15. *Vel quia ſic dicendum fuit.*] Errat Boeclerus, exiſtimans, τὸ *Vel* h. l. non disjungere, ſed conjungere. Utrumque enim ſimul conſiſtere nequit.

COMMENTARIUS.

dens per viam ſequiorem de ſe ſuſpicionem praebuit. Unde anſa nata Pamphilo, ejus vitiandae. Integer autem locus expreſſus e Plauto, Ciſtell. I. 3. 10.

Iſque hic compreſſit virginem adoleſcentulus,
Vinulentus, multa nocte, in via.

NESCIO QUAM.] Mſſ. & editi quidam, NESCIO QUAM VIRGINEM. Quia vero NESCIO QUAM dixit, VIRGINEM fuiſſe, dicere commode non poterat. Unde & ejecerunt hanc vocem Eraſmus, Goveanus, Glareanus, Faërnus, Georgius Fabricius, alii. Pluſculae editiones antiquae poſt an. 1469. agnoſcunt.

Dicitque ſeſe illi anulum, dum luctat, detraxiſſe.
Eum haec cognovit Myrrhina in digito modo me habentem.
Rogat, unde ſit? narro omnia haec. inde 'ſt cognitio facta,
Philumenam compreſſam eſſe ab eo, & filium inde hunc natum.
Haec tot propter me gaudia illi contigiſſe laetor.
Etſi hoc meretrices aliae nolunt. neque enim eſt in rem noſtram,
Ut quiſquam amator nuptiis laetetur. verum, ecaſtor,
Numquam animum quaeſti gratia ad malas adducam partes.
Ego, dum illo licitum 'ſt, uſa ſum benigno, & lepido, & comi.
Incommode mihi nuptiis evenit. factum fateor.

At

DONATI.

35. HAEC TOT PROPTER ME GAUDIA.] [16] Incluſit narrationem fabulae more ſuo: ne haec in futuro actu exſpectaremus.

36. ETSI HOC MERETRICES ALIAE NOLUNT.] Color neceſſarius a veriſimili. Se enim alibi dixiſſe, *Bonas matronas facere, meretrices malas*, meminit. NEQUE ENIM EST IN REM NOSTRAM.] IN REM, in utilitatem, id eſt, pro commodo.

39. EGO, DUM ILLO LICITUM 'ST.] [17] An meruerit Pamphilus.

40. INCOMMODE MIHI NUPTIIS EVENIT.] Sic dixit, quemadmodum dicimus, *Ei male evenit*, aut, *Bene ei contigit*. INCOMMODE MIHI NUPTIIS EVENIT.] [18] Ἀνθυποφορά. Et eſt ordo, *Incommode mihi evenit ex nuptiis*. Et INCOMMODE, pro incommodo. NUPTIIS.] Deeſt *ex*. ut ſit, *Ex nuptiis*. FACTUM FATEOR.] Ἀνθυποφορά.

OBSERV. IN DONAT.

16. *Incluſit.*] Mſ. Boecl. & editi Rob. Stephano antiquiores, *concluſit*. i. e. finivit

17. *An meruerit.*] Libri veteres: *An meruit*. Sed forte ſcripſit Donatus: *An metuit Pamphilus?* credens, DUM ILLO LICITUM, ſcripſiſſe Terentium, pro, DUM ILLI LICITUM.

18. Ἀνθυποφορά.] Ita Libri mei omnes. Dubium autem nullum, quin legendum ſit, Ὑποφορά. cui mox per Ἀνθυποφορὰν reſpondetur.

COMMENTARIUS.

31. LUCTAT.] Citat hunc verſum Nonius MARCELLUS. In aliis eſt LUCTATUR. Plaut. Trin. IV. 1. 20.

Quibus aerumnis deluctavi, *ſilio dum divitias quaero!*

DETRAXISSE.] Horat. Carm. I. 9. 23.

Pignuſque direptum lacertis,
Aut digito male pertinaci.

32. EUM.] Editio anni 1469. TUM. Sic And. V. 4. 23. ut ſenſus ſit: *Porro Myrrhina haec cognovit*. ſed ἐπέχω.

HAEC MYRRHINA.] Δεικτικῶς. q. d. Haec quae in illiſce habitat aedibus.

ME HABENTEM.] Suſpicabar legendum: ME HABENTE. Ut ſenſus ſit: ME MODO HABENTE EUM IN DIGITO MYRRHINA HAEC COGNOVIT. Doctiſſ. Wielingius ita: EUM HAEC COGNOVIT MYRRHINA: IN DIGITO MODO ME HABENTEM ROGAT, UNDE SIT?

36. NEQUE ENIM EST IN REM NOSTRAM.] Unde mox, verſu 40. INCOMMODE MIHI NUPTIIS EVENIT.

38. NUMQUAM ANIMUM QUAESTI GRATIA AD MALAS ADDUCAM PARTES.] Citat Priſcianus Inſtit. Grammat. Lib. VI. Ita eadem Bacchis ſupra V. 1. 8. *Mores facile tutor*. Libri quidam: INDUCAM.

39. DUM ILLO LICITUM 'ST.] Ordo eſt:

DUM

At, pol, me feciſſe arbitror, ne id merito mihi eveniret.
Multa ex quo fuerint commoda, ejus incommoda aequom 'ſt ferre.

DONATI.

41. Ne id merito mihi eveniret.] Ergo haec dolemus, quae merito contingunt.

42. Multa ex quo fuerint commoda, ejus.] Ratio cur nova omnia fiant, & contra officium meretricis. Multa ex quo fuerint commoda, ejus incommoda aequom 'st ferre.] Hoc eo tractu vocis, & ea aequanimitate dicendum, quale in Adelphis,

quando eum quaeſtum occeperis,
Accipienda, & muſſitanda injuria adoleſcentium eſt.

COMMENTARIUS.

Dum licitum est, usa illo sum benigno.

40. Nuptiis.] Mſ. Gracv. De nuptiis. Juntae: Incommode mihi nuptiis evenit factum.

41. Ne id merito mihi eveniret.] Τὸ id abeſt a multis Codicibus.

42. Multa ex quo fuerint commoda, ejus incommoda aequom 'st ferre.] Dixit ejus incommoda, pro, *Incommoda, quae ex eo oriuntur.* Sic Phorm. V. 8. 27. Eſt autem ſententia valde moralis, etiam ſacris literis & civili jure celebrata. Vide Interpretes ad Hiob. II. 10.

ACTUS QUINTI

SCENA QUARTA.

PAMPHILUS, PARMENO. BACCHIS.

Pa. Vide, mi Parmeno, etiam ſodes, ut mihi haec certa & clara attuleris: Ne

DONATI.

1. Vide, mi Parmeno, etiam sodes, ut mihi haec certa.] [1] Bene Haec repetit. verum eſt enim, ut quod miſere cupimus, id etiam tardius credamus effectum. [2] Sic & in Heautontimor. *Ego vereor magis.*

OBSERV. IN DONAT.

1. *Bene* haec *repetit.*] Ita poſt Lindenbruchium vulgo editur; quaſi emphaſis ſit in τῷ Haec. Malim cum Rob. Stephano legere: *Bene haec repetit*; ut omnia ſint verba Donati, & reſpiciant integram ſententiam Pamphili. Quia autem Pamphilus etiam sodes dicit, credidit Donatus, repetita eſſe ab eo eadem verba jam ante inter vias dicta. Unde Dacieria vertit: *Encore une fois, mon cher Parmenon, je te prie.*

2. *Sic & in Heaut. Ego vereor magis.*] Duplex ἁμάρτημα μνημονικόν. Vide Adelph. IV. 5. 64.

COMMENTARIUS.

1. Etiam.] Videtur dictum, pro, *etiam atque etiam.* ut ſenſus ſit, *Vide etiam atque etiam.* quod Cicero plus ſemel dixit.

Certa et clara attuleris.] Plaut. Perſ. II. 2. 1.

Satin' haec tibi ſunt plana & certa?

Seneca,

Digitized by Google

Ne me in breve conjicias tempus, gaudio hoc falſo frui.
Par. Viſum eſt. *Pa.* Certen'? *Par.* Certe. *Pa.* Deus ſum, ſi hoc ita eſt. *Par.* Verum reperies.
Pa. Manedum, ſodes. timeo, ne aliud credam, atque aliud nunties.
Par. Maneo. *Pa.* Sic te dixiſſe, opinor, inveniſſe Myrrhinam,
Bacchidem anulum ſuum habere. *Par.* Factum. *Pa.* Eum, quem olim ei dedi:

Ea-

DONATI.

4. Manedum.] Dum, abundat.

5. Sic te dixisse, opinor.] Miro affectu inducitur, vix adduci ad credendum, quod gaudet Pamphilus.

7. Ita, inquam.] ; Quaſi, jam ante faſſus, dico.

OBSERV. IN DONAT.

7. *Quaſi, jam ante faſſus, dico.*] Codices ante Rob. Stephanum: *Quaſi jam late paſſus, dico.* unde effingo: *Quaſi jam laſſatus dicit.*

COMMENTARIUS.

Seneca, Ludo de Morte Claudii, init. *Ab hoc ego quaecumque audivi*, certa & clara affero.

2. Ne me in breve conjicias tempus, gaudio hoc falso frui.] Mirificus verborum ordo & conſtructio. Senſus eſt: *Ne me conjicias in falſum & breve gaudium.* quomodo Heaut. II. 3. 51.

Ne me in laetitiam fruſtra conjicias.

Simpliciſſimum forte fuerit, ſtatuere, rationem ordinis & conſtructionis eſſe, *ne me in breve conjicias tempus*, pro, *ne conjicias in breve gaudium*, & mox Graeca locutione, *frui hoc falſo gaudio*, pro, *fruendo*, vel, *ut fruar.* Ita Paulus Apoſtolus 1. Corinth. I. 17. Οὐ γὰρ ἀπέστειλέ με Χριστὸς βαπτίζειν, ἀλλ' εὐαγγελίζεσθαι. Ut adeo ὑπερβατὸν ſit cum συλλήψει. Guyetus in gloſſis ἀνεκδότοις ita ordinat: *Ne me conjicias frui hoc falſo gaudio in breve tempus.* Quod forte e Fabrini editione ſumſit, ubi itidem ita conſtruitur, vertiturque, *Acciocche tu non mi facci godere queſta falſa allegrezza in queſto breve tempo.* Intelligit autem Breve tempus, dum in aedes Phidippi intraret. Codices quidam ſcripti & impreſſi poſt an. 1469. Ne me in breve hoc conjicias tempus. Cicero Fam. VI 12. *Nec ſum tam ſtultus, ut te* uſura falſi gaudii frui *velim.* In quibus verbis manifeſta imitatio Terentiana eſt.

3. Visum est.] Reſpondet ad Pamphili, Vide. q. d. Proviſum eſt, cautum eſt.

Deus sum, si hoc ita est.] Sic And. V. 5. 4.

mihi immortalitas
Parta 'ſt.

Heaut. IV. 3. 15.

Deorum vitam apti ſumus.

Plaut. Curc. I. 3. 11.

Sum Deus.

Cicero Att II. 19. *Bibulus in coelo eſt.* Idem contra de Pompejo, Att. II. 21. *Nam, quia deciderat ex aſtris, lapſus, quam progreſſus potius videbatur.* De qua locutione vide Interpretes ad Apoc. VIII. 10. Καὶ ἔπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀστὴρ μέγας, καιόμενος ὡς λαμπάς.

6. Factum.] Formula affirmandi. Eun. IV. 4. 41.

7. Ita, inquam.] De uſu τοῦ Inquam vide ad And. V. 2. 21.

8. Quis me est fortunatior, venustatisque adeo plenior?] Jungitur felicitati venuſtas. Contra And. I. 5. 10.

Adeon'

Eaque hoc te mihi nuntiare juſſit. itane eſt factum? *Par.* Ita, inquam.
Pa. Quis me eſt fortunatior, venuſtatiſque adeo plenior?
Egon' te pro hoc nuntio quid donem? quid? quid? neſcio.
Par. At ego ſcio. *Pa.* Quid? *Par.* Nihil enim.
Nam neque in nuntio, neque in me ipſo, tibi boni quid ſit, ſcio.
Pa. Egon', qui ab Orco mortuum me reducem in lucem feceris,

DONATI.

8. QUIS ME EST FORTUNATIOR, VENUSTATISQUE ADEO PLENIOR?] Ob beneficia Veneris: cui contrarium *invenuſtus*, [4] cui contra reciderit, quod amat.

9. QUID DONEM? QUID? QUID? NESCIO.] Μελλισμός. ut:

[5] pelagine venis erroribus actus?
An monitu Divûm? an quia te fortuna fatigat,
Ut triſtes ſine ſole domos, loca turbida, adires?

11. NAM NEQUE IN NUNTIO.] Magis ſcire vult, quam munus accipere. NAM NEQUE IN NUNTIO, NEQUE IN ME IPSO, TIBI BONI QUID SIT, SCIO.] Facete agit *Terentius*: quanto magis Parmeno curioſus eſt, tanto magis neſcit illa, quae cupit.

OBSERV. IN DONAT.

4. *Cui contra reciderit, quod amat.*] Lego, *ceciderit*. Adde And. I. 5. 10.

5. *Pelagine.*] Virgil. Aen. VI. 532. ubi nunc: *an quae te fortuna fatigat.*

COMMENTARIUS.

Adeon' hominem eſſe invenuſtum, aut infelicem quemquam, ut ego ſum!

Vide locum. Plaut. Poen. I. 2. 44. [plenum.

Diem pulchrum, & celebrem, & venuſtatis Nonius Marcellus vel malo Codice uſus, vel ἁμάρτημα μνημονικὸν committens legit, VETUSTATISQUE ADEO PLENIOR. Addens, *Vetuſtas & antiquitas vel felix, vel ſapiens, vel manſueta eſt habita.* Ex quibus verbis ſimul adparet, revera ita ab eo ſcriptum, nec Librariorum errorem eſſe. An forte reſpexit verſum 18. Guyetus autem in ſuo Codice hinc una litura delet integros triginta verſus, relictis ſolis duobus poſtremis, Boeclero, qui eodem, quo ego, uſus eſt Libro, non valde invito, cui videntur eſſe in his, quae nemo quiſquam hactenus explicaverit, aut explicaturus forte ſit in poſterum.

9. QUID? QUID?] Formula dubitantis & quaerentis. Vide Eun. III 2. 51. Editio anni 1469. alterum QUID omittit.

12. AB ORCO MORTUUM ME REDUCEM IN LUCEM FECERIS.] Summi beneficii praeſtiti formula. Cicero poſt Red. in Sen. 9. *Qui me* a morte ad vitam, *a deſperatione ad ſpem, ab exitio ad ſalutem* revocavit. Virg. Aen. IV. 375.

Amiſſam claſſem, ſocios a morte reduxi.

Nepos, Dion. 10. *Ut eum ſuo ſanguine, ſi poſſent,* ab Acheronte *cuperent* redimere. Apulej. Metam. XI. *Ad meum feſtinant illico divinum,* reducemque ab Inferis *conſpectum.* Ovid. Triſt. V. 9. 19.

Semineeem Stygia revocaſti ſolus ab unda.

Eodem modo Graeci τὸν παρὰ προσδοκίαν σωθέντα Ἐξ ᾄδου ἀναβεβηκέναι, & Ἐξ ᾄδου ἀναδραμεῖν dicebant.

13. SINAM SINE MUNERE A ME ABIRE?] Ita Homerus Odyſſ. Ξ. 166.

Ὦ γέρον, οὔτ' ἄρ' ἐγὼν εὐαγγέλιον τόδε τίσω.
O ſenex, neque ego profecto boni nuncii munus hoc rependam.

Euſtathius ad verſum 152 δῶρον ὑπὲρ ἀγαθῆς ἀγ-

Sinam ſine munere a me abire? ah! nimium me ingratum putas.
Sed Bacchidem, eccam, video ſtare ante oſtium!
Me exſpectat, credo: adibo. *Ba.* Salve, Pamphile.
Pa. O Bacchis! ô mea Bacchis! ſervatrix mea.
Ba. Bene factum, & volupe 'ſt. *Pa.* Factis, ut credam, facis:
Antiquamque adeo tuam venuſtatem obtines,
Ut voluptati obitus, ſermo, adventus tuus, quocumque adveneris,
Semper ſiet. *Ba.* Ac tu, ecaſtor, morem antiquom, atque ingenium
obtines:

Ut

DONATI.

16. O BACCHIS! ô MEA BACCHIS! SERVATRIX MEA.] Bene additum eſt, SERVATRIX MEA. Et MEA, quod ſupra dixit, amatoris eſt.

17. FACTIS, UT CREDAM, FACIS.] Difficile enim erat credere, his rebus gaudere meretricem.

19. UT VOLUPTATI OBITUS.] OBITUS occurſus: *Ob* enim, ſignificat contra. Ergo OBITUS, aditus. Legitur &, VOLUNTATE OBITUS. OBITUS, SERMO, ADVENTUS TUUS.] Inter *Obitum*, & *Adventum* hoc intereſt: quod OBITUS eſt, quem caſus affert: ADVENTUS, quem voluntas & deſtinatus locus.

OBSERV. IN DONAT.

6. ET MEA, *quod ſupra dixit, amatoris eſt.*] Atqui nuſquam ſupra id dixit Pamphilus. Lego igitur ex Codd. vetuſtis: *Ut* MEA, *ſupra quod dixit; amatoris eſt.* Id vult, τὸ SERVATRIX amplius quid eſſe, quam τὸ MEA.

COMMENTARIUS.

γιλίας dici ſcribit *ἰσαγγίλιον*. Adde Coel. Rhodig. XIII. 30. & XX. 29. & Joan. Jenſium, Ferc. Liter. pag. 2. & 3.

17. BENE FACTUM, ET VOLUPE 'ST.] Difficile enim erat credere, his rebus, id eſt, conjugio gaudere meretricem.

FACTIS, UT CREDAM, FACIS.] Senſus eſt: *Per tua facta facis ut credam, te ex animo dicere,*

18. ANTIQUAMQUE ADEO TUAM VENUSTATEM OBTINES.] Sic mox verſu 20. MOREM ANTIQUOM, ATQUE INGENIUM OBTINES. Vide And. IV. 5. 22.

19. OBITUS.] Donatus ſibi non conſtat, *Obitum* modo *Aditum* dicens: quod & Feſtus facit; modo inter *Obitum* & *Adventum* diſtinguens. Nonius *παράλληλα* eſſe dicit. Videtur autem OBITUS dici conſuetudo, quam vulgo *converſationem* vocant circa aliquem. Gall. *rencontre*. quam & *συνουσίαν* dixere Graeci. Belgae, *het byzyn*. Sic *obire diem*, proprie eſt ſiſtere ſe certo die; & *obire vadimonium*, condicto die in judicio praeſentem eſſe.

21. UNUS HOMINUM.] Magna Librorum pars, UNUS OMNIUM.

22. TUN' MIHI ISTUC?] Q. d. TUNE, cui incommode evenit nuptiis meis; MIHI jam marito ISTUC de blando ingenio narras? ut adeo emphaſin habeant ſingulae voces.

RECTE AMASTI.] Merito & jure. Sic And. IV. 4. 27.

recte *ego ſemper fugi has nuptias.*

23. NUMQUAM ANTE HUNC DIEM] Sic ſupra IV. 4. 19. & infra verſu 40.

24. PERLIBERALIS.] Vide And. I. 1. 96. Phorm. V. 3. 32. Plaut. Perſ. IV. 3. 75.

Do. *Haeccine illa 'ſt furtiva virgo?* To. *Juxta tecum aeque ſcio.*
Niſi quia adſpexi, equidem edepol liberali 'ſt, quiſquis eſt.
Do. *Sat edepol concinna eſt facie.*

DIC VERUM] Editio anni 1469. DIXTIN' VERUM.

25. HARUM RERUM] Plus eſt in geſtu, quam

in

Ut unus hominum homo te vivat nuſquam quiſquam blandior.
Pa. Ha! ha! he! tun' mihi iſtuc? *Ba.* Recte amaſti, Pamphile, uxorem tuam:
Nam numquam ante hunc diem meis oculis eam, quod noſſem, videram.
Perliberalis viſa 'ſt. *Pa.* Dic verum. *Ba.* Ita me Di ament! Pamphile.
Pa. Dic mihi, harum rerum numquid dixti jam patri? *Ba.* Nihil. *Pa.* Neque opus eſt:
Adeo mutito: placet, non fieri hoc itidem, ut in Comoediis:
Omnia

DONATI.

22. TUN' MIHI ISTUC?] Quia blandimentum magis meretricium eſt.

23. NUMQUAM ANTE HUNC DIEM MEIS OCULIS EAM, QUOD NOSSEM, VIDERAM.] Hoc eſt, *numquam ſic videram, ut eam noſſem.* QUOD NOSSEM.] Id eſt, quod meminiſſem, quod ſcirem: ac per hoc, numquam videram. ut alibi, 7 *Non equidem iſtuc, quod ſciam.*

24. DIC VERUM.] Bene inſtanter ex meretrice quaerit, quid de forma uxoris ſentiat. ſcit enim hanc judicem eſſe pulchritudinis poſſe: vel quod foemina, vel quod aemula.

25. NUMQUID.] Num aliquid. acuendum ergo QUID. NEQUE OPUS EST: ADEO MUTITO.] Vel tenui dicto.

26. NON FIERI HOC ITIDEM, UT IN COMOEDIIS.] Mire: quaſi haec Comoedia non ſit, ſed veritas. aut deeſt *Aliis.* UT IN COMOEDIIS.] Deeſt *Fit.*

OBSERV. IN DONAT.

7. *Non equidem iſtuc.*] Legendum, *Non equidem iſtas.* Vide Adelph. IV. 5. 7. Uti autem haec nota Donati videtur, ita ſuperior minus videtur.

COMMENTARIUS.

in verbis Indigitat enim anulum in digito Bacchidis, & commercium ſtupri cum Philumena; quod utrumque latere volebat patrem & ſocerum, ne ſibi ab iis convicium fieret.

26. MUTITO.] Si pro *tenui dicto* cum Donato accipias, legendum erit continue, NEQUE OPUS EST ADEO MUTITO. Ut ſenſus ſit: *Neque ſane opus eſt vel minimo indicio.* Vide ad And. III. 2. 25. Mſ. Graev. NEQUE OPUS EST ADEO IN TUTO. quae ſequuntur, Bacchidi tribuuntur.

UT IN COMOEDIIS.] Plaut. Amph. III. 4. 3.

qui minus liceat Deo minitarier
Populo, ni decedat mihi, quam ſervulo in Comoediis?

Unde hic Terentii locus Donato non adeo mirus videri debebat, quum Plautum auctorem haberet, in ipſa Comoedia Comoediae mentionem facientem. Sed & ſolent ita eleganter ludere Scriptores Comici, perſonis ſuis ejuſmodi verba tribuentes, quaſi non Comoediam agerent, ſed re ipſa & vera occuparentur. Laudat Cicero de Amic. 26. ex veteri Poëta:

Hodie me ante omnes Comicos ſtultos ſenes
Verſaris, atque luſeris lautiſſime.

Quamquam de vera lectione & ſenſu horum verborum videndus ὁ πάνυ Gronovius in Obſerv. ad Scriptores Eccleſ. cap. 2. Afranius, Emancipato:

quam beatae ſcenicae
Videntur mihi mulieres, quae jurgio
Et benevolentia terrent deſubito ſenes.

Addam & alia ex Plauto loca. Ita ille Capt. IV. 2. 11.

Omnia omnes ubi reſciſcunt: hic, quos par fuerat reſciſcere,
Sciunt: quos non autem aequom 'ſt ſcire, neque reſciſcent,
neque ſcient.
Ba. Immo etiam, hoc qui occultari facilius credas, dabo.
Myrrhina ita Phidippo dixit, jurijurando meo
Se fidem habuiſſe, & propterea te ſibi purgatum. *Pa.* Optume
Speroque hanc rem eſſe eventuram nobis ex ſententia. ['ſt:
Par. Here, licetne ſcire ex te, hodie quid ſit, quod feci boni?
Aut

DONATI.

27. Omnia omnes ubi resciscunt.] In fine enim Comoediae nihil cuiquam celari ſolet. Hic, quos par fuarat.] Hic, in hac Comoedia, aut in hac re.

28. Neque resciscent, nequa sciant.] *Reſciſcunt* ad quos pertinet. Et *Reſciſcunt* qui neſciunt: *Sciunt* qui negligunt. Et *Reſciſcimus* ex alio, *Scimus* etiam per noſtram opinationem. *Reſcire*, eſt recognoſcere, & vix invenire quod quis neſcierit.

33. Here, licetne scire ex te?] Ridicule inſtat ſcire, ignoratutus Parmeno.

OBSERV. IN DONAT.

5. *Nihil cuiquam celari ſolet.*] Codd. ante Rob. Stephanum, *Nihil umquam celari ſolet.*

COMMENTARIUS.

Nunc res certa eſt, eodem pacto ut Comici ſervi ſolent,
Conjiciam in collum pallium.
Poen. III. 2. 4.
Quin edepol condoctior ſum, quam Tragoedi aut [*Comici.*
Perſ. IV. 2. 4.
Sed ſatin' eſtis meditati? Sa. Tragici & Comici
Nunquam aeque ſunt meditati.

27. Hic.] Mſſ. quidam & editi poſt an. 1469. Hi. Phorm. V. 3. 36.
Heus! ne filii quidem noſtri hoc reſciſcant, volo.
Homerus Odyſſ. Π. 300.
Εἰ ἐτεόν γ' ἐμός ἐσσι, καὶ αἵματος ἡμετέροιο,
Μή τις ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἀκουσάτω ἔνδον ἐόντος,
Μήτ' οὖν Λαέρτης ἴστω τόγε, μήτε συβώτης,
Μήτε τις οἰκήων, μήτ' αὐτὴ Πηνελόπεια·
Ἀλλ' οἶοι σύ τ' ἐγώ τε, γυναικῶν γνώομεν ἰθύν.
Si vero meus es, & ſanguinis noſtri,
Ne quis poſtea Ulyſſem audiat intus eſſe:
Neque igitur Laërtes ſciat hoc, neque ſubulcus,
Neque aliquis domeſticorum, neque ipſa Penelope:
Sed ſoli, tuque, egoque, mulierum cognoſcamus ingenium.

29. Occultari facilius.] Mſſ. Mark. Traject. cum Leidenſium uno, Occultari posse facilius. in uno ſupraſcriptum τὸ Posse. Ex impreſſis ita legunt Juntae, Aldus, Rob. Stephanus, Fabrini, Pulmannus, Daceria, Anteſignanus, plures. Sed & ita eſt in editionibus Venetis, Argentinenſi, Anonyma, Baſileenſi, aliis; neque aliter Gambarellus in Indice Obſervationum. Mſ. Graev. Occultari facilius. omiſſo hoc. Intelligitur autem compreſſa noctu per vim ante nuptias Philumena.

30. Jurijurando.] Quod in Libris quibuſdam eſt Jurejurando, exiſtimat Faërnus, rectum ejus caſum eſſe Jurejurandum. ἀκύρως.

31. Te sibi purgatum.] Excuſatum. Caeſar B. G. I. 28. 1. *His, uti conquirerent, & reducerent, ſi* ſibi purgati *eſſe vellent, imperavit.*

32. Ex sententia.] Vide ad Heaut. IV. 3. 5.

33. Licetne scire.] Haec varie leguntur; in aliis, Licet me scire. in aliis, Licetne me scire. quae poſterior lectio verſum impedit.

34. Quid istuc est.] Ἀνακόλουθον. praeceſſit enim, Quid sit.

35. Egone hunc ab Orco mortuum?] Libri quidam: Ego hunc ab Orco mortuum. Sub. *Reducem feci*, ex verſu 12.

37. Inmo

Aut quid iſtuc eſt, quod vos agitis? *Pa.* Non licet. *Par.* Tamen ſuſpicor.

Egone hunc ab Orco mortuum? quo pacto? *Pa.* Neſcis, Parmeno,

Quantum hodie profueris mihi, & ex quanta aerumna extraxeris.

Par. Immo vero ſcio; neque hoc imprudens feci. *Pa.* Ego iſtuc ſatis ſcio.

Par. An temere quidquam Parmenonem praetereat, quod facto uſus ſit?

Pa.

DONATI.

35. EGONE HUNC AB ORCO MORTUUM?] Verba ſunt cogitantis. ideo & ἐλλειπτικῶς loquitur. NESCIS, PARMENO.] Addidit ſtimulos curioſitati ejus.

37. IMMO VERO SCIO; NEQUE HOC IMPRUDENS FECI.] Recte. parvum enim beneficii meritum, ſi ab imprudente praeſtitum videatur.

38. TEMERE QUIDQUAM PARMENONEM PRAETEREAT.] [9] Quod interdum non temere praetereat, quod habet faciendi neceſſitatem. TEMERE QUIDQUAM PARMENONEM PRAETEREAT.] Sibi ipſi hoc dicit, & ſe nominat. Ut,

[10] *Degeneremque Neoptolemum narrare memento.*

Et,

Age nunc: Phormionem, qui volet, laceſſito.

TEMERE QUIDQUAM.] Utrum hoc dicit, Non temere, neque per imprudentiam geritur, quidquid utile eſt. An hoc dicit, Nihil poteſt tranſire temere, quod utile factu eſt, quin gratiam ſui habeat. An hoc dicit, An quidquam Pamphilus praetereat temere: ita ut non remuneret bonum factum Parmenonis, quod ſibi utile fuerit? Et convenit hoc dictum meretrici abeunti.

OBSERV. IN DONAT.

9. *Quod interdum non temere praetereat.*] Opinor, mentem fuiſſe Donati, *Quod interdum temere praetereat.*

10. *Degeneremque.*] Virg. Aen. II. 549.

COMMENTARIUS.

37. IMMO VERO SCIO.] Fingit ſe ſcire ſervus, quod revera ignorat; ſi forte hoc pacto ſecretum reſciſcere queat. Unde & ludibundus reſpondet Pamphilus: EGO ISTUC SATIS SCIO.

38. AN TEMERE QUIDQUAM PARMENONEM PRAETEREAT, QUOD FACTO OPUS SIT?] Varie legitur, capiturque hic verſus. Donatus dubitat, modo Parmenoni, modo Bacchidi tribuens. Si Bacchidi, hic quidem ſenſus erit; *An quidquam Pamphilus praetereat temere, non remunerando bonum factum Parmenonis, quod ſibi utile fuerit?* Qui ſenſus durus, neque acri Grammatico ſatis dignus. Sunt &, qui tribuunt Pamphilo. Aliis PARMENO eſt caſus rectus. Poſſit & eſſe vocativus, ut ipſe ſe adloquatur ſervus. Quando PRAETEREAT erit, tranſeat, omittat, negligat. Optimus vero ſenſus erit, ſi legas, PARMENONEM; eritque vana jactantia, qua ſervus ſeſe effert, quaſi probe ſciens, quid rei geratur, licet id quamlibet curioſus penitus tamen ignoret. Unde mox ad ſpectatores converſus ignorantiam ſuam fatetur, dicens, EQUIDEM PLUS HODIE BONI FECI IMPRUDENS, QUAM SCIENS ANTE HUNC DIEM UMQUAM. Ita & Fabrini cepit, dum ait, *Parmenone ſe loda.* Sequutus porro ſum lectionem Mſſ. Leidenſium quinque, Lipſ. Mark. Traject. Bodl. Graev. & Boend. cum omnibus fere editionibus vetuſtiſſimis & proba-

Pa. Sequere me intro, Parmeno. *Par.* Sequor. equidem plus hodie boni
Feci imprudens, quam ſciens ante hunc diem umquam. Plaudite!

CALLIOPIUS RECENSUI.

DONATI.

40. Feci imprudens, quam sciens ante hunc diem umquam.] Quia non convenit ſervo ſcienti, recte facere, bene addidit, *imprudenti* ſibi eveniſſe, ut bene faceret: quod prudens numquam fecerit. Imprudens, quam sciens.] Ἀντίθετον ſecundum. Nam " imprudentem ſcienti reddit, non prudentem.

Aelii Donati *V. C. Oratoris Urbis Romae, Comment. in* Terenti Hecyram *explicit.*

OBSERV. IN DONAT.

11. *Imprudentem ſcienti reddit.*] Libri Rob. Stephano vetuſtiores rectius: *Imprudenti ſcientem reddit.*

COMMENTARIUS.

tiſſimis, niſi quod in edit an. 1469. eſt, Quo facto usus sit. Cicero Fam. I. 8. *Sed te non praeterit, quam difficile ſit, ſenſum in republica, praeſertim rectum & confirmatum, deponere.* Columella R. R. Lib. 1. Praefat. *Non me praeterit.*

39. Sequere me intro, Parmeno.] Itane inſalutata Bacchide ſcenam relinquit Pamphilus, vel Bacchis inſalutato Parmenone? Potuit & haec fuiſſe ratio Guyeto, quare in ſuo Codice omnia a verſu 9. uſque ad 39. expungeret.

Equidem plus hodie boni faci imprudens, quam sciens ante hunc diem umquam.] Haec ad ſpectatores converſus dicit, fateturque ignorantiam ſuam. Expreſſa autem ſunt e Plauto, Capt. Prol. 43.

Reducemque faciet liberum in patriam ad patrem
Imprudens: itidemque ut ſaepe jam in multis locis
Plus inſciens quis fecit, quam prudens boni.

50. Plaudite.] Non una Librorum lectio; in aliis τὸ Plaudite deſideratur; in aliis eſt, Ω. Plaudite.

FINIS HECYRAE.

P. TE-

P. TERENTII
PHORMIO.

ACTA LUDIS ROMANIS. L. POSTUMIO ALBINO, L. CORNELIO MERULA AEDILIB. CURULIB. EGERE L. AMBIVIUS TURPIO, L. ATILIUS PRAENESTINUS. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI. TIBIIS IMPARIB. TOTA GRAECA APOLLODORU EPIDICAZOMENOS. FACTA EST IV. C. FANNIO, M. VALERIO. COSS.

PERSONAE.

PROLOGUS.

ANTIPHO, *adoleſcens, filius Demiphonis.*

CHREMES, *ſenex, frater Demiphonis.*

CRATINUS, *advocatus.*

CRITO, *advocatus.*

DAVUS, *ſervus incerti heri.*

DEMIPHO, *ſenex, frater Chremetis.*

DORIO, *leno.*

GETA, *ſervus Demiphonis.*

HEGIO, *advocatus.*

NAUSISTRATA, *matrona, uxor Chremetis.*

PHAEDRIA, *adoleſcens, filius Chremetis.*

PHORMIO, *paraſitus.*

SOPHRONA, *nutrix Phanii.*

PERSONAE MUTAE.

DORCIUM, *ancilla.*

PHANIUM, *adoleſcentula, filia Chremetis.*

C. SUL-

Digitized by Google

C. SULPITII APOLLINARIS

P E R I O C H A

IN TERENTII PHORMIONEM.

CHREMETIS frater aberat peregre Demipho,
Relicto Athenis Antiphone filio.
Chremes clam habebat Lemni uxorem, & filiam;
Athenis aliam conjugem: & amantem unice
Gnatum fidicinam. Mater e Lemno advenit
Athenas. moritur. Virgo ſola (aberat Chremes)
Funus procurat. ibi eam viſam Antipho
Quum amaret, opera Paraſiti uxorem accipit.
Pater & Chremes reverſi, fremere. dein minas
Triginta dant Paraſito, ut illam conjugem
Haberet ipſe. argento hoc emitur fidicina.
Uxorem retinet Antipho, a patruo agnitam.

Digitized by Google

AELII DONATI,

V. C. ORATORIS URBIS ROMAE,

PRAEFATIO IN PHORMIONEM TERENTII.

HANC Comoediam, manifeſtum eſt, prius ab Apollodoro ſub alio nomine, hoc eſt, Ἐπιδικαζόμενον, Graece ſcriptam eſſe, quam Latine a Terentio PHORMIONEM. Quamobrem nulla dubitatio eſt, hanc ſolam eſſe cui nomen Poëta mutaverit: & errare eos, qui in hac Phormionem paraſitum putant a formula litis, quam intenderit, nominatum: quum Graeca lingua fiſcus ſparteus, & ſtramen nauticum ſic dicatur: a cujus rei vel capacitate, vel utilitate, etiam ab Apollodoro paraſitus Phormionis nomine nuncupatur. Haec igitur proprie tota motoria eſt, & in affectibus conſtituta pene majoribus, quam comicus ſtilus poſceret: niſi quod arte Poëtae omnia moderata ſunt. Primas in ea partes, ut ipſe Poëta profeſſus eſt, tenet Phormio; ſecundas Geta; tertias Demipho; ſubinde caeteri, prout cujuſque actus oſtendit. Prologus Phormionis nimis concitatus eſt, adeo ut ipſe ſemet veluti reprehendat ob hanc ipſam pervicaciam, & ſimul argumentum ſuae purgationis inducat. Atque in ea quum Protaſis, & Epitaſis, & Cataſtrophe magni moliminis & negotii ſint: ita variis leporibus aſperguntur, ut etiam rerum triſtium gravitatem Poëta lepidus comica ſerenitate tranquillet. Haec acta eſt ludis Megalenſibus, Lucio Cornelio Merula Aedili Curuli, & L. Poſthumio Albino: agentibus L. Caſſio Attilio, & L. Ambivio: modos faciente Flacco Claudii filio tibiis Serranis, totaque diverbiis facetiſſimis, & geſtum deſiderantibus ſcenicum, & ſuaviſſimis ornata canticis fuit. Editaque eſt quarto loco, M. Valerio, & C. Fannio Coſſ. Perſona etiam in hujus Protaſi non una eſt, ſed duae: quarum altera extra argumentum poſita eſt, cui narratur Fabula: altera in argumento, quae narrat Fabulam. Argumentum quoque non ſimplicis negotii habet: nec unius adoleſcentis, ut in HECYRA: ſed duorum, ut in caeteris Fabulis. Scire autem convenit, uno die tranſigi PHORMIONEM: non, ut HEAUTONTIMORUMENON, duobus. Prologus correpte ἀπὸ τοῦ προλέγειν dicitur, non producte ἀπὸ τοῦ πρωτολογεῖν. Nam officium Prologi ante actionem quidem rei ſemper eſt: verumtamen & poſt principium Fabulae inducitur, ut apud Plautum in Milite Glorioſo, & apud caeteros magnae auctoritatis veteres Poëtas.

QQQ qqq M. ANT.

M. ANT. MURETI

ARGUMENTUM.

Chremes, & Demipho, fratres Athenienſes erant. Chremes Athenis uxorem divitem, ac bene dotatam duxerat Nauſiſtratam: & ex ea ſuſceperat filium Phaedriam. Habebat Nauſiſtrata, praeter caeteras opes, opima praedia in Lemno. Eo igitur Chremes quotannis, ad ea locanda, capiendoſque fructus, commeabat. Dum illic reſidet, pauperculae cujuſdam mulieris amore correptus, eam quoque ducit uxorem, & ex ea ſuſcepit filiam Phanium: ac ne res emanaret, commutato nomine, Stilphonem ſe Lemni vocari jubet. Detrahebat autem e fructibus praediorum uxoris Athenienſis, quantum ſatis eſſet ad illam alteram una cum filia nutriendam: deinde Athenas reverſus, aut calamitatem, aut vilitatem, aut tale aliquid cauſſabatur. Erat Demiphoni filius Antipho. Quum igitur Phanium quindecim jam haberet annos, conveniunt inter ſe Chremes & Demipho, ut Chremes quidem & Lemniam uxorem, & Phanium Athenas clanculum adduceret; Demipho vero Phanium filio ſuo uxorem daret. Ejus rei cauſa proficiſcitur in Lemnum Chremes. Eodem tempore accidit, ut Demiphoni quoque iter eſſet in Ciliciam. Abeuntes ambo, Getae (is Demiphonis ſervus erat) filios committunt ſuos. Profectis ſenibus, Phaedria ſe ſtatim Cithariſtriae cujuſdam amore implicat. Sed hoc erat incommodi, quod, qui a lenone emeret, quod daret, nihil habebat. Interea uxor e Lemno, quae, propter paupertatem, viri diutius forte, quam ſolebat, morantis adventum exſpectare non poſſet, conſcenſa navi, Athenas una cum filia & nutrice ipſius venit: quaerunt Stilphonem fruſtra. Athenis, qui quemquam eo nomine noſſet, reperiebatur nemo. Ibi mater (tanta eam aegritudo ceperat) moritur. Et funus una cum nutrice procurantem Phanium quum adſpexiſſet Antipho, ſubito amore illius exarſit. Venit ad nutricem poſtridie, ut ejus ſibi copiam faceret, obſecranti: illa ſe, niſi puellam uxorem duceret, facturam negat. Illi, quum & quidvis facere cuperet, & patrem abſentem vereretur, paraſitus Phormio hoc conſilium dedit. Lex erat Athenis, ut orbas puellas, qui eis genere proximi eſſent, ducere, aut, ſi id nollent, dotem eis dare cogerentur. Ego, inquit paraſitus, ſimulabo, me patri virginis amicum fuiſſe, ideoque cauſſam illius ſuſcipere: vocabo te in judicium, tamquam illius cognatum, tecumque lege agam, ut eam ducas. Tu ita te defendes, ut mihi facilem victoriam praebeas: ita condemnabere. Sic fiet, ut & tu potiaris tua, & patre reverſo, paratam excuſationem habeas. Ita fiunt omnia, ut paraſitus ſuaſerat. Confectis jam nuptiis, eodem die ambo redeunt ſenes: turbari uterque: ille, quod filius indotatam uxorem, ſe abſente, duxiſſet: hic, quod vereretur, ne, erepta ſibi hac collocandae filiae occaſione, tota res fieret palam. Eo ipſo die, leno, Cithariſtriae, quam Phaedria amabat, dominus, niſi ſibi pro ea triginta minae darentur, venditurum ſe eam, minitabatur. Ad eas conficiendas hanc fallaciam Geta confingit: ait ſenibus ſe cum Phormione collocutum: Phormionem vero, ſi ſibi dotis triginta minae darentur, paratum eam uxorem accipere, quam duxiſſet Antipho. Eam pecuniam Demipho a Chremete ſumtam numerat Phormioni: is eam Phaedriae, Phaedria lenoni pro amica tradit. Quum haec jam confecta eſſent, agnoſcitur Phanium. Ibi vero ſenes gaudere, quod, quas nuptias ipſi facere moliebantur, eae ipſis abſentibus, atque inſcientibus, factae eſſent. Sed dolebant, ſibi periiſſe triginta minas. Eas dum a Phormione, primo blanditiis, poſtea etiam per vim eripere conantur; Phormio, qui jam de duabus Chremetis uxoribus, deque tota re intellexerat, inclamat Nauſiſtratam, eique aperit omnia. Illa, quum aliquamdiu de viro conqueſta eſſet, tandem placatur, filiique ipſius judicio omnia ſe permiſſuram pollicetur.

PUBLII

Digitized by Google

PUBLII TERENTII CARTHAGINIENSIS PHORMIO.

PROLOGUS.

POSTQUAM Poëta vetus Poëtam non poteſt
Retrahere ab ſtudio; & tranſdere hominem in otium,
Male-

DONATI.

POSTQUAM POETA VETUS POETAM NON POTEST.] *Hoc initium a deſtructione perſonae adverſarii ſumitur, conjunctum cum inſinuatione perſonae Terentianae.*

1. POSTQUAM POETA VETUS POETAM NON POTEST.] Nota, POSTQUAM apud veteres non praeterito modo, ſed etiam praeſenti tempori adjungi. Ut,

[1] *Poſtquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.*

Quamquam ſunt, qui [2] POSTQUAM ſimpliciter, pro *Quoniam* accipi velint. POSTQUAM POETA VETUS.] Qui jam diu eſt, non qui jam diu fuit. [3] Ergo ut vinum, VETUS: non vetus, ut Ennius, POSTQUAM POETA VETUS POETAM.] Jocunda repetitio. ut,

[4] *Diva Deam,*

Et,

[5] *notos pueri puer indue vultus.*

POSTQUAM POETA VETUS POETAM NON POTEST.] Ἀντίθετον primum per σύλληψιν primam, ita ut extrinſecus *Novum* audire oporteat.

2. RETRAHERE AB STUDIO.] Sic loquitur, quaſi rem ſcenicam magis laedere voluerit *Luſcius*, quam *Terentium*. TRANSDERE.] TRANSDERE veteres ſonantius, quod nos lenius dicimus *Tradere*: ut *Tralatum*, nos *Tranſlatum* e contrario. ET TRANSDERE HOMINEM.] Comice & venuſte inſeruit HOMINEM: ut,

[6] *Levibus huic hamis conſertam, auroque trilicem*
Loricam: quam Demoleo detraxerat ipſe
Victor, apud rapidum Simoënta ſub Ilio alto:
Donat habere viro, decus & tutamen in armis.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Poſtquam.*] Virgil. Ecl. I 31.
2. POSTQUAM *ſimpliciter, pro Quoniam.*] Vide ad Adelph. Prol. 1.
3. *Ergo ut vinum*, VETUS: *non vetus, ut Ennius.*] Ita Rob. Stephanus & Lindenbruchius. Mſ. Hulſt. *non vetus annis.* Mſ. Boend. & plerique impreſſi veteres. *Non vetus Ennius.* Praeſtat lectio, quam exhibeo. Sic VETERES, Eun. Prol. 43.
4. *Diva Deam.*] Virg. Aen. XII. 139.
5. *Notos.*] Virg. Aen. I. 683.
6. *Levibus.*] Virg. Aen. V. 259.

COMMENTARIUS.

1. POETA VETUS.] Vide And. Prol. 7.
2. RETRAHERE AB STUDIO.] Quaſi cum vehementia quadam. Sic And. I. 5. 8. & III. 2. 39. Adparet igitur, L. Lavinium, veterem Poëtam invidia tactum omni ope id egiſſe, ut ne Terentius ſcribendo inclareſceret, atque ipſe interea

Digitized by Google

Maledictis deterrere, ne ſcribat, parat.
Qui ita dictitat, quas antehac fecit fabulas,
Tenui eſſe oratione, & ſcriptura levi:
Quia nuſquam inſanum ſcripſit adoleſcentulum
Cervam videre fugere, ſectari canes:

Et

DONATI.

3. MALEDICTIS DETERRERE.] Senſus hic eſt: Ipſe ſe, inquit, adverſarius fatetur victum, qui a rebus excluſus, ad verba delapſus eſt. MALEDICTIS DETERRERE.] Deeſt *Eum.* ut,

> [7] *Quarum, quae forma pulcherrima, Deïopeiam Connubio jungam ſtabili.*

4. QUI ITA DICTITAT.] Impudentiam oſtendit per frequentativum verbum. QUAS ANTEHAC FECIT FABULAS.] Et hic lentum accuſatorem facit, qui praeterita ingerat, & de quibus jam ſit judicatum in melius.

5. TENUI ESSE ORATIONE, ET SCRIPTURA LEVI.] Imperitum inducit criminatorem, qui hoc objiciat, quod proprium debet eſſe comici ſtili. Revera autem hoc deterior *Menandro Terentius* judicabatur, quod minus ſublimi oratione uteretur. quod ipſum nunc purgat, dicens [8] in Tragoedis altiora tranſire poſſe.

6. QUIA NUSQUAM INSANUM SCRIPSIT ADOLESCENTULUM.] Ideo videmur leves, tenueſque, inquit, quia non in Comoedia prodigia facta ſunt, & Tragoedias concitavimus. Et callide hic [9] non ſolum errorem reprehendentis, ſed etiam imperite ſcripſiſſe ipſum oſtendit *Luſcium Lavinium.* SCRIPSIT.] Legitur & FECIT. ADOLESCENTULUM.] Ut Comicam perſonam oſtenderet, artificioſe imminuit ADOLESCENTULUM, quo magis perſona a ſublimitate [10] Tragica diſcederet.

7. CERVAM VIDERE FUGERE, SECTARI CANES.] Hic affectus a Comoediis removendus eſt. CERVAM VIDERE FUGERE, SECTARI CANES.] Ambiguitas per accuſativum caſum, perſeverans uſque ad ultimum, de induſtria, ut etiam ipſa perplexitas odioſa ſit.

OBSERV. IN DONAT.

7. *Quarum.*] Virg. Aen. I. 76.
8. *In Tragoedia.*] Edit. Argent. *In Tragoediam.*
9. *Non ſolum errorem reprehendentis.*] Ml. Boend. & quidam editi ante Rob. Stephanum: *Non ſolum errori Luſcii obviat reprehendentis.*
10. *Tragica.*] Haec vox abeſt a quibuſdam Codd.

COMMENTARIUS.

loci obſcuraretur. Verum nec arte Comica, nec ambitu, neque adeo gratia id conſequi potuiſſe videtur, ut Poëta noſter de palma non contenderet. Idem mox verſu 19. AB STUDIO STUDUIT REJICERE, & Hec. Alt. Prol. 11. *Ne illum ab ſtudio abducerem*, dixit.

TRANSDERE HOMINEM IN OTIUM.] Mſſ. Bodl & Graev. cum edit. 1469. TRADERE. Idem in tribus Mſſ. invenit Pulmannus, & e duobus laudat Pareus. Sed TRANSDERE ex Donato tuetur Rivius.

3. MALEDICTIS DETERRERE.] Hec. Alt. Prol. 19. Quanto modeſtius Menander, quum videret, ſe a Philemone aemulo, cujus ſententiae vitae congruentes, joca non infra ſoccum, ſeria non uſque ad cothurnum, nonnumquam vinci, ei aliquando obviam factus, *Quaeſo*, inquit, *Philemo, bona venia, dic mihi; quum me vincis, non erubeſcis?* Refert Gellius XVII. 4.

4. QUI ITA DICTITAT.] Sollicitat hanc lectionem Guyetus, legens in gloſſis ineditis, ITA DICTITANS, deleto QUI. ſed praeter fidem Codicum. Similis conſtructio eſt And. Prol. 18.

5. TENUI ESSE ORATIONE, ET SCRIPTURA LEVI.] Sic Nepos. Praefat. de ſuo opere ex obtrectatorum judicio: *genus ſcripturae leve.* Quod vero h. l. ORATIONE, ET SCRIPTURA, idem And. Prol. 12. dixit *Oratione, ac ſtilo.*

6. QUIA NUSQUAM INSANUM SCRIPSIT ADOLESCENTULUM CERVAM VIDERE FUGERE.] Salſe perſtringit veterem Poëtam, & κωμῳδεῖ τὸν κωμικὸν, utpote qui praeter morem Comicum ſcripſe-

Et eam plorare, orare, ut ſubveniat ſibi.
Quod ſi intelligeret, quom ſtetit olim nova,
Actoris opera magis ſtetiſſe, quam ſua:
Minus multo audacter, quam nunc laedit, laederet.
Et magis placerent, quas feciſſet fabulas.

Nunc

DONATI.

8. Et eam plorare, orare, ut subveniat sibi.] Haec omnis περίφρασις Tragica eſt: & ideo in Comoedia vitioſe inducitur.

9. Quum stetit olim nova.] Bene hoc poſitum eſt. potuit enim reſponderi, *Cur igitur ſtetit, & non exacta eſt a populo?* Quum stetit olim nova.] Recte Olim: quaſi dicat, *Quum adhuc* Terentius *non ſcriberet, penuria meliorum eſt probata.* Deinde quod ait Nova, hoc ſignificat, omnia carmina novitate ipſa commendari, etiamſi nullius momenti ſint.

10. Actoris opera magis stetisse.] Una opera & ſuffragium ſcenicorum comparat, & laedit adverſarium.

11. Minus multo audacter.] Nove dictum, Minus multo audacter: ut cum dicamus nos, Minus audacter.

OBSERV. IN DONAT.

11. *In Comoedia vitioſe inducitur.*] Mſ. Hulſt. *In Comoedia vitioſa inducitur.*

COMMENTARIUS.

ſcripſerit amore inſanum adoleſcentulum, credentem, ſe amicam ſuam mutatam in cervam videre fugere, canes autem eam inſectari, cervam porro plorare, & orare, ut adoleſcens ſubveniat ſibi. Optime haec Boeclerus diſſeruit. Poſſit tamen objici auctoritas Plauti, qui in Comoedia facit furentem Menaechmum. Menaechm. V. 2. 82. ſeqq. Eſt vero Videre, φαντάζεσθαι. neque opus Videri legere cum quibuſdam. De ejuſmodi cerva fugiente vid. Virg. Aen. IV. 69. ſeqq. Adde Turneb. Adverſ. XIX. 14.

7. Sectari canes.] Mſſ. & impreſſi quidam, Et sectari canes. ſed *odioſa perplexitas*, de qua Donatus, copulam reſpuit.

8. Plorare, orare, ut subveniat sibi.] Ajunt Phyſicorum filii, cervos a canibus agitatos auxilium hominum implorare. Ovid. Pont. II. 2. 39.

Nec ſe vicino dubitat committere tecto,
Quae fugit infeſtos territa cerva canes.

Phaed. II. 8. init.

Cervus nemoroſis excitatus latibulis,
Ut venatorum fugeret inſtantem necem,
Caeco timore proximam villam petit,
Et opportuno ſe bubili condidit.

Mſſ. quidam, & editi veteres, Et sectari canes, et eam plorare, et orare. Et forte Polyſyndeton inſervit invidiae faciendae veteri Poetae. In Mſſ. Mark. & Hulſtiano Donati eſt Subveniant. Mſ. Traject. dubie, *ſubveniāt.* ſed lineola tranſverſa τῷ T adhaerente. quod vel *ſubvenians* valet, vel *ſubveniatur.*

9. Quom stetit olim nova.] Nimirum Terentio peradoleſcentulo & Romae nondum cognito. Sic Hec. Alt. Prol. 7. Eſtque emphaſis in τῷ Nova. q. d. Mirum non eſt, placuiſſe & ſtetiſſe; placuit enim non ſuis dotibus, ſed novitate. Intelligit autem Fabulam, in qua L. Lavinius fecerat inſanum illum adoleſcentem.

11. Minus multo audacter.] Ita cita hunc verſum Priſcianus Inſt. Grammat. Lib. XV. non Audaciter, quod defendunt Muretus & Tanaq. Faber. Rejicit Guyetus in gloſſis ineditis.

12. Et magis placerent, quas fecisset fabulas.] Deletum hunc verſum vellent, Faernus, Tanaq. Faber, Dacieria. unde & abeſt a quibuſdam Codd. Legeritne Donatus, an minus, incertum eſt, quia nihil ad eum notavit. Credunt otioſe repetitum ex Prologo Andriae.

14. La-

Digitized by Google

Nunc ſi quis eſt, qui hoc dicat, aut ſic cogitet:
Vetus ſi Poëta non laceſſiſſet prior,
Nullum invenire Prologum potuiſſet novus,
Quem diceret, niſi haberet, cui malediceret?
Is ſibi reſponſum hoc habeat: in medio omnibus

Pal-

DONATI.

13. NUNC SI QUIS EST, QUI HOC DICAT, AUT SIC COGITET.] Omne quod in mentem venit, aut cogitamus, aut dicimus. ut [12] *Virgilius*,

& mihi jam multi crudele canebant
Artificis ſcelus, & taciti ventura videbant.

Hic ſenſus eſt, *Nunc ſi quis eſt, qui hoc dicat, aut cenſeat, improbus eſt* Terentius, *qui omnes prologos de maledictis facit: habeat is hoc reſponſum ſibi, adverſarium coëgiſſe, qui provocaverit. Nam quid faceret* Terentius, *quum de palma artis Muſicae certandum videat eſſe ſibi?*

14. LACESSISSET PRIOR.] Aut LACESSISSET abundat, aut PRIOR.

15. NULLUM INVENIRE PROLOGUM.] PROLOGUM modo, non hominem, ſed verba ſignificat. NOVUS.] Hic, quod ſupra praetermiſit, veteri [13] ſuppoſuit *novum*.

16. NISI HABERET, CUI MALEDICERET.] Mire, HABERET: quaſi dubium non ſit, [14] maledicendum eſſe *Luſcio*.

17. IS SIBI RESPONSUM HOC HABEAT.] Huic rei [15] per qualitatem reſpondet, adverſarium cogere, ut ſic agat. IN MEDIO OMNIBUS PALMAM ESSE POSITAM.] Senſus hic eſt, *Inveniret, inquit: ſed maluit, quum de palma certandum ſit, adverſario reſpondere laedenti.* Verum oratorie, manifeſta ſolvere non curavit, hoc eſt, *nullum invenire prologum potuiſſe* Terentium. [16] Et hoc enim objiciendum fuit omnibus & novis, & veteribus Poëtis. PALMAM pro cauſa certaminis poſuit. Et ideo non eſt mirandum, ſi pugnant, quibus cauſa certaminis praeſto eſt.

OBSERV. IN DONAT.

12. *Virgilius.*] Aen. II. 124.

13. *Suppoſuit.*] Malim, *Oppoſuit.* ſic ad verſ. 17. *ſubjiciendum* legitur in quibuſdam Codd. veteribus, pro, *Objiciendum.*

14. *Maledicendum eſſe Luſcio.*] Crediderim, τὸ *Luſcio* natum Rob. Stephano ex continuo ſequentibus vocibus, *is ſibi.* In vetuſtioribus enim Codd. omnibus non adparet. Et ſane ex mente Donati abeſſe poteſt.

15. *Per qualitatem.*] Codd. Rob. Stephano vetuſtiores plerique, *pro qualitate.*

16. *Et hoc enim.*] Suſpicor, Donatum ſcripſiſſe, *hoc eſt,* NULLUM INVENIRE *&c. Hoc enim,* atque hinc ex illo *&c.* natum τὸ *Et*, quod plane otioſum eſt.

COMMENTARIUS.

14. LACESSISSET PRIOR.] Eun. Prol. 6. Virg. Ecl. III. 51.

Efficiam poſthac, ne quenquam voce laceſſas.

16. QUEM DICERET, NISI HABERET, CUI MALEDICERET?] Expungit hunc verſum Guyetus. optime autem conſtare ſenſus videtur, ſi ita ordines: NUNC SI QUIS EST, QUI HOC DICAT: VETUS POETA SI NON LACESSISSET PRIOR, NULLUM INVENIRE PROLOGUM POTUISSET NOVUS; AUT SIC COGITET: QUEM (Prologum) DICERET, NISI HABERET, CUI MALE DICERET? Unde & interrogandi notam adpoſui; contra atque vulgo fit.

17. IN MEDIO OMNIBUS PALMAM ESSE POSITAM.] Boecleri haec ſunt in Chreſtomathia, v. *Medius: Graecorum proverbium eſt*, κοινὸς ὁ ἀγών. *apud quos* ἐν μέσῳ κείμενα *ſunt, quae parari poſſunt, quae neminem arcent. Tacitus erudite: Cetera* in communi ſita *ſunt*, Hiſt. IV. 74. i. e. *nobis & vobis ex aequo patent.* Inde ergo *in medio relinquere* rem, eſt unicuique liberum de re aliqua arbitrium facere. Θεῖναι πρᾶγμα εἰς μέσον, εἰς κοινόν, ἐν μέσῳ κείμενον, in medio poſitum. Ἐν μέσῳ θετέον, in medio relinquendum. Virgil. Georg. IV. 157. de apibus:

in medium *quaeſita reponunt.*

Martial.

Palmam eſſe poſitam, qui artem tractant Muſicam.
Ille ad famem hunc ab ſtudio ſtuduit rejicere:
Hic reſpondere voluit, non laceſſere.
Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene.

Quod

DONATI.

18. QUI ARTEM TRACTANT MUSICAM.] [17] *Virgilius*,

nec quicquid ubique eſt
Gentis Dardaniae, magnum quae ſparſa per orbem.

Et *περιφραστικῶς, ἀντὶ τοῦ, qui Comoedias ſcribunt.*

19. ILLE AD FAMEM HUNC AB STUDIO.] Hic maxime incipit ſolvere, quod ſibi ſuperius ipſe propoſuit. ILLE AD FAMEM HUNC AB STUDIO.] Nunc quid eſt, inquit, Poëtam vituperare, niſi AD FAMEM REJICERE? nam Poëtae probi ſuas vendebant Fabulas: & harum pretiis alebantur. ILLE AD FAMEM HUNC AB STUDIO.] Cur laceſſitus reſpondes? certamen eſt, inquit. AB STUDIO STUDUIT.] [18] Vetuſte: ut, *Inferat ludum*, &, *pugnam pugnavit*.

21. BENEDICTIS SI CERTASSET.] Quia ſupra dixit, IN MEDIO OMNIBUS PALMAM ESSE POSITAM. quaſi dicat, quidquid in certamen venerit, in eo vincendos aemulos eſſe. SI CERTASSET.] CERTASSET, *ἀντὶ τοῦ provocaſſet*: ab eo quod praecedit, id quod ſequitur. [19] *Virgilius*,

nec te certaſſe priorem
Poeniteat.

AUDISSET BENE.] *Bene audire*, eſt bene dici, laudari.

OBSERV. IN DONAT.

17. *Virgilius.*] Aen. I. 605.
18. *Vetuſte.*] Atqui non jungenda, AB STUDIO STUDUIT, ſed ordo eſt: STUDUIT REJICERE AB STUDIO AD FAMEM. Niſi forte *venuſte* ſcripſit Donatus.
19. *Virgilius.*] Aen. I. 552.

COMMENTARIUS.

Martial. de Spectaculis XXIX. 5.

Lex erat, ad digitum poſita concurrere palma.

Et verſu 9.

Miſit utrique rudes, & palmas Caeſar utrique.

Eſt autem *palma* victoriae ſignum, unde & pro ipſa Victoria, & pro praemio ejus paſſim ponitur. Gell. III. 6.

18. QUI ARTEM TRACTANT MUSICAM.] Id *Studium Muſicum* dixit Heaut. Prol. 23. *Μουσικὴν γνῶσιν*. De ipſa locutione vide Tanaq. Fabrum ad Juſtin. I. 3. 3. Tractantique *lanam ferrum & arma portantes parere.*

19. ILLE AD FAMEM HUNC AB STUDIO STUDUIT REJICERE.] Ita ferme Hec. Alt. Prol. 14. Magna Mſſ. pars REICERE. Si autem a fame periculum fuit Terentio, niſi Comoedias ſcribenti, quibus nec avare pretium ſe ſtatuiſſe ait. Heaut. Prol. 48. ergo vere de eo dixiſſe videtur Porcius: *nihil Publius*

Scipio profuit, nihil ei Laelius, nihil Furius,
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam,
Saltem ut eſſet, quo referret obitum domini ſervolus.

Sic Phaed. IV. 21. 2.

Simonides, qui ſcripſit egregium melos,
Quo paupertatem ſuſtineret facilius,
Circumire coepit urbes Aſiae nobiles,
Mercede accepta laudem victorum canens.

20. RESPONDERE VOLUIT, NON LACESSERE.] Sic Eun. Prol. 6.

21. BENEDICTIS SI CERTASSET, AUDISSET BENE.] Ennius apud Gellium. XX. 10.

Haud doctis dictis certantes, ſed maledictis.

22. QUOD

Quod ab ipſo allatum eſt, id ſibi eſſe rellatum putet.
De illo jam finem faciam dicundi mihi,
Peccandi quum ipſe de ſe finem non facit.
Nunc quid velim, animum attendite. Adporto novam,
Epidicazomenon quam vocant Comoediam

Grae-

DONATI.

22. QUOD AB IPSO ALLATUM EST.] Id eſt, maledictum. QUOD AB IPSO ALLATUM EST, SIBI ESSE ID RELLATUM PUTET.] Proverbiale eſt, *Quod dedit, recepit.* Et geminavit *L.* ut,

[20] *relliquias Danaûm.*

DE ILLO JAM FINEM FACIAM DICUNDI MIHI.] Ἀπὸ τῆς ἐπιεικείας τοῦ λέγοντος. DICUNDI MIHI, PECCANDI QUUM IPSE DE SE FINEM NON FACIT.] Et MIHI, & DE SE, proprie poſitum eſt: & praeterea ἀμφιβολία.

24. PECCANDI.] Maledicendi. PECCANDI CUM IPSE DE SE FINEM.] *Prius*, inquit, *ego de illo finem faciam, quam ipſe de ſe.* An, *Prius dicendi ego faciam, quam ille peccandi finem?* NON FACIT, pro, *non faciat:* ut, *Mirum, ni ego me turpiter hodie hic dabo.*

25. NUNC QUID VELIM, ANIMUM ATTENDITE.] Deeſt, *Quaeritis.* ut ſit, *Nunc quid velim, quaeritis? animum attendite.* ADPORTO NOVAM.] NOVAM, Latinam dicit.

26. EPIDICAZOMENON QUAM VOCANT COMOEDIAM.] Hic manifeſte errat *Terentius.* nam haec Fabula quam tranſtulit, EPIDICAZOMENE dicta eſt, a puella, de qua judicium eſt: quum ſit alia EPIDICAZOMENOS ejuſdem Apollodori. Debuit ergo dicere, EPIDICAZOMENEN GRAECI.

OBSERV. IN DONAT.

20. *Relliquias.*] Virg. Aen. I. 34.

COMMENTARIUS.

22. QUOD AB IPSO ALLATUM EST, ID SIBI ESSE RELLATUM PUTET.] Sic Adelph. I. 1. 48.

Studet par referre.

Sub. adlato. Plaut. Pſeud. IV. 7. 77.

Contumeliam ſi dices, audies.

Dixit vero ALLATUM & RELLATUM, uti Plautus Capt. IV. 2. 118.

HE. Spondeo.
ER. *At ego tuum tibi adveniſſe filium*, reſpondeo.

Aequitatem rei expreſſit Phaedrus, I. 26. 12.

Sua quiſque exempla debet aequo animo pati.

Ubi vide Interpretes. Adde Senecae Epiſtolam LXXXI. Eſt autem *ferre* & *referre*, quod Graeci φέρειν, ὑποφέρειν, & ἀντιφέρειν, JCti *objicere* & *replicare* vocant. Cic. Orat. pro A. Caecina, 29. *Ego enim sibi* refero. Et paſſim alibi. Mſſ. Bodl. Lipſ. & Graev. cum Donato. QUOD AB IPSO ADLATUM EST, SIBI ESSE ID RELLATUM PUTET. A duobus Mſſ. Pulmanni τὸ ESSE abeſt. Vide porro ad Eun. Prol. 6. & Boecl. ad h. l.

24. PECCANDI QUUM IPSE DE SE FINEM NON FACIT.] Sic Heaut. Prol. 34.

niſi finem maledictis facit.

Mallet Guyetus: QUI IPSE. ſi quid ſollicitandum, legerim, QUEM IPSE, ſubaudi FINEM. Dixit autem DE SE, pro, de ſua parte, quod ad ſe attinet; vel pro, ultro. Doctiſſ. Abr. Wielingius interrogationem facit, ut ſenſus ſit, *Non faciam finem, quum ipſe finem non facit.*

25. ADPORTO NOVAM.] Sic Plaut. Caſ. Prol. 70.

Novum attulerunt.

26. EPIDICAZOMENON.] Ita diſerte eſt in Mſſ. quinque Leidenſibus, Bodl. Graev. Traject. Lipſ. & Boenderm. Donati lectionem praefert Mſ. Mark. & edit. Ven. anni 1490. Quidni vero Terentius, virique nobiles Terentium adjutantes ſciverint verum titulum Fabulae, quam vertebant ex Apollodoro? Eſt igitur hic Antipho Ἐπιδικαζόμενος, h. e. de quo in judicio contenditur inter Demiphonem patrem, & puellam,

Chreme-

Graeci: Latini Phormionem nominant:
Quia primas qui partes aget, is erit Phormio
Paraſitus, per quem res agetur maxume.
Voluntas voſtra ſi ad Poëtam acceſſerit,
Date operam: adeſte aequo animo per ſilentium:

DONATI.

27. Latini Phormionem nominant.] *Φόρμιον* tegiculum dicunt Graeci, quo inſternitur pavimentum: unde [21] Phormio correpta prima ſyllaba apud Apollodorum eſt. Non ergo a *formula*, ut quidam putant, dictum eſt. Ergo inde paraſitus, viliſſimae conditionis homo, nomen accepit.

28. Quia primas partes qui aget.] Primas nunc, maximas. ad actorem enim retulit. [22] *Cicero, Saepe illum, qui eſt ſecundarum aut tertiarum partium.* Phormio parasitus.] Si a *formula* eſſet nomen Comoediae, primam produceremus ſyllabam: ſi a *Phormione*, corripere debemus.

29. Per quem res agetur maxume.] Quia primae partes etiam aliud ſignificant. non ergo nunc primum actum dicit, ſed ſummas partes. Et bene Maxume: quia & per alios.

30. Voluntas vostra si ad Poetam accesserit, date operam.] Si voluntas accesserit: pro, *ſi faveritis.* nove ſic [23] *Voluntatem*, pro favore ponit.

31. Adeste aequo animo.] Favor in Comoedia ſilentium ſpectatoris eſt. Recte ergo addidit per silentium. Aequo animo.] Nunc propoſitio eſt.

OBSERV. IN DONAT.

21. Phormio *correpta prima ſyllaba apud Apollodorum eſt.*] In eandem ſententiam Faernus ſcribit infra II. 1. 77. Sed non video, qui prima in *Φορμίον* corripi ab Apollodoro potuerit. niſi forte levi unius literae metatheſi Phromionem legas. Et ſane idem Guyetus in gloſſis MSſ. ad loc. cit. ſuſpicatur.

22. *Cicero.*] Divin. 15. vide Comment.

23. *Nove ſic voluntatem.*] Lindenbruchius e MSſ. *Nove ſic Cicero voluntatem, pro favore pon t.*

COMMENTARIUS.

Chremetis filiam. Dicitur autem & alia Apollodori fuiſſe Comoedia, Ἐπιδικαζομένη dicta, ſubaudi παρθένος, ejuſdem fere argumenti. Guyetus in gloſſis ineditis ait, videri ſibi hunc Prologum non eſſe Terentii. Quod minime ſuſpicatus fuit Donatus, cujus admodum diligens in eo exponendo eſt induſtria.

28. Primas qui partes aget.] Potiſſimas, primarias. Cic. Divin. 15. *Ut in Actoribus Graecis fieri videmus; ſaepe illum, qui eſt* ſecundarum, aut tertiarum partium, *quum poſſit aliquanto clarius dicere, quam ipſe* primarum, *multum ſummittere, ut ille Princeps quam maxime excellat.* Ubi Aſconius Pedianus notat: *Comoedia quinque Actus habet, hoc eſt, quinquies ducitur in Scenam. Eſt ergo perſona* primarum partium, *quae ſaepius Actu regreditur:* ſecundarum, & tertiarum, *quae minus minuſque procedunt.* Eſtque adeo idem, quod mox dicet, Per quem res agetur maxume. Reſpexit huc Seneca, Epiſt. LXXX. *Saepius hoc exemplo mihi utendum eſt: nec enim ullo efficacius exprimitur hic humanae vitae mimus, qui nobis* partes *has, quas male* agamus, *aſſignat.* Horat. Epiſt. I. 18. 14.

partes *mimum tractare* ſecundas.

Ubi Vetus Commentator: *Primae partes ſunt dictateris, ſecundae mimi, qui refert dicta prioris.* Porphyrio: *Secundarum partium actores omnia ſummiſſe agunt.* Tertias partes infimas nominabant.

29. Res agetur.] Rivius Res geretur defendit, quod eſt in quibuſdam Codicibus. Editio anni 1469. Res geritur. Dicitur autem *agi* potius res in Comoedia, quam *geri.*

30. Voluntas vostra si ad poetam accesserit.] Cic. Fam. IV. 13. Accedit *eodem vulgi* voluntas, *vel potius conſenſus omnium.*

31. Date operam: adeste.] Eun. Prol. 44. Guyetus mallet, Date operam adesse. Quatuor porro ſequentes verſus additițios vocat.

Ne ſimili utamur fortuna, atque uſi ſumus,
Quum per tumultum noſter grex motus loco 'ſt.
Quem actoris virtus nobis reſtituit locum;
Bonitaſque voſtra adjutans, atque aequanimitas.

DONATI.

32. Ne simili utamur fortuna, atque usi sumus,] Ne populum laederet, *fortunam* maluit accuſare.

33. Quum per tumultum noster.] Apparet Hecyram ante Phormionem actam eſſe: cui contigit [24] id quod quaeritur, populum ſubaccuſans. Noster grex motus loco 'st.] *Locus*, eſt diſtributio temporum, quae cuique in ſpectaculum venturo attribuuntur ab Aedilibus. Unde *loco motus* dicitur, qui ſuas horas non obtinuerit inter praecedentes & conſecuturos. Ergo proprie. Sic & [25] *Cicero*, *Loco ille motus eſt, quum eſt ex urbe pulſus.*

34. Quem actoris virtus.] Ubique laudat *actorem*. eſt enim Poëtae utile. Quem actoris virtus.] Qui excluſus toties, animum non abjecerit, ſed perſeveraverit agere. ideo Virtus. Restituit locum.] Bene repetivit Locum, ut *ἀμφιβολίαν* vitaret: ne *quem tumultum* dicere videretur.

35. Bonitasque vostra adjutans, atque aequanimitas.] Bonitas in omnibus generaliter rebus eſt: Aequanimitas in ſpectando. An Bonitas in probandis his, quae bona ſunt, Aequanimitas in ignoſcendis vitiis atque delictis? An *ταυτολογία* eſt? An Bonitas circa omnes: Aequanimitas circa *Terentium*? Bonitasque vostra.] Ne totum actori tribuens, nihil populo praeter culpam reliquiſſe videretur, honoris cauſa hoc addidit. Adjutans.] Sic veteres dicere maluerunt, quam *adjuvans*.

OBSERV. IN DONAT.

24. *Id quod quaeritur.*] Ita vulgo poſt Rob. Stephanum. Sed in Mſſ. Hulſt. Boend. & Lindenbr. ſed & pleriſque edd. veteribus rectius, *Id quod queritur.*

25. *Cicero.*] Catil. II. 1.

COMMENTARIUS.

33. Per tumultum.] Videtur innuere fata Hecyrae, cujus vide Prologum.

Motus loco 'st.] Simpliciter notat, quod alibi dicit, *non tutatus eſt locum; non ſtetit; exactus eſt.* ſed & *loco moveri* eſt vinci. Virg. Aen. VII. 332.

ne noſter honos, infractave cedat
Fama loco.

34. Actoris.] L. Ambivii Turpionis. cujus virtute tandem recepta & commendata eſt. Male Codd. quidam, Auctoris. Hunc autem verſum Guyetus in gloſſis ineditis ex Pſeudoprologo Hecyrae deſcriptum ait; innuens Alt. Prol. verſ. 13. Sequentem autem verſum ex verbis ultimis Prologi Adelph. *Facite, aequanimitas Poëtae ad ſcribendum augeat induſtriam*, formatum ibidem dicit.

ACTUS

Digitized by Google

ACTUS PRIMI

SCENA PRIMA.

DAVUS.

AMicus ſummus meus, & popularis Geta,
Heri ad me venit: erat ei de ratiuncula

Jam-

DONATI.

AMICUS SUMMUS MEUS, ET POPULARIS.] *Quod in omnibus fere Comoediis, in quibus perplexa argumenta ſunt, fieri ſolet, id in hac quoque* Terentius *ſervat: ut* προτατικὸν πρόσωπον, *id eſt: perſonam extra argumentum, inducat: cui dum ob hoc ipſum, quod veluti* [1] *aliena tota Fabula eſt, geſta res narratur, diſcat populus textum* [2] *ex continentia rerum, ſitque inſtructus ad caetera.* AMICUS SUMMUS MEUS, ET POPULARIS GETA.] *In hac Scena, quae docendi atque inſtruendi ſpectatoris cauſa inducitur, mire extrinſecus lepores facetiaeque cernuntur & ſales Comici. Id enim eſt artis Poëticae, ut quum narrationi argumenti detur opera: jam tamen res agi, & Comoedia ſpectari videatur.*

1. AMICUS SUMMUS MEUS, & POPULARIS GETA.] Inſinuatio perſonae ejus, quae inducitur ad audiendum argumentum. Et vide ſervum oſtendi *Davum*: & non oſtendi cujus ſervus ſit. AMICUS SUMMUS MEUS.] Cauſa cur in Scenam procedat Davus. AMICUS.] A voluntate. POPULARIS.] A fortuna. POPULARIS, ejuſdem conditionis [3] gentiſque. [4] *Salluſtius, Popularis ſui ſceleris.* Et POPULARIS, populo amatus, & POPULARIS civis, & POPULARIS humilis, & POPULARIS vilis, e populoque factus: ut ſi quis dicat ſordidum, *popularem civem.* AMICUS SUMMUS MEUS.] Davus extra duas familias inducitur, quae in hac ſunt Fabula, alienus, ac per hoc ignarus, cui narret Geta argumentum.

2. HERI AD ME VENIT.] [5] Apparet, heri fuiſſe nuptias. HERI AD ME VENIT.] Propter cognationem *E* & *I* literarum, non dubitaverunt anti-

OBSERV. IN DONAT.

1. *Aliena tota fabula.*] Forte, *Aliena a tota fabula.*
2. *Ex continentia.*] An, *Et continentiam?*
3. *Gentiſque.*] Ita Rob. Stephanus & Lindenbruchius. Sed Mſ. Boend. & edd. veteres, *Generiſque* Mſ. Hulſt. *Gretiſque.* Mſ. Lind. *Gregiſque.* quomodo forte legendum in Salluſtio.
4. *Salluſtius.*] Bello Catil. 22.
5. *Apparet, heri fuiſſe nuptias.*] Haec abſunt a Mſſ. Hulſt. & Boend. cum pleriſque edd. veteribus ante Lindenbruchium.

COMMENTARIUS.

1. POPULARIS.] Sic Eun. V. 9. 1. Adelph. II. 1. 1. Niſi ratio nominum Davi & Getae obſtaret, poſſet videri συμπατριώτης intelligi. Ita Plautus Poen. V. 2. 77.

Meis conſanguineis nolo te injuſte loqui.
Carthagini ego ſum natus, ut tu ſis ſciens.
HA. O *mi* popularis, *ſalve.* AG. *Et tu, edepol, quiſquis es.*
Et ſi quid opus eſt, quaeſo, dic atque impera,
Popularitatis *cauſſa.*

Fabrini e Donato: *De la medeſima conditione, e fortuna, che ſeno io.* An δημότης intelligitur, & ejuſdem δήμου, ut ſolent magnifice de ſeſe ſervi loqui? Hi & *populares* & *tribules* dicti Romanis.

2. ERAT EI DE RATIUNCULA JAM PRIDEM APUD ME RELLIQUOM PAUXILLULUM.] De tenui

Jampridem apud me relliquom pauxillulum
Nummorum: id ut conficerem, confeci; adfero.
Nam herilem filium ejus duxiſſe audio
Uxo-

DONATI.

antiqui & HERE & HERI dicere, & *mane* & *mani*, & *veſpere* & *veſperi*. ERAT EI DE RATIUNCULA.] Deeſt *nam*: ſed mire ſubtractum eſt. ERAT EI DE RATIUNCULA.] Opportuna diminutio in re ſervili, RATIUNCULA, & PAUXILLULUM. ERAT EI DE RATIUNCULA.] Moraliter intulit, ERAT EI. magis enim faceium & comicum eſt, quum ἀσυνδέτως inſertur, quam ſi diceret, NAM ERAT EI.

3. JAMPRIDEM APUD ME RELLIQUUM.] De argumento ſumitur cauſa colloquii. *Nam debui*, inquit, *Getae*: *&* [6] *ille me exigit, ut muneretur domino ob nuptias factas.* PAUXILLULUM.] Quartus gradus diminutionis, *paulum*, *paululum*, *pauxillum*, *pauxillulum*.

4. ID UT CONFICEREM.] Ἔλλειψις prima. Et CONFICEREM proprie: nam *fieri pecunia* dicebatur. [7] *Salluſtius*, *Quae pecunia ad Hiſpanienſe bellum Metello facta erat.* CONFICEREM.] Quia in promtu non erat. CONFECI. ADFERO.] Beue: [8] quaſi reddendae morae, non habere, cauſa fuerit.

5. NAM HERILEM FILIUM.] Τρόφιμον Graeci dicunt. atque haud ſcio, an Latini quoque *alumnum* dicere [9] poterant, niſi hoc mallent. NAM HERILEM FILIUM EJUS DUXISSE AUDIO UXOREM.] Mire ſe applicat argumento.

OBSERV. IN DONAT.

6. *Ille me exigit, ut muneretur domino.*] Mſ. Boend. & impreſſi veteres, *Illemet exigit, ut numeretur domino.*

7. *Salluſtius.*] In Fragm. Sed in Mſſ. & edd. antiquis eſt, *Marcello*.

8. *Quaſi reddendae morae, non habere, cauſa fuerit.*] Ita pleriſque edd. veteres. Rob. Stephanus: *Quaſi reddendi morae non habere cauſa fuerit.* Mſ. Hulſt. optime: *Quaſi reddendi mora non habere fuerit.* q. d. quaſi τὸ *non habere* fuerit mora reddendi. ſeu, quaſi non reddiderit citius, quia non habuerit.

9. *Poterant.*] Mſſ. Hulſt. & Boend. cum edd. vetuſtis, *Potuerunt*. Lege cum Mſ. Lindenbr. *Potuerint*.

COMMENTARIUS.

nui peculio ſermonem eſſe, & RATIUNCULA, & PAUXILLULUM indicio ſunt. Senſus autem eſt: *Debebam ei nonnihil ex ratione antiqua.* RELIQUUM autem & RELLIQUA κατ᾽ ἐξοχὴν dicuntur, quae rationibus acceptiſque debita remanent, & ſolvenda ſuperſunt. Gr. ἐλλείμματα, λοιπὰ, λοιπάδες. Belg. *Achterſtallige ſchulden.* Gall. *Reſte de compte.* Cic. Att. XV. 15. *Nam cum ex reliquis, quae Nonis Apr. fecit, vel abundare debeam; cogor mutuari.* Et Att. XVI. 3. *Maxime autem me angit* ratio reliquorum *meorum: quae quamquam explicata ſunt; tamen, quod & Dolabellae nomen in iis eſt, & attributione mihi nomina ignota, conturbor.* In quibus verbis ſingulae voces propriae ſunt & elegantes. Eodem ſenſu Cicero Planco, quae epiſtola eſt ad Att. XVI. 16. *Admonuit tamen, ut pecuniam reliquam Buthrotii ad diem ſolverent.* Aelius Spartianus in Hadriano, cap. 7. *Infinitam pecuniam, quae fiſco debebatur, privatis debitoribus in urbe atque Italia, in provinciis vero etiam ex* reliquis *ingentes ſummas remiſit.* Eleganti metaphora Cicero ad officia retulit, Off. I. 18. *Haec igitur, & talia, circumſpicienda ſunt in omni officio: & conſuetudo, exercitatioque capienda, ut boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus; & addendo, deducendoque videre, quae* reliqui *ſumma fiat: ex quo, quantum cuique debeatur, intelligas.* Eadem & *Reſidua* dixerunt. Hinc porro *Reliquari* dicitur & *Reliquator*, qui non perſolvens ex aſſe & integro, *Reliqua* contrahit; ſeu, apud quem Reliqua ſunt. Belg. *Die een reſtant ſchuldig blyft.* Paulus ff. Lib. XXVI. Tit. VII. L. 44. *Reliquationem* dixit. Eadem locutione uſus Plautus Moſtell. I. 3. 141.

Etiam nunc decem minae apud te ſunt: *vel rationem puta.*

Id eſt, Etiam nunc decem minas mihi debes.

4. ID UT CONFICEREM.] Subaudi, monuit me. Cic. Verr. II. 75. *Quantam pecuniam non ſolum*

Uxorem. ei, credo, munus hoc corraditur.
Quam inique comparatum eſt! hi qui minus habent,
Ut ſemper aliquid addant divitioribus.

Quod

DONATI.

6. Ei credo munus hoc corraditur.] Mire. Heri quidem fuerunt nuptiae, ſed adhuc Munus corraditur: quia in nuptiis etiam [10] ſeptimus dies inſtaurationem voti habet, ut in funere nonus dies, quo [11] parentalia concluduntur. Ei credo.] Uxori ſcilicet. Munus hoc corraditur.] Hoc, pecuniae ſcilicet munus erit. Et eſt figura *ἐπεξήγησις*. Credo.] Pro, vere ſcio. Et Ei, an uxori, an abſolute? ut ſit, *ei rei?* Corraditur.] Apta in verbo difficultas. Ut in Adelphis,

Minas decem corradet alicunde.

Et,

Corraſi omnia.

7. Quam inique comparatum est!] Miro *ἰδιωτισμῷ* morem pro lege conqueritur. Comparatum.] Conſtitutum eſt lege. Et, Hi qui minus habent, &, Divitioribus dixit: ne diceret, *ſervi dominis.* vult enim latius patere quod dicit, & generalem eſſe ſententiam. Quam inique comparatum est! hi qui minus habent.] Garrulos ſervos & [12] ſententioſos amat Comoedia: Triſtes & parce loquentes Tragoedia.

8. Ut semper aliquid addant.] Mire, non *Dent*, ſed Addant: & non, *Aliquando*, ſed Semper. Divitioribus.] [13] Pro, *minus pauperibus.*

OBSERV. IN DONAT.

10. *Septimus dies.*] Vide Barth. Adverſ. II. 8.

11. *Parentalia.*] Ita Rob. Stephanus primus videtur ediſſe. In Mſſ. & edd. veteribus varie & corrupte, *mcalia, anncalia, denicalia, enim talia.*

12. *Sententioſos.*] Gloſſarium Iſidori: *Suſurrio, ſenilloſus, bilinguis.* Ubi Scaliger: *Sentioſus*, Sed Graevius ex Papia, *Suſurro, ſententioſus, bilinguis.*

13. *Pro, minus pauperibus.*] Ergo comparativus pro contrario poſitivi, cum minus. Curt. VI. 4. 18. *Mare Caſpium dulcius caeteris, ingentis magnitudinis ſerpentes alit.* Ubi *dulcius* valet *minus ſalſum.*

COMMENTARIUS.

ſolum numeratam, verum etiam hujuſmodi in rebus poſitam, confecerit. Idem in Fragment. ad Caeſarem juniorem: *In ſingulas tegulas impoſitis ſexcentis, ſexcenties* confici *poſſe.* In quibus verbis *ſexcenties* valet, ſexcenties centena millia nummûm. Eodem ſenſu Cic. Att. I. 7. *Quemadmodum Bibliothecam nobis* conficere *poſſis*, h. e. aggerere, aggeſtam dare. Idem & *facere*, & *fieri* dixerunt. Plaut. Pſeud. I. 3. 68.

Jam hercle vel ducentae fieri *poſſunt praeſentes minae.*

Nepos Epam. 3. *Eamque ſummam quum* faceret. Eodem ſenſu Plautus, Epid. I. 2. 19.

Niſi hodie prius comparaſſit *mihi quadraginta minas.*

5 Herilem filium ejus.] Ita dixit, pro, *Heri ejus filium.* Intelligit autem Antiphonem.

6. Munus hoc corraditur.] Vide Adelph. II. 2. 34. Intelligit autem *ἐπαύλια δῶρα.* a quibus nec ſervi immunes erant. Seneca, Benef. VII. 4. *Numquid dubium eſt, quin ſervus cum peculio, domini ſit? dat tamen domino ſuo* munus.

7. Quam inique comparatum est!] Sic Heaut. III. 1. 97. Plaut. Amph. II. 2. 3.

ita cuique comparatum
Eſt in aetate hominum.

Cic. pro A. Cluent. 21. *Jam hoc quoque prope* iniquiſſime comparatum eſt. Eadem locutione dixit Plinius, Paneg. 45. *Porro, non tam* ſiniſtre conſtitutum eſt, *ut, qui malum principem poſſumus, bonum non poſſimus imitari.* Et cap. 46. *Sed quum* ita comparatum ſit, *ut de nullo minus principe querantur homines, quam de quo maxime licet.*

Hi, qui minus habent, ut semper aliquid addant divitioribus.] Deteſtatur hunc morem Philemon, dicens:

Μισῶ πένητα πλουσίῳ δωρούμενον·
Ἔλεγχός ἐστι τῆς ἀχορτάστου Τύχης.
Odi pauperem diviti dantem:
Exprobratio eſt inſatiabilis Fortunae.

Pariter Martialis V. 18. 9.

Quoties amico diviti nihil donat,
O Quinctiane, liberalis eſt pauper.

Quod ille unciatim vix de demenſo ſuo,

Suum

D O N A T I.

9. Quod illa.] Docte ad ſingularem numerum tranſit a plurali. Quod illa.] Redit ad Getam. Unciatim.] [14] Sic veteres, *Multa unciatim*. Cum expenſa pecunia ferretur more veterum: non, ut nunc, annumeraretur: *Aſſis* libra erat: ejuſque partes, *Unciae*. Rurſus unciae unius duodecima pars, *Libella* dicebatur. Merito ergo non per ſingulos ſeſtertios, neque per ſingulos denarios, neque per ſingulos aſſes: ſed id quod ὀνιςβολικῶς minimum fuit, per ſingulas uncias, unciatim dixit. Et [15] *Cicero, Ecquis Volcatio, ſi ſua ſponte veniſſet, libellam unam dediſſet?* Unciatim.] [16] Vix potuit & unciatim & cito conflari peculium. Ut multa pauxillatim, & cito

O B S E R V. I N D O N A T.

14. Sic veteres, *Multa unciatim.*] Locus diſtinctione corruptus. Lego: *Sic veteres multa.* Unciatim.] *Cum expenſa pecunia ferretur.*

15. *Cicero.*] Verr. II. 10.

16. *Vix potuit & unciatim, & cito conflari peculium.*] Lego & diſtinguo: Unciatim vix.] *Potuit & unciatim, & cito conflari peculium.* Atque ita eſt in edd. quibuſdam ante Rob. Stephanum. quando melius cohaerebunt, quae continuo ſubjiciuntur

C O M M E N T A R I U S.

Et V. 81. 1.

Semper eris pauper, ſi pauper es, Aemiliane:
Dantur opes nulli nunc, niſi divitibus.

Uti vero Terentius Divitioribus, ita pariter Martialis, V. 39. 8.

Croeſo divitior *licet fuiſſem,*
Iro pauperior forem, Carme.

Et Cicero Off. II. 17. *Homini divitiſſimo* dixit. Pulmannus tamen ex Mſ. Lovanienſi Ditioribus citat.

9. Unciatim.] Per uncias; atque adeo per minimas ſummulas. Pleraque autem integra *Aſſis* nomine veniebant, dividebanturque in duodecim partes, quarum *Deunx* continebat XI. *Dextans* X. *Dodrans* IX. *Bes* VIII. *Septunx* VII. *Semis* VI. *Quincunx* V. *Triens* IV. *Quadrans* III. *Sextans* II. Uncia I. Haec rurſus diviſa in binas *ſemuncias*, tres *duellas*, quatuor *ſicilicos*, ſex *ſextulas*, quatuor & viginti *ſcriptula*. Ita *pedem* vocabant Aſſem. Cato de Re Ruſt. cap. 18. *Foramina longa* P. III. S. ∹— quod valet, Pedes tres ſemis quadrantem, id eſt, Pedes tres & dimidium, & tres pollices. Tum *Jugerum* inſtar Aſſis diviſum, habens duodetriginta mille & octingentos pedes. Ut adeo Jugeri Semis eſſet 14400. pedum. atque ita deinceps. Uncia igitur Jugeri habens pedes 2400. continet itidem ſcrupula 24. quorum ſingula ſunt decem pedum in longitudinem & latitudinem quadratum, id eſt, quoquoverſum. Varro R. Ruſt. I. 10. Et multa ejus mentio apud Livium. *Sextarii* etiam eadem, quae Aſſis habebatur ratio. Scilicet Amphora ſeu Quadrantal dividebatur in duas urnas, octo congios, duodequinquaginta ſextarios. Hic igitur duodecim continebat cyathos. ut adeo numerus cyathorum infra Sextarium partibus Aſſis deſignaretur. Meminit paſſim Martialis. Porro & *Tempus* inſtar Aſſis diviſum. Plin. Hiſt. Nat. II 14. de Luna: *Lucere dodrantem ſemuncias horarum ab ſecunda adjicientem uſque ad plenum orbem, detrahentemque in diminutionem.* h. e. novem partes horae. Belg. *drie quartier*, & inſuper quartam & viceſimam partem horae; ſeu, novem uncias & dimidiam decimam. Semuncia enim quarta & vigeſima pars Aſſis eſt, h. l. Hora. Cicero Att. I. 14. etiam *Aedificis dodrantem* dicit. Maxime tamen Aſſis ejuſque partium uſus in hereditatibus ſollennis eſt. Ita *ex aſſe heres* eſt, qui integram hereditatem aufert; *ex uncia heres*, qui partem duodecimam. atque ita porro. Hinc denique petita *Uſurarum* nomina. Ita *centeſimae uſurae* erant duodecim nummi annui, pro uſu atque fructu centum nummorum foenore datorum; ſeu quod centeſimo menſe ſortem aequarent uſurae; ſeu quod centeſima pars ſingulis menſibus penderetur. Ergo eaſdem uſuras tamquam Aſſem conſiderarunt. *Unde uſurae deunces*, vel ſimpliciter, *deunces* ſunt, quae undecim dant in centum. Perſ. Sat. V. 149.

Quid petis? ut nummi, quos hic quincunce *modeſto*
Nutrieras, pergant avidos ſudare deunces?

Reſpectu enim *deuncium* modicae modeſtaeque ſunt uſurae *quincunces*, quibus quinque dantur in centum. Cic. Att. IV. 15. *Foenus ex triente*

te

Suum defrudans genium, comparſit miſer,

Id

DONATI.

cito ſiunt maxima. Merito ergo additum eſt Vix. Sed quid ſi & Unciatim, & Vix, & tamen *de lucro* dedit? De demenso suo, inqnit. Quid ſi *ex abundanti*? Suum defrudans genium. Deinde, non *Acquiſivit*, ſed, Comparsit. Et ad poſtremum, Miser; ut iniquitas conſuetudinis, comploratione finiretur. De demenso suo.] Servi quaternos modios accipiebant frumenti in menſem, & id *Demenſum* dicebatur. Et utrum a *menſe*, an a *metiendo*, incertum eſt.

10. Suum defrudans genium.] Ut contra, *Genialia curare* dicitur, qui vivit lautius.

COMMENTARIUS.

te *Idibus Quinct. factum erat* beſſibus. id eſt, duplo majus; *trientes* enim quatuor in centum, *beſſes* octo exigunt. Frequens hujuſmodi locutionis uſus in Digeſtis. Dixit autem, Unciatim comparsit, uti Phaedrus IV. 19. 23. de avaro:

quadrantes aggeras patrimonio.

Et Servius ad Virg. Aen. X. 531.

Argenti atque auri memoras quae multa talenta,
Gnatis parce *tuis*,

notat, ſecundum antiquos, Lucilium & Ennium *parce* eſſe, ſerva. Adi omnino Budaeum, de Aſſe. Feſtus: Comparsit *Terentius pro* compeſcuit *poſuit*. quod abſurdum videtur.

De demenso suo.] Erat hoc frumentum, certa menſura vel pondere dari ſervis ſolitum quot-calendis. Gr. μέτρημα. ἀπομέτρημα. σιτομέτριον. Plaut. Stich. I. 2. 3.

Vos meminiſtis quot-calendis petere demenſum cibum.

In Graecia autem ultimo quoque menſium die. Heſiod. Ἡμερῶν init.

Ἤματα δ' ἐκ Διόθεν πεφυλαγμένος, εὖ κατὰ μοῖραν
Πεφραδέμεν δμώεσσι· τριηκάδα μηνὸς ἀρίστην
Ἔργα τ' ἐποπτεύειν, ἠδ' ἁρμαλιὴν δατέασθαι.
Dies vero ex Jove obſervans, bene ſecundum decorum
Praecipe ſervis; tricoſimam menſis optimam,
Ad opera inſpicienda, dimenſumque dividendum.

Ita capiendus locus Theocriti Idyll. XVI. 34.

Πολλοὶ ἐν Ἀντιόχοιο δόμοις, καὶ ἄνακτος Ἀλεύα
Ἁρμαλιὰν ἔμμηνον ἐμετρήσαντο πενέσται.
Multi in Antiochi domo, & regis Aleuae
Cibum menſtruum dimenſi ſunt famuli.

Plane eo reſpicitur in Evang. Lucae, XII. 42. *Εἶπε δὲ ὁ Κύριος· Τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς οἰκονόμος καὶ φρόνιμος, ὃν καταστήσει ὁ Κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ, τοῦ διδόναι ἐν καιρῷ τὸ σιτομέτριον;* De menſura non convenit. Donatus *quaternos modios* memorat. Seneca, Epiſt. LXXX. *Servus eſt, quinque modios accipit:* Unde vel alter ex altero corrigendus, vel ratio temporis habenda. Heſychius nihil definit, vocans *τεταγμένον μέτρον.* v. *Σιτομετρούμενον.* Et Suidae *Σιτομετρεῖν* eſt *τὸ σῖτον παρέχειν. καὶ Σιτομέτριον, ἡ σιτοδοσία.* Budaeus in Commentariis Linguae Graecae laudat verba Plutarchi: *Σιτομετροῦνται δὲ οἱ μὲν πεζοὶ, πυρῶν Ἀττικοῦ μεδίμνου δύο μέρη, μάλιστά πως, οἱ δ' ἱππεῖς κριθῶν μὲν ἑπτὰ μεδίμνους εἰς τὸν μῆνα, πυρῶν δὲ δύο.* Ergo & militibus *demenſum* datum. Leg. XII. Tabb. *Si volet, ſuo vivito. ni ſuo vivit, qui eum vinctum habebit, libras farris indies dato.* Lepidus in Orat. apud Salluſt. Fragm. *Populus Romanus paullo ante gentium moderator, exutus imperio, gloria, jure, agitandi inops, deſpectusque, ne* ſervilia *quidem* alimenta *reliqua habet.* Juvenal. XIV. 126.

Servorum ventres modio *caſtigat* iniquo,
Ipſe quoque eſuriens.

Liv. IV. 12. *Venderet, quod uſui menſtruo ſupereſſet, fraudandoque parte diurni cibi ſervitia.* De diurno autem demenſo *τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον* accipiunt H. Grotius & Joh. Clericus. Alia porro erant Cibaria Urbana, alia Ruſtica. Servos etiam frugi pluſculum prae reliquis accepiſſe credibile eſt. Aelius autem Spartianus in vita Hadriani, cap. 7. etiam Senatoribus plerisque egenis in diem vitae ſuae *demenſum* ſine dilatione praeſtitum refert. Tranſlate uſi Plautus & Cicero. Ille Menaechm. Prol. 14.

Nunc argumentum vobis demenſum dabo,
Non modio, neque trimodio; verum ipſo horreo.
Tantum ad narrandum argumentum adeſt benignitas.

Hic Oratore, cap. 12. *Palam elaboratur, ut verba verbis quaſi* demenſa, *& paria reſpondeant.* Vide porro Parei Electa Plautina, Tit. *Servorum.*

10. Suum defrudans genium.] Ita praeter Codd. numero plurimos etiam Nonius Marcel-

lus

Id illa univerſum abripiet: haud exiſtumans
Quanto labore partum. porro autem Geta
Ferietur alio munere, ubi hera pepererit:

Porro

DONATI.

11. Id illa.] Nupta ſcilicet. Universum abripiet.] Contra illud quod Unciatim dixerat. Universum abripiet.] Magna virtus pene in ſingulis ſyllabis: contra illud quod ait ille, illa retulit: contra unciatim, vix, & de demenso suo, universum. Contra id quod ait, Munus corraditur, Abripiet. Contra, Suum defrudans genium, &, comparsit miser, Haud existumans quanto labore partum. Haud existumans.] Haud existumans, vel intelligens, vel recogitans, ac reputans. Haud existumans.] Pro, aeſtimans. [17] *Salluſtius, Si, Quirites, pacem exiſtimaretis.*

12. Quanto labore partum.] Hoc ſic pronuntiandum eſt, quaſi nunc ei venerit in mentem ſaepius paſſurum Getam, quod ſemel tolerare graviſſimum judicaverit. Quanto labore.] Ut,

[18] *Relliquias Troja ex ardente receptas.*

Partum.] Proprie dicitur Partum, de eo quod labore quaeſitum eſt: quia nullus partus ſine dolore eſt ac labore. Porro autem Geta ferietur.] Ad paupertatem retulit Ferietur. nam & damnum *plaga*: & res, *ſanguis* noſter dicitur.

13. Ferietur alio munere.] Significanter, non *Fungetur* munere, ſed Ferietur, dixit. Ferietur alio munere.] Ex conſuetudine, Ferietur. [19] Nam & *plagam*, damnum: & ſumtum, *ſanguinem* noſtrum dicimus. Ubi hera pepererit.] Quae ſupra illa dicta eſt.

OBSERV. IN DONAT.

17. *Salluſtius.*] In Oratione Macri Licinii, Trib. pl. ad Plebem. ubi legendum: *Si, Quirites, parum exiſtumaretis, quid inter jus a majoribus relictum vobis, & hoc a Sulla paratum, ſervitium intereſſet, multis mihi diſſerendum fuiſſet.* Sed & τὸ *Parum* eſt in MSſ. Hulſt. & Lindenbr.

18. *Relliquias*] Virg. Aen. VII. 244.

19. *Nam & plagam, damnum: & ſumtum, ſanguinem noſtrum dicimus.*] Haec abs quovis alio Grammatico repetita e ſuperioribus videntur.

COMMENTARIUS.

lus citat, addens illud Lucilii, Lib. XXIIII. 18.

Cures aegrotum, ſumtum homini praebeat, Genium ſuum defrudet, alii parcat.

Et antiquius videtur quam quorundam Librorum Defraudans. id eſt, cibum ſibimet ſubducens. Plaut. Aul. IV. 9. 14.

egemet me defraudavi,
Animumque meum, geniumque *meum.*

Truc. I. 2. 81.

iſti, qui cum Geniis ſuis belligerant, parcipromi.

Phaed. III. 15. 8. de ove:

Fraudatque natos lacte, ne deſit mihi.

De *Geniis* vide quae erudite congeſſit Barthius, Adverſ. LII. 12.

11. Abripiet.] Codices quidam, Arripiet.

12. Quanto labore partum.] Editio anni 1469. Quanto labore sit partum.

13. Ferietur alio munere.] Cum hoc loco componit Lambinus illa Plauti, Trin. II. 1. 19.

ibi illa pendentem ferit.

Q. d. mulctat munere. Propertius III. 3. 49.

Ut per te clauſas ſciat excantare puellas,
Qui voles auſteros arte ferire *viros.*

Horat. Serm. II. 1. 60.

ô puer, ut ſis:
Vitalis metuo, & majorum ne quis amicus
Frigore te feriat.

Feritur igitur munere, non qui accipit, ſed qui invitus dat, damnum patitur. quod Belgae eodem ſenſu *een ſlag* vocant. Pro eodem & *Tangere* & *Tangi* dicebant, argento, minis, & ſimili

Porro autem alio, ubi erit puero natalis dies:
Ubi initiabunt. omne hoc mater auferet:

Puer

DONATI.

14. PORRO ALIO AUTEM.] [20] ET ALIO, quod dicit, pro multis pronuntiandum eſt. UBI ERIT PUERO NATALIS DIES.] [21] Cum adjectione temporis, cujuſlibet NATALIS DIES melius dicitur: ut *natalis locus*, &, *natale aſtrum.* ſed [22] *Virgilius*, ſerviens perſonae ruſticae,

meus eſt natalis, Iola,

inquit: nec addidit, *Dies.*

15. UBI INITIABUNT.] Hoc vultuoſe pronuntiandum. UBI INITIABUNT.] Ut quidam, *cibo & potu:* ut quidam, *ſacris.* UBI INITIABUNT.] [23] Legitur apud *Varronem*, *initiari* pueros Eduliae, & Poticae, & Cubae, Divis edendi, & potandi, & cubandi: ubi primum a lacte & a cunis tranſierunt. quod [24] *Virgilius*,

Nec Deus hunc menſa, Dea nec dignata cubili eſt.

Hoc adnotavit *Probus*. Sed *Terentius Apollodorum* ſequitur. apud quem legitur, in inſula Samothracum, a certo tempore pueros *initiari*, more Athenienſium; quod, ut in Palliata, probandum eſt magis. UBI INITIABUNT.] Hoc ſic inferendum eſt: non quaſi hoc ſolum ſit, ſed quaſi defatigatus ſit enumerando occaſiones dandorum munerum. OMNE HOC MATER AUFERET.] Hoc retulit ad offerentis irriſionem, qui putat ſe puero dare. MATER AUFERET.] An nutrix? an vera mater?

16. PUER CAUSA ERIT MITTUNDI.] Proprie dixit MITTUNDI, de muneribus.

OBSERV. IN DONAT.

20. *Et ALIO.*] Senſus poſtulat ut legatur, ALIO & ALIO.

21. *Cum adjectione temporis, cujuſlibet* NATALIS DIES *melius dicitur.*] Locus diſtinctione laborat. Videtur ſcripſiſſe Donatus: UBI.] *Cum adjectione temporis cujuſlibet.* NATALIS DIES.] NATALIS DIES *melius dicitur, ut, natalis locus, &, natale aſtrum.*

22. *Virgilius.*] Ecl. III. 76.

23. *Legitur apud Varronem.*] Nonius e Catone laudat: *Cum primores cibo & potione initiarent pueros, ſacrificabantur ab edulibus Eduliae, & a potione Potinae nutrices. Ita cum ſare inciperent, Fabulino, cum ſtare, Statulino.*

24. *Virgilius.*] Ecl. IV. 63.

COMMENTARIUS.

mili re. Vide Parei Lex. Plaut.

UBI HERA PEPERERIT.] Quinto nimirum a partu die κειμήλια mittebantur puerperis & obſtetricibus. Dies is ἀμφιδρόμια dictus. Vide Scholia ad Ariſtoph. *Av.* 758.

14. UBI ERIT PUERO NATALIS DIES.] Tangit morem Martialis, VIII. 64. 1.

Ut poſcas, Clyte, munus, exigaſque,
Uno naſceris octies in anno.
Et ſolas, puto, treſve, quattuorve
Non natalitias habes Calendas.

Et IX. 54. 1.

Natali *tibi, Quincte, tuo* dare *parva volebam*
Munera. *tu prohibes: imperioſus homo es.*

Ovid. Amor. I. 8. 93.

Cum te deficient poſcendi munera *cauſae,*
Natalem *libo teſtificare tuum.*

Vide, quae de celebratione diei natalis apud pluſculas gentes conlegit Marcellus Donatus ad Suet. Tib. 5. Adde Turneb. Adverſ. III. 6.

15. UBI INITIABUNT.] Eugraphius: UBI INITIABITUR. Cui *initiare* eſt ad cibum infantem inſtruere; qui & ipſe NATALIS quodammodo DIES eſt. de cujus rei ſolennibus vide Scholia Ariſtoph. & Turneb. Adverſ. loc. cit. Caſaub. ad Perſ. Sat. II. 31. Alex. ab Alex. Genial. dier. II. 25. Idem autem mos etiam nunc in Imperio Turcico obſervatur, Praeſidibus provinciarum munera ad aulam mittentibus, quo die filius Imperatoris circumciditur.

OMNE HOC MATER AUFERET.] Mſ. Boend. cum edd. Ven. & Tarviſ. OMNIA HAEC. Cum ſtomacho dixit. quemadmodum Parmeno de Thaide, Eun. I. 1. 35.

Nam quod nos capere oportet, haec intercipit.

Dubium autem nullum eſt, quin ipſa genitrix intelligatur, non nutrix; licet utraque *matris* nomine veniat. Plaut. Menaechm. Prol. 19.

Ita forma ſimili pueri, uti mater ſua
Non internoſſe poſſet, quae mammam dabat;
Neque adeo mater ipſa, quae illos pepererat.

Puer cauſa erit mittundi. Sed videon' Getam?

DONATI.

Sed videon' Gatam?] Locuturum oſtendit Getam. Sed videon' Getam?] Apparet Poëtam nihil putaſſe amplius addendum, ad inſinuandam populo perſonam Davi: & ideo jam induxit exeuntem Getam, ut ſit cauſa commutandae orationis.

COMMENTARIUS.

16. Puer causa erit mittundi] Manifeſto Causa h. l. eſt πρόφασις, ſeu praetextus. Sic Hec. I. 2. 5. Mittundi autem verbo de muneribus vel ſexcenties unus Martialis eſt uſus. quod obſervationem Donati firmat.

Sed videon' Getam?] Haec abeſſe a Mſ. Lovan. teſtis eſt Pulmannus.

ACTUS PRIMI

SCENA SECUNDA.

Geta. Davus.

Ge. Si quis me quaeret rufus. *Da.* Praeſto eſt; deſine.
Ge. Oh!

At

DONATI.

Si quis me quaeret rufus.] *Mire Poëta deſideratum Getae oſtendit Davum.*

1. Si quis me quaeret rufus.] De ipſo loquitur, a quo reddi ſibi debitum ſperat. Si quis me quaeret rufus.] Α'ποσιώπησις ſecunda. nam apparet plura dicturum fuiſſe. Praesto est; desine.] Tertia perſona de ſe loquens uſus eſt: [1] quia ille nominativum praetulit.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Quia ille nominativum praetulit.*] Ita Rob. Stephanus, & Lindenbruchius. ſed Mſſ. Hulſt. & Boend. cum edd. vetuſtis rectius: *Quia tale nomen praetulit.* Niſi quod editio Antverpienſis, anni 1546. tuetur lectionem vulgatam.

COMMENTARIUS.

1. Rufus.] Pluſcula ſervorum *ruforum* exempla in Comoediis reperias. Apud Plautum, Aſin. II. 3. 20. Saurea Atrienſis dicitur *rufulus*. Pſeud. IV. 7. 120. ipſe Pſeudolus *rufus* vocatur. Willichius in *Rufi* vocabulo φυσιογνωμονικὸν eſſe autumat, ſervumque malitioſum ſubindicari. Quod vero noſtris moribus is color inviſus eſt, id olim aliter obtinuit, praeſertim apud Pictos. Geta autem domo egrediens quemdam e conſervis adloquitur. Et plura dicturus erat, vel, *ſe a me quaeri*. vel, *modo exiſſe, confeſtim reverſurum dicito*, vel ſimile; quum interim ipſe Davus ille Rufus praeſto eſt.

Desine.] Elegantem uſum habet in re jam explo-

At ego obviam conabar tibi, Dave. *Da.* Accipe. hem!
Lectum eſt: conveniet numerus, quantum debui.
Ge. Amo te, & non neglexiſſe, habeo gratiam.

Da.

DONATI.

2. AT EGO OBVIAM CONABAR TIBI, DAVE.] CONABAR, abſolute. An ἔλλειψις eſt, ut deſit *ire?* Et eſt adverbium loci OBVIAM. ACCIPE.] Praevenit petitionem, dicendo ACCIPE: & hoc cum geſtu offerentis dicitur. Et hoc eſt quod ait, CONFECI. AFFERO.

3. LECTUM EST.] Abſolute. nam non dicit quid: utrum debitum, an argentum lectum. *Lucilius, Lecti omnes: Atticon hoc eſt.* LECTUM EST: CONVENIET NUMERUS.] Ordinem ſervavit. prius enim qualitas, deinde numerus pecuniae ſpectari ſolet. LECTUM EST: CONVENIET NUMERUS, QUANTUM DEBUI.] Quippe tribus modis debitum pecuniarum ſolvitur. penſione, ACCIPE. ſpectatione, LECTUM EST. numero, CONVENIET NUMERUS, QUANTUM DEBUI. LECTUM EST.] LECTUM, bonum, vel ſplendidum: Ut,

ˀ arma Sereſtus
Lecta refert humeris.

Quamvis quidam putant, *Lecta*, ab eo quod eſt *lego*, dictum. QUANTUM DEBUI.] Pro, *debitum tibi a me eſt.*

4. AMO TE, ET NON NEGLEXISSE, HABEO GRATIAM.] Amat, quod reddiderit pecuniam: agit gratias, quod diligenter. Et quare? utrum quia creditum non fefellerit? an quia lectum attulerit, & numero congruenti. Et recte dixit: nam ⁴ redhibitio debiti hoc agit, ut etiam gratias agamus. AMO TE, ET NON NEGLEXISSE, HABEO GRATIAM.] Hoc pro gratiarum actione ponitur: & oſtenditur vere, neceſſariam fuiſſe pecuniam. NON NEGLEXISSE.] In Andria, *Et id gratum fuiſſe advorſum te, habeo gratiam.*

OBSERV. IN DONAT.

2. *Arma.*] Virg. Aen. X. 541.

3. *Quia creditum non fefellerit?*] Lindenbruchius ex Mſ. reſtituere ſe ait *conditum*. quomodo dudum ante exhibitum in edd. Antverp. Baſileenſi 1548. & Rob. Stephani. Mſſ. Hulſt & Boend. cum edd. quibuſdam veteribus, *dictum*.

4. *Redhibitio.*] *Non convenit hoc vocabulum* mutuo, *& in jure proprium eſt venditioni, quae reſolvitur. Vide P. 21. D. de Aedil. Ed. & Feſt. h. v. quare arrideret magis* Redditio, *ſi per Codd. liceret.* Abr. Wielingius. Eſt autem *Redditio* in edd. Antverp. Baſileenſi, Argent. Rob. Stephani, Mſ. Boend. & edd. Venetae, & Argent. *Redditio debita.*

COMMENTARIUS.

explorata. Sic Eun. II. 3. 56.

2. OBVIAM CONABAR TIBI.] Eidem ellipſi inſerviunt *cogito*, *paro*, *meditor*, cetera.

ACCIPE. HEM! LECTUM EST.] Haec nummos offerens Davo dicit. Plautus Pſeud. IV. 7. 50.

Accipe: hic ſunt quinque argenti lectae numeratae minae.

Videtur autem id velle, argentum eſſe integrum, non adulterinum, ſed juſti ponderis & pretii, quale *commodum* dici, Nonius auctor eſt. Gall. *toutes eſpeces choiſies.* Sed & ita accipi volunt illa Plauti, Rud. V. 2. 31.

Talentum argenti commodum *magnum inerat in crumina.*

Aſin. III. 3. 135.

Viginti argenti commodas *minas.*

Quos mox verſu 144. *bonas* vocat. Certe quidem nummos novos non optimos fuiſſe, Plautus indicat, Caſ. Prol. 9.

nunc novae quae prodeunt, Comoediae,
Multo ſunt nequiores, quam nummi novi.

Ceterum, ſi de bonitate argenti dubitaretur, *nummulario praeſente comprobandum erat*, nequamne eſſet & adulterinum, an probum. Apulej. Metam. 10. Quo & reſpexit Menandri illud:

Ἀλλ' ἐπὶ τράπεζαν μὲν φέρειν τὴν προῖχ' ἵνα
Εἴτ' ἀργύριον καλόν ἐστ δοκιμαστὴς ἴδῃ.

Hos δοκιμαστὰς dictos *Spectatores pecuniae* teſtatur Donatus in Eunuch. III. 5. 18.

3. CONVENIET NUMERUS, QUANTUM DEBUI.] Ἀνακόλουθον, pro, Nummi, quos affero, numero convenient iis, quos tibi debui. Gall. *Le compte ſe trouvera juſte.* Eodem ſenſu Cic. Att. V. 21. *Rationes conferatis. aſſulant; ſubducunt; ad nummum* convenit.

4. AMO TE.] Formula gaudentis ob dictum aut factum alterius. Plaut. Caſ. II. 2. 14. ubi Cleoſtrata dixiſſet Murrhinae.

Vicinam neminem amo *merito magis, quam te:*
Nec qua cum plura ſunt mihi, quae ego velim,

Da. Praeſertim ut nunc ſunt mores: adeo res redit:
Si quis quid reddit, magna habenda 'ſt gratia.
Sed quid tu es triſtis? *Ge.* Egone? neſcis, quo in metu, &
Quan-

DONATI.

5. PRAESERTIM UT NUNC SUNT MORES.] Sic & illud dictum eſt, *namque hoc tempore*

Obſequium amicos, veritas odium parit.

Quia conſuetudinis imago eſt, vituperare praeſentia. ADEO RES REDIT.] [5] Figurate, pro, *ita loqueris*, ADEO RES REDIT, dixit. Et proprie, *Rediſſe res*, dicitur, quum aliquid [6] pejus exſpectatione contigit.

6. SI QUIS QUID REDDIT, MAGNA HABENDA 'ST GRATIA.] Id eſt, [7] *etſi rem non magnam, tamen magna habenda eſt gratia*: hoc enim ſignificat, QUID REDDIT. SI QUIS QUID REDDIT.] Qui hoc interrogative pronuntiaverit, parum belle explicat conceptam ſententiam. HABENDA 'ST GRATIA.] Deeſt, *ei*.

7. SED QUID TU ES TRISTIS?] Hic admonemur omnem ab initio ſermonem Getae, quaſi ſatagentis & anxii, [8] pronuntiare, accommodatis praeſertim ad vultum verbis. Nam &,

Si quis me quaerit:

Et,

At ego obviam conabar tibi, Dave.

Et,

Amo te, & non neglexiſſe, habeo gratiam:

In ſe quoddam contractioris animi occupatique ſignum habent. SED QUID TU ES TRISTIS?] SED particula, tranſitum ſignificat ad mentionem alterius rei. SED QUID TU ES TRISTIS? EGONE? NESCIS, QUO IN METU.] Deſcenſus ad argumentum ab eo ſermone, qui extrinſecus a Poëta informatus eſt, jam maniſeſte apparet. EGONE? NESCIS, QUO IN METU.] Ὑπόθεσις Comoediae, ne nuda appareat ὑπόθεσις. NESCIS, QUO IN METU, ET QUANTO IN PERICULO SIM.] Pronuntiantis & interrogantis eſſe poteſt. NESCIS, QUO IN METU.] Duae perturbationum bigae ſunt: a malo una, ex cupitis altera. Ergo a mali bigis, praeſentis temporis periculum eſſe dicimus, & futuri metum. NESCIS, QUO IN METU.] Pronuntiative magis quam percontative efferendum eſt. ſic enim ſolemus de magnis rebus dicere. NESCIS, QUO IN METU, ET QUANTO IN PERICULO SIM.] Vix alterum ſuſtineri poteſt eorum, quae utraque poſuit nunc, & *metum* & *periculum*.

OBSERV. IN DONAT.

5. *Figurate, pro, ita loqueris.*] Haec abſunt a Mſ. Hulſt.
6. *Pejus exſpectatione.*] Vide infra ad I. 4. 24.
7. *Etſi rem non magnam.*] Forte, *Etſi ob rem non magnam.*
8. *Pronuntiare.*] Ita Rob. Steph. & Lindenbr. ſed Mſſ. Hulſt. & Boend. cum pleriſque edd. veteribus, *pronuntiari.*

COMMENTARIUS.

reſpondet Murrhina:

Amo te.

Poen. I. 2. 42.

AN. *Quieſco.* AD. *Ergo* amo te.

Uti ergo *amabo te* eſt rogantis, ita AMO TE gratias agentis. Cic. Att. I. 3. Te multum amamus, *quod ea* (ſigna) *abs te diligenter, parvoque curata ſunt.* Vide ad Eun. I. 2. 106.

NON NEGLEXISSE.] Codices quidam Mſſ. & impreſſi, NON NEGLEXISSE TE.

5. UT NUNC SUNT MORES.] Videtur NUNC MORES dixiſſe, pro, hodierni mores. Sic Plaut. Trin. IV. 3. 21. ubi dixiſſet Staſimus,

Utinam veteres mores, veteres parſimoniae
Potius majori honori hic eſſent, quam mores mali,

Subjicit, 25.

Nam nunc mores *nihil faciunt, quod licet, niſi quod lubet.*

Idem *nunc hominum mores* dixit Perſ. III. 1. 57. Homericum eſt Νῦν βροτοί. Vide ad And. I. 2. 18.

6. SI QUIS QUID REDDIT, MAGNA HABENDA 'ST GRATIA.] Rationem dat Plautus, Trin IV. 3. 44.

Si quis mutuom quid dederit, fit pro proprio perditum.

Cum

Quanto in periclo ſimus. *Da.* Quid iſtuc eſt? *Ge.* Scies:
Modo ut tacere poſſis. *Da.* Abi ſis, inſciens:
Cujus tu fidem in pecunia perſpexeris,
Verere verba ei credere? ubi quid mihi lucri eſt,

Te

DONATI.

8. QUID ISTUC EST?] Fac hunc ſcire: & narrandi non erit locus. Neceſſario igitur ignarus inducitur Davus.

9. MODO UT TACERE POSSIS.] UT, pro, *ne non.* quod ſi eſt, ſubaudiendum eſt *Vide*, aut quid tale. MODO UT TACERE POSSIS.] Vere argumentum eſt, celari id, quod Antipho non coactus, ſed volens duxit uxorem. MODO UT TACERE POSSIS.] MODO, pro, *tantummodo*: ut,

** modo Juppiter adſit.*

ABI SIS, INSCIENS.] Nunc pro *inſcito* poſuit. vel *Inſcientem* modo *ſtultum* dicit, alias *ignarum*.

10. CUJUS TU FIDEM IN PECUNIA PERSPEXERIS.] Sententioſe dixit: quaſi in omnibus credendum ſit, ſervaturum fidem eſſe eum, qui in pecunia ſervaverit. Et hoc ideo interpoſuit, ne longus eſſet, dum ſuadet ut dicat: quemadmodum in aliis Fabulis. CUJUS TU FIDEM IN PECUNIA PERSPEXERIS.] Proprie locutus eſt de PECUNIA, & FIDEM dicendo, & CREDERE. Nam *fides*, eſt eorum, quibus datur: *Creditores* dicuntur ipſi qui dant. IN PECUNIA.] A majore ad minus. PERSPEXERIS.] Non *Inſpexeris*: ſed PERSPEXERIS, quod plus eſt, dixit.

11. VERERE VERBA EI CREDERE?] VERBA cum pronuntiatione dicit, ut oſtendat, multum diſtare inter *pecuniam* & VERBA. UBI QUID MIHI LUCRI EST, TE FALLERE?] Ab utili conjectura. Et bene: quia ſervus nihil de honeſto dicit. UBI QUID.] Significantius dixit QUID, quam ſi diceret, *nihil*.

OBSERV. IN DONAT.

9. *Modo.*] Virgil. Aen. III. 116.

COMMENTARIUS.

Cum repetas, inimicum amicum beneficio invenis tuo.
Si mage exigere cupias, duarum rerum exoritur optio:
Vel illud, quod credideris, perdas; vel illum amicum amiſeris.

Vide Phaed. I. 19. cujus Fabulae etiam meminit Juſtinus, XLIII. 4. Eundem morem tangit Juvenalis, Sat. XIII. 60.

Nunc, ſi depoſitum non inficietur amicus,
Si reddat veterem cum tota aerugine follem,
Prodigioſa fides, & Tuſcis digna libellis;
Quaeque coronata luſtrari debeat agna.

Hanc tamen fidem in Chriſtianis laudat Plinius, Lib. X. epiſt. 97. Dixit vero Juvenalis, *veterem cum tota aerugine follem*, pro ſacculo, condendis nummis. Sic Plaut. Aul. II. 4. 23. de avaro:

Quin cum it dormitum, follem ſibi obſtringit [ob gulam

Scilicet ob metum a furibus. In publicum vero prodeuntibus crumenam cum nummis de collo ſuſpendere mos erat. Vide Gronovii Diatriben ad Stat. cap. 27.

7. QUO IN METU, ET QUANTO IN PERICLO SIMUS.] Mſ. Traject. QUO IN METU, ET IN QUANTO PERICLO SIM. Ita & Mſ. Boend. ſed additum, EGO. Leidenſes varie, SIM, SUMUS, SIMUS. Mſſ. Graev. & Bodl. ut edidi. Mſ. Lipſ. SCIS, QUO IN METU, ET QUANTO IN PERICULO SIMUS? Quomodo & ex Mſ. Lovan. citat Pulmannus. Idem ex Codd. Xanthenſi & Uratiſlavienſi laudat, SUMUS MODO. Impreſſi itidem varie. Juntae: NESCIS, QUO IN METU, ET QUANTO IN PERICULO SIM? Ita & Mſſ Mark. Donat. Rob. Stephanus, & Aldus, ſed ſine interrogationis nota. Alii aliter.

9. MODO UT TACERE POSSIS.] Ita ſolebant cavere, ſecretum commiſſuri. Eun. I. 2. 21.

ABI SIS, INSCIENS.] Formula molliter reprehendentis. q. d. Belgice: *Loop, gek!*

11. LUCRI.] Mſ. Mark. LUCRUM. Vide infra II. 1. 16.

Te fallere? *Ge.* Ergo auſculta. *Da.* Hanc operam tibi dico.
Ge. Senis noſtri, Dave, fratrem majorem Chremem
Noſtin'? *Da.* Quidni? *Ge.* Quid? ejus gnatum Phaedriam?
Da. Tamquam te. *Ge.* Evenit, ſenibus ambobus ſimul
Iter

DONATI.

12. ERGO AUSCULTA.] ERGO nunc, velut increpatio tarde facientis eſt. Quia hic igitur obloquendo impediverat narraturum, ERGO dixit. Sic [10] *Virgilius*,

Ergo age, chare pater, cervici imponere noſtrae.

HANC OPERAM TIBI DICO.] Auſcultandi ſcilicet & audiendi. HANC OPERAM TIBI DICO.] Plus eſt DICO, quam *do*. *Dicatur* perpetuo: *Datur* ad tempus.

13. SENIS NOSTRI, DAVE, FRATREM MAJOREM.] Dicendo SENIS, oſtendit & adoleſcentem ſe dominum habere. dicendo NOSTRI, oſtendit eſſe & alienum. dicendo FRATREM, non unum eſſe monſtravit. dicendo MAJOREM, etiam minoris fecit indicium. Sic argumenti partem maximam nondum narrans, jam in ipſa interrogatione tranſegit. Haec autem omnia propter populum ſic aguntur. Ideo ille, QUIDNI, dixit, ne ſit opus pluribus verbis. SENIS NOSTRI, DAVE, FRATREM.] Mirum compendium narrationis. quaſi per interrogationem fecit, ne ex alto repeteret. Sic [11] *Virgilius*:

Fando aliquid, ſi forte tuas pervenit ad aures,
Belidae nomen Palamedis, & inclyta fama.

Et,

Noſtin' hanc, quam amat frater?

In Eunucho.

14. QUID? EJUS GNATUM PHAEDRIAM?] Non dixit, QUID? PHAEDRIAM? ſed addidit, EJUS GNATUM: ut magis docere, quam interrogare videretur. QUID? EJUS GNATUM PHAEDRIAM?] Deeſt *noſti*.

15. TAMQUAM TE.] O varietas: QUIDNI? TANQUAM TE. EVENIT, SENIBUS AMBOBUS SIMUL ITER.] Non, EVENIT ITER: ſed, EVENIT ITER UT ESSET. SIMUL.] Uno tempore.

OBSERV. IN DONAT.

10. *Virgilius.*] Aen. II. 707.

11. *Virgilius.*] Aen. II. 81.

COMMENTARIUS.

12. HANC OPERAM TIBI DICO.] Sic Plaut. Bacchid. IV. 9. 72.

ubi lubet, recita: aurium operam tibi dico.

Pſeud. I. 5. 146.

PS. *Sed te volo*
Domi uſque adeſſe. SI. *Quin* tibi hanc operam dico.

Locutione a rebus ſacris deſumta, quae proprie *dicari* & *dedicari* dicuntur. Mſ. Graev. & edit. anni 1469. TIBI DABO. Eandem lectionem e Mſſ. Xanthenſi & Uratiſlavienſi citat Pulmannus, e Lovanienſi, TIBI DO. Plautus Mil. IV. 1. 7.

Immo omnes res poſteriores pone, atque operam do tibi.
Loquere: aures meas profecto dedo in ditionem ſuam.

15. TAMQUAM TE.] Sic Plaut. Trin. IV. 2. 68.

Vide homo, ut hominem noveris. SY. Tamquam me.

Vult igitur, ſe probe de facie noviſſe ſenis fratrem. de moribus & indole alia res eſt. Sic Heaut. I. 1. 53.

EVENIT, SENIBUS AMBOBUS SIMUL ITER, ILLI IN LEMNUM UT ESSET, NOSTRO IN CILICIAM, AD HOSPITEM ANTIQUOM.] Ita diſtinguo eum Aldo, & Dacieria, ut τὸ EVENIT abſolute dicatur, & ſenſus ſit, *Evenit, ut ambobus ſenibus ſimul iter eſſet.* Reliquae editiones varie diſtinxerunt, paucae ad hunc ſenſum. Rationem vero itineris non addit, neque enim noverat. infra autem manifeſtabitur, V. 8. 15. ſeqq. de *Hoſpitalitate* autem ejuſque *teſſera* vide Tomaſ.

17. PER EPISTOLAS.] Mſſ. Mark. & Boend. PER EPISTOLAM. Quomodo & Priſcianus Lib. X. & XIX. citat, & ex uno Mſ. Pareus.

18. PELLEXIT.] Mſ. Graev. PERLEXIT. A *pelli-*

Digitized by Google

Iter, illi in Lemnum ut eſſet, noſtro in Ciliciám,
Ad hoſpitem antiquom. is ſenem per epiſtolas
Pellexit, modo non montes auri pollicens.
Da. Cui tanta erat res, & ſupererat? *Ge.* Deſinas:

Sic

DONATI.

16. Illi in Lemnum ut esset.] Recte tacetur, cur Chremes ierit: & dicitur cur Demipho. utrumque pro argumento eſt.

17. Ad hospitem antiquom.] Sic [12] *Virgilius*,

veterem Anchiſen cognovit amicum.

Hoc autem addidit, ut eſſet idonea cauſa navigandi ſeni. Senem per epistolas pellexit.] Epistolas dicendo, oſtendit eum non ſemel ſcripſiſſe. Pellexit.] Induxit. Sic [13] *Virgilius*,

pellacis Ulyſſei.

18. Modo non montes auri pollicens.] Proverbialis ὑπερβολὴ facta per exceptionem, aut per ſuperlationem, aut aequam collationem. Ejuſmodi eſt illud Demoſthenis, μόνον οὐχὶ φωνὴν ἀφιείς. Modo non montes auri.] [14] *Salluſtius*, *Maria monteſque polliceri coepit.* Modo non montes auri pollicens.] More veterum: quia hoſpites hoſpitibus multa donabant.

19. Cui tanta erat res.] Cui, dativus caſus eſt. *Dominene tuo*, inquit, *pollicebatur haec, cui tanta res erat?* Cui tanta erat res.] Deeſt, *eum.* ut ſit, *Eum pellexit, cui tanta res erat?* Et supererat?] Plus eſt *ſupereſſe*, quam *eſſe.* Desinas: sic est ingenium.] Neceſſaria eſt ad Fabulae ἐπίτασιν avaritia Demiphonis: ut majore periculo, illo abſente duxerit filius indotatam. nam mox dicturus eſt, *Illene indotatam virginem, atque ignobilem dares illi?*

20. Sic est ingenium.] Praeparatio bona, qua & dives, & avarus deſcribitur Demipho, ut indotatas nuptias filii ferre non poſſit.

Sic

OBSERV. IN DONAT.

12. *Virgilius.*] Aen. III. 82. ubi nunc *agnoſcit* legitur.
13. *Virgilius.*] Aen. II. 90.
14. *Salluſtius.*] Catil. 23. niſi quod τὸ *coepit* nunc in quibuſdam exemplaribus deſideratur.

COMMENTARIUS.

pelliciendo pellicem dici vulgo ajunt, quod virum a muliere pelliceat, unde & viri pellex dicitur, non mulieris; vel a Graeco πάλλαξ, ſeu παλλακή. Sed quid ſi utrumque ab Hebraeo פלגש quod *concubinam* notat, denominetur? Certe quidem & literae, & ſignificatio id ſuadent. Neque aliter ſenſiſſe videtur Ludov. Thomaſſinus in Gloſſar. Univ.

Modo non montes auri pollicens.] Expreſſit Graecum, μόνον οὐ, μονονουχί. Tantum non, ferme, propemodum. Fabrini vertit, *non ſolamente monti di oro, ma coſe maggiori.* praeter mentem Poëtae. De ipſo adagio vide Eraſmi Chiliadas & Parei Lexic. Plaut. v. *Montes.* Adde Scholia ad Ariſtoph. Ἀχαρν. 82. Κἄχεζεν ὀκτὼ μῆνας ἐπὶ χρυσῶν ὀρῶν.

19. Cui tanta erat res, et supererat?] Vulgo accipiunt de Demiphone, Getae hero. q. d. Davus: *Herumne veſtrum pellexit? Hominemne, cui tanta erat res, & ſupererat, pellexit ſpe montium auri?* Atque adeo illa, Sic est ingenium, ad eundem Demiphonem referunt. Ut ſenſus ſit: *Sic eſt homo; argenti lucrandi cauſa vel moleſtiſſimum iter ſuſcipit.* Mihi aliter videtur. Scilicet ubi *Hoſpitis antiqui* mentionem feciſſet Geta, neque eum nominaſſet, Davus de *auri montibus* ſermonem fieri audiens, & quaſi adagii illius ignarus, quis ille ſit hoſpes antiquus, cui tanta ſit res, & ſuperſit, ad montes auri pollicendos & dandos, ſcire deſiderat. Sic plane Eun. II. 3. 61.

Quis eſt is tam potens, cum tanto munere hoc?

Ubi igitur reſpondet Geta: Desinas: sic est ingenium, id vult, *Deſine percontari; ſic meum eſt ingenium; ſic ſoleo de rebus magnis loqui.* Tum ſi de Demiphone intellexiſſet, τὸ *Hominis* addidiſſet. Fabrini generatim dictum capit, ſubaudiens *Hominum.* Dixit autem Res pro opibus & opulentia. Vide Comment. ad Heaut. IV. 5. 50. Plaut. Trin. II. 4. 45.

Bonis tuis rebus *meas* res *irrides malas.*

20. Re-

Sic eſt ingenium. *Da.* Oh! regem me eſſe oportuit.
Ge. Abeuntes ambo hic tum ſenes, me filiis
Relinquunt quaſi magiſtrum. *Da.* O Geta! provinciam
Cepiſti duram. *Ge.* Mihi uſus venit, hoc ſcio.

Memi-

DONATI.

Sic est ingenium.] Recte. non enim, inquit, fortuna avarus eſt, ſed natura. Sic est ingenium.] Omnium? an domini? ſed magis domini. Oh! regem me esse oportuit.] Oſtendit pauperum affectiones, qui ſe ſolos uti divitiis ſcire ajunt, ſi eas habeant. Oh! me regem esse oportuit] Acue *me.*

21. Abeuntes ambo hinc tum.] Hinc & hic legitur. Et eſt ordo, *Hic relinquunt filiis.* Filiis.] Propter filios.

22. Relinquunt.] Id eſt, non ſecum abducunt. Quasi magistrum.] Bene quasi: qui non complevit hoc ipſum, nec vult eſſe. Magistrum.] Sic Latini: quem Graeci παιδαγωγὸν appellant. O Geta! provinciam cepisti duram.] Acquiſitae bello longe ab Italia regiones, *Provinciae* dictae ſunt, a *porro*, vel *procul*, & *vincendo.* ad quas quia Praetores cum officio mittebantur, officia quoque *Provinciae* nominantur. O Geta! provinciam.] Splendide Provinciam dixit.

COMMENTARIUS.

20. Regem me esse oportuit.] Homines opulentos *Reges* dixerunt. Plaut. Capt. IV. 2. 45.

Non ego nunc paraſitus ſum, ſed regum rex [regalior.

Poen. I. 2. 60.

Propudium, quaſi bella ſit, quaſi eampſe reges *ductitent.*

Tangit ſimul morem, quo paraſiti patronos ſuos, a quibus alebantur, *Reges* ſuos appellabant. Plaut. Aſin. V. 2. 68. *ni impetro,*

Regem *perdidi.*

Et ſaepe alibi. Obſervat autem Donatus, acuendum eſſe Me. legendum igitur: *Regem* me *eſſe oportuit.* Quod ut impune licebat optare, ita nihil ei reponit Geta, ſed pergit narrare res herilis filii.

21. Hic.] Bona Librorum pars, Hinc. quod & Donatus obſervat.

Me filiis relinquunt quasi magistrum.] Vide Adelph. V. 9. 5.

22. Provinciam cepisti duram.] Eſt *Provincia* primum munus ipſum ſummi Ducis in bello, dictum boni ominis cauſa a *porro vincendo*; dein notat regionem, in qua bellum geritur, vel res adminiſtrantur. Unde paſſim Coſſ. *ſortiri provinciam* dicuntur apud Livium. Porro notat regionem jam devictam, & in provinciae formam redactam. Unde adeo ſeptem Liberi Populi Foederatae Belgicae minus accurate totidem *Provinciae* vulgo appellantur. Demum pro quovis munere ſumitur. Magnifice vero munus curandorum filiorum Provinciam vocat. Sic Plaut. ad aquae vel vini in convivio fundendi munus tranſtulit, Stich. V. 4. 16.

Vide, utram tibi libet etiamnum capere, cape provinciam.

Pſeud. I. 2. 15. leno ad ſervos:

Atque heri ante dixeram omnibus, dederamque eas provincias.

Vide ad Heaut. II. 4. 22. & III. 2. 5.

23. Usus.] Mſſ. Bodl. & Mark. cum edit. anni 1469. Usu. Pulmannus e duobus Codd. citat, Per usum. quod Terentianum non eſt. Eugraphius diſtinguit: Mihi usus venit hoc: scio. quod laudat Guyetus in ἀνεκδότοις.

24. Memini relinqui me Deo irato meo.] Sunt Libri, in quibus diſtinguitur poſt Me; quando Deo irato meo fuerint ablativi. Praeſtat vero continue legere, ut narret ſervus, cui relictus ſit. Herilem autem filium vocat *Deum* ſuum, ideo *iratum*, quod juſſus eſſet a patre obtemperare ſervo Getae. *Deorum* enim nomine venire ſolebant, qui ſummis beneficiis bearent alterum, vel qui alterius potirentur. Sic Plaut. Capt. IV. 2. 80. Ergaſilus adloquitur Hegionem herum: *ſed jube*

Vaſa tibi pura apparari ad rem divinam cito,
Atque agnum adferri proprium, pinguem. He. *Cur?* Er. *Ut ſacrufices.*
He. *Cui Deorum?* Er. *Mihi hercle. nam ego tibi nunc ſum ſummus Jupiter.*

Idem

Memini relinqui me, Deo irato meo.
Coepi advorſari primo. Quid verbis opus eſt?
Seni fidelis dum ſum, ſcapulas perdidi.

Da.

DONATI.

24. MEMINI RELINQUI ME, DEO IRATO MEO.] Sic [15] *Virgilius*, *nec Di texere Cupenſum*,
Aenea veniente, ſui.
Hoc Aſper. Sed mihi videtur ad hoc addidiſſe MEO, ne eſſet ἀμφίβολον, cui diceret, IRATO DEO. *Naevius* in Stalagmo, *Deo meo propitio, meus homo eſt.* MEMINI RELINQUI ME, DEO IRATO MEO.] *Domino* dixit, an vere DEO? Et bene MEO, ne eſſet ἀμφίβολον. Et ſic dixit, MEMINI RELINQUI, ut in Andria, [16] *Memini me videre.* Et, [17] *Memini me fieri pavum*, *Ennius.*

25. QUID VERBIS OPUS EST?] Repente infertur, QUID OPUS EST VERBIS? & ſatis moraliter.

26. SENI FIDELIS DUM SUM.] Opportune SENI dixit, ut oſtendat quam ſtultum ſit, ſeni adverſus juvenes fidelem eſſe. SENI FIDELIS DUM SUM.] *Fidus* eſt amicus: FIDELIS eſt ſervus. SCAPULAS PERDIDI.] Plus eſt PERDIDI, quam ſi diceret, *Dolui.* Et bene retulit PERDIDI πρὸς τὸ FIDELIS. Fidelis enim officium eſt, ſervare aliquid.

OBSERV. IN DONAT.

15. *Virgilius.*] Aen. XII. 539.
16. *Memini.*] Vide ad And. II. 5. 18.
17. *Memini.*] Eſt autem locus in Annal. I. Conſule H. Colum.

COMMENTARIUS.

Idem ego ſum ſalus, fortuna, lux, laetitia, gaudium.
Proinde tu Deum *hunce ſaturitate facias tranquillum tibi.*

Virg. Ecl. I. 6.
Deus *nobis haec otia fecit.*
De Auguſto. Domitianus autem ſe *Dominum & Deum* vocari juſſit. Vide Eraſm. adag. *Homo homini Deus.* Eoſdem *Genios* vocabant. Plaut. Curc. II. 3. 22. ubi Curculio ſervus:
Ecquis eſt, qui mihi commonſtret Phaedromum genium *meum?*
An DEO IRATO MEO ſeparatim inferendum, pro, infeliciter? Sic Plaut. Poen. II. verſu 4.
Nam ego hodie infelix, Dis meis iratiſſumis,
Sex immolavi agnos.
Unde & *Diis iratis* nati infelices dicebantur. Phaed. IV. 19. 15.
Diis *eſt* iratis *natus, qui eſt ſimilis tibi.*
Quod vulgo de geminis geniis credebant alii, refellit Menander, non niſi bonum genium agnoſcens:
Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται
Εὐθὺς γινομένῳ, μυσταγωγὸς τοῦ βίου
Ἀγαθός· κακὸν γὰρ δαίμον' οὐ νομιστέον
Εἶναι τὸν βίον βλάπτοντα χρηστόν. πάντα γὰρ
Δεῖ ἀγαθὸν εἶναι τὸν Θεόν.

Vide Diog. Laërt. in Zenone, Segm. 151. atque ibi Th. Aldebrand. & Aegid. Menag.

26. SCAPULAS PERDIDI.] Id vult, ſcapulas ſuas plagis ita contuſas, ut ſenſum omnem amiſerint, & tantum non pro perditis habendae ſint. Tangit autem ferociam adoleſcentum in paedagogos; quam graphice depingit Plautus, Bacchid. III. 3. 36.
At nunc priusquam ſeptuennis eſt, ſi attingas eum manu,
Extemplo puer paedagogo tabula dirumpit caput.
Cum patrem adeas poſtulatum, puero ſic dicit pater:
Noſter eſto, dum te poteris defenſare injuria.
Provocatur paedagogus: eho, ſenex minimi pretii,
Ne attingas puerum iſtac cauſa, quando fecit ſtrenue.
It magiſter quaſi lucerna uncto expretus linteo.
In quibus verbis ſollicitatur τὸ *expretus.* Salmaſius *extertus* legit, pro, *exterſus.* Gronovius *ſpretus*, h. e. contemtus. malim *expertus*, h. e. qui litem intenderat adoleſcenti, accuſando eum apud patrem; ſed fruſtra. Sic Adelph. III. 2. 52. *Experiar*, h. e. in jus vocabo. Plaut. Epid. I. 1. 84.

Digitized by Google

Da. Venere in mentem mihi iſthaec: nam quae inſcitia eſt,
Advorſum ſtimulum calces? *Ge.* Coepi iis omnia
Facere, obſequi quae vellent. *Da.* Sciſti uti foro.
Ge. Noſter mali nihil quidquam primo. hic Phaedria
Continuo quamdam nactus eſt puellulam

Citha-

D O N A T I.

27. VENERE IN MENTEM ISTAEC MIHI.] *Venire in mentem*, non ad recordationem tantum dicitur: ſed ad reputationem & intelligentiam. NAM QUAE INSCITIA EST, ADVORSUM STIMULUM CALCES?] Hoc[18] dictum & ſuperiori perſonae eſſe poteſt, & alteri.

28. ADVORIUM STIMULUM CALCES?] Παροιμία cum ἐλλείψει: deeſt enim, *jactare*. STIMULUM pro *domino adoleſcente* poſuit CALCES.] Modo CALCES, non partes plantae, ſed percuſſiones pedum plagaſque ſignificat. Aliter [19] *Virgilius*,

calcemque terit jam calce Diores.

29. SCIITI UTI FORO.] Secundum illos negotiatores, qui ante locum commercii, non praeſcribunt quanti vendant, quae advehunt: ſed ſecundum annonam fori quam deprehenderint, conſilium de vendendis aut non vendendis mercibus ſumunt. SCISTI UTI FORO.] *Forum* pro tribus intelligitur: loco, tempore, & perſona. *Sciſti*, inquit, *his uti*. Et eſt vulgare proverbium. Senſus hic eſt, *Sciſti*, inquit, *quid facere te oporteret*.

30. NOSTER MALI NIHIL QUIDQUAM.] Quartum παρέλκον. Ut in Hecyra: *Nam nemo illorum quiſquam, ſcite, ad te venit.* NOSTER MALI NIHIL QUIDQUAM.] NOSTER πρὸς ἀντιδιαστολὴν Phaedriae: qui non noſter eſt. PRIMO. HIC PHAEDRIA.] Bene additum PRIMO: quia non perpetuo.

31. CONTINUO QUAMDAM.] Bene CONTINUO: quaſi vix exſpectaverit profectionem patris. PUELLULAM CITHARISTRIAM.] [20] Iſtis hoc nominibus agit, ut cauſa amoris & ex aetate, & ex arte puellae videretur: nam ideo *puellulam* dixit.

O B S E R V. I N D O N A T.

18. *Hoc dictum.*] In Codd. ante Rob. Stephanum eſt: *Hoc dictum & ſuperioris perſonae eſſe poteſt, & alterius.*
19. *Virgilius.*] Aen. V. 324.
20. *Iſtis hoc nominibus agit.*] Ita Rob. Stephanus. ſed Mſ. Boend. & plerique editi veteres: *Iſtis nominibus hoc agitur.*

C O M M E N T A R I U S.

corium perdidi: *nam ubi ſenex ſenſerit,*
Sibi data eſſe verba, virgis dorſum depolet meum.

Caſin. V. 3. 14.

Nam ſalus nulla eſt ſcapulis, *ſi domum redeo.*

Martial. XIV. 18.

Alea parva nuces, & non damnoſa videntur:
Saepe tamen pueris abſtulit illa nates.

Gronovius turpe quid & nefandum in verbis latere exiſtimat.

27. NAM QUAE INSCITIA EST.] Haec Pulmannus abeſſe a Mſ. Lovanienſi dicit. Priſcianus citat: NAMQUE INSCITIA EST. Ita & Mſſ. Graev. & Boend. Et Faerno Donatus ita legiſſe videtur. Quando interrogatio nulla erit. Eun. V. 9. 41.

28. ADVORSUM STIMULUM CALCES?] Subaudi, *ducere*, *jactare*. Sed Guyeto τὸ CALCES eſt nom. plur. Conſtruit enim, CALCES INSCITIA EST ADVORSUM STIMULUM. Prorſus inſcite. Vetus verbum eſt Graecorum: πρὸς τὰ κέντρα λακτίζειν. πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτενεῖς. Meminit ipſe Servator, Act. Apoſt. IX. 5. Plaut. Truc. IV. 2. 55.

Nugae ſunt. ſi ſtimulos pugnis caedis, *manibus plus dolet.*
De nihilo illi eſt iraſci, quae te non flocci facit.

Locutio a bubus arantibus aliiſque jumentis deſumta, quae ſtimulis regebantur; contra quos

ſi

Cithariſtriam: hanc amare coepit perdite.
Ea ſerviebat lenoni impuriſſimo:
Neque quod daretur quidquam, id curarant patres.
Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere,
Secta-

DONATI.

32. Amare coepit perditus.] Legitur & Perdite. Et Amare perdite, ut puta puellulam & cithariſtriam.

33. Ea serviebat lenoni.] Et honeſte, & cito dixit Serviebat. Lenoni impuriſſimo.] Et quare non fuiſſet libera: & cujus fuiſſet ancilla: & qualis hominis fuerit, demonſtravit. Ea serviebat lenoni impuriſſimo.] Magna praeparatio ad rerum difficultatem imminentium: *Puellula cithariſtria*, *Avarus leno*, *Amator perditus*, *Inopia*.

34. Id curarant patres.] Expedite dixit Patres. ſi enim *Patrem ejus* tantum dixiſſet: id teſtabat, ut ei per patrui filium ſuccurreretur. [21] ideo dixit ambos non habuiſſe.

35. Nisi oculos pascere.] Hoc enim ſolum erat, quod leno non venderet.

OBSERV. IN DONAT.

21. *Ideo dixit ambos, non habuiſſe.*] Videtur continuo legendum: *Ideo dixit, ambos non habuiſſe*, nisi oculos pascere.

COMMENTARIUS.

ſi calcitrarent, gravius dolebat. Citat Priſcianus Inſtit. Grammat. Lib. XVIII. Adde Eraſm. Adag.

29. Scisti uti foro.] Cato, Praefat. Diſtich. *Foro pare.* Ita reſtituit Illuſtriſſ. Joſ. Scaliget. vulgo, *Foro para*, *Foro te para*. Quomodo & Planudes legit, vertens: *Σαυτὸν τῷ βουλευτηρίῳ δεξιὸν πάρεχε.* *Pareat* autem *foro*, ex mente Scaligeri, trapezitae & negotiatores, legem fori, non ſuam ſequentes. Unde qui ſub his legibus rem faciunt, Foro uti dicuntur. Adde Adrianum Barlaudum Affinia ſunt, *Servire temporibus. Parere tempori. Servire ſcenae.*

32. Hanc amare coepit perdite.] Citat Chariſius Lib. II. Eam amare coepit perdite. ſed legiſſe & ſcripſiſſe, Eam ardere coepit perdite, ſuſpicatur Fr. Fabricius, ex ſubjectis Chariſii verbis: *Nam ita Arunsius Celſus. Et addit: Antiqui enim dicebant* Ardere *pro* Amare. Donatus, Perditus. Codices quidam: Occepit.

35. Oculos pascere.] Idem *oculis epulas dare* dixit Plautus, Poen. V. 4. 2. Lucret. I. 37. ad Venerem de Mavorte.

Paſcit *amore avidos, inhians in te, Dea*, viſus.

Idem II. 419.

oculos *qui* paſcere *poſſunt*.

De colotibus. Virg. Aen. I. 468.

animum *pictura* paſcit *inani*.

Cic. Philipp. XI. 3. *Atque in ejus corpore lacerando atque vexando*, *cum* animum ſatiare *non poſſet*, oculos paverit *ſuos*. Virg. Georg. II. 285.

Non animum *modo uti* paſcat *proſpectus inanem*.

Martial. IX. 60. 3.

Inſpexit molles pueros, oculiſque comedit.

Idem I. 97. 12. *Oculis devorantibus* dixit. Et IV. 77. 3.

Auro, non dapibus, oneratur menſa: miniſtri
Apponunt oculis plurima, pauca gulae.
Tunc ego: non oculos, *ſed ventrem* paſcere *veni:*
Aut appone dapes, Vare, vel auſer opes.

Videtur igitur locutio a coena & convivio deſumta, ſplendido quidem, ſed pauci cibi. Sic & Graeci *βόσκειν* & *ἑστιᾶν* pro *delectare* uſurpant. Adde Cic. in Verr. V. 26. Suet. Vitell. 14. Juſtin. XXI. 5.

Sectari, in ludum ducere, & reducere.
Nos otioſi operam dabamus Phaedriae.
In quo haec diſcebat ludo, ex advorſum ei loco
Tonſtrina erat quaedam. hic ſolebamus fere
Plerumque eam opperiri, dum inde iret domum.
In-

DONATI.

36. Sectari, in ludum ducere, et reducere.] Bene cavillatus eſt & jocolariter in adoleſcentem, cui aetas ad ſectandos Philoſophos apta erat. Hinc etiam Philoſophorum ſectae. Sed Sectari proprie eſt, ut taurus buculam, ut aries ovem. [22] *Virgilius*,

trahit ſua quemque voluptas.

Reducere.] Σύλληψις, *a ludo* enim ſubauditur:

37. Nos otioſi operam dabamus Phaedriae.] Cum τύπῳ dixit Nos: velut magiſtrum excuſans obſequentem ei, cui cuſtos ſit datus. Et ideo addidit Otioſi. Nos otioſi operam dabamus Phaedriae.] [23] Relatio ad illud quod mox, Otioſi non erunt. Nos otioſi operam dabamus Phaedriae.] Aut ad pudorem ſumitur hoc pronomen in ſingulari numero: aut ad dignitatem. Sed poteſt nos, & propter Antiphonem dixiſſe. Nos otioſi operam dabamus Phaedriae.] Apollodor. [24] ΝΑΛΚΕΙΣ δισυνιμελλι μΕΟΑ *. Operam dabamus Phaedriae.] Ille amicae, nos illi.

38. In quo haec diſcebat ludo.] Figurate, In quo haec diſcebat ludo, eſt additum. Ex advorſum ei loco.] Ei loco. legitur & ilico. Et adnotatur, ex abundanti additum, ut apud veteres multa ſunt. Ex advorſum ei loco.] Παρέλκον quartum.

39. Tonſtrina erat.] Apta ſedes otioſis. Tonſtrina erat quaedam.] Παρέλκον tertium; quaedam. Hic ſolebamus fere plerumque.] Παρέλκον tertium, Fere plerumque.

40. Dum inde iret domum.] Ad ſe ſcilicet. Iret domum, pro rediret, vel certe, iret. Παρέλκον figura.

OBSERV. IN DONAT.

22. *Virgilius.*] Ecl. II. 65. Videtur autem potius reſpici, quod proxime praecedd. verſibus dicitur:

Torva leaena lupum ſequitur: *lupus ipſe capellam:*
Florentem cytiſum ſequitur *laſciva capella.*

23. *Relatio ad illud quod mox, Otioſi non erunt.*] Si ita diſtinguas, quod poſt Rob. Stephanum & Lindenbr. vulgo fit, credas illa, *Otioſi non erunt*, eſſe verba Terentii; ſed non ſunt. Diſtinguo igitur: *Relatio ad illud, quod mox otioſi non erunt.* Id enim vult, ſervos poſt patres reverſos non fore otioſos

24. ΝΑΛΚΕΙΣ.] Tanaq. Faber reſtituit: Νωχελ δὲ συνωμιλήσαμεν. Sed Codici Antverpienſi a veteri manu adſcriptum e Mſ. Ασυλλεις δὲ συνιμαμμεν σταργυς δὲ συνεπιμελομεθα.

COMMENTARIUS.

36. Sectari.] In obſcoenis amoribus paſſim eſt. Plaut. Caſ. II. 8. 25.

Solet hic barbatos ſane ſectari *ſenes.*

Mil. II. 1. 13.

Ait, ſeſe ultro omnes mulieres ſectarier.

Et III. 1. 183.

Itaque omnes ſe ultro ſectari *in Epheſo memorat mulieres.*

Videtur a venatione tranſlatum. Virg. Ecl. III. 75.

Si, dum tu ſectaris *apros, ego retia ſervo?*

Unde Plautus Mil. IV. 1. 43.

Viden' tu illam oculis venaturam facere, *& aucupium auribus?*

Phaed. IV. 4. 4.

Unam formoſam, *&* oculis venantem *viros.*

Donati ſententiae favet locus Plauti, Mil. IV. 3. 18.

tu quidem
Ad *equas fuiſti ſcitus admiſſarius,*
Qui conſectare *qua mares, qua feminas.*

In ludum ducere, et reducere.] Sub. παιδαγωγικῶν. Sic Plaut. Rud. Prol. 43. adoleſcens virginem

Interea dum ſedemus illic, intervenit
Adoleſcens quidam lacrumans. nos mirarier:
Rogamus, quid ſit? numquam aeque, inquit, ac modo,
Paupertas mihi onus viſum eſt, & miſerum, & grave.

Modo

DONATI.

41. Dum sedemus.] Proprie Sedemus, ut in tonſtrina. Illi, intervenit.] Illi, pro *ibi.* ut,

> [25] *illi mea triſtia facta.*

Et nota Illi, pro *Illic.* Intervenit adolescens quidam lacrumans.] *Apollodorus* tonſorem ipſum nuntium facit, qui dicat ſe nuper puellae comam ob luctum abſtuliſſe: quod ſcio mutaſſe *Terentium*, ne externis moribus ſpectatorem Romanum offenderet.

42. Nos mirarier.] Recte: mirum enim in adoleſcentibus lacrumae, ut contra,

> [26] *triſtiſque ſenectus.*

Nos mirarier.] Ut,

> [27] *ſolam nam perfidus ille*
> *Te colere.*

43. Rogamus, quid sit?] *Quid lacrumet:* non, *Quid ſit ipſe*, ut ſtulti putant. Numquam aeque, inquit, ac modo.] Mire oſtendit ſemper ſibi hoc viſum, quod dicit: ſed numquam aeque.

44. Paupertas mihi onus visum est.] Statim fit mentio paupertatis, ut ſit cauſa fallaciae Phormionis.

OBSERV. IN DONAT.

25. *Illi mea.*] Virg. Aen. II. 548.
26. *Triſtiſque ſenectus.*] Virg. Georg. III. 67.
27. *Solam.*] Virgil. Aen. IV. 421.

COMMENTARIUS.

nem videt ire e ludo fidicino domum. ubi vide Dacieriam. Exercitia autem iſtorum ludorum erant pſallere & commode ſaltare. Vide Nep. in Praefat. Priſcianus Inſtit. Grammat. legit: In ludum ducere, atque reddučere. Proprie autem *Ludus* appellabatur ſchola gladiatorum. Hinc *ludus gladiatorius*, Cic. Fam. X. 32. Adde Suet. Caeſ. 26. & Iſidorum Origin. XVIII. 52. Hinc factum, ut ſcholae literarum etiam *Ludi* dicerentur. Sic *Ludus literarius*, Tac. Annal. III. 66. Vide porro Sanctii Minerv. & ibi Perizon. p. 830.

37. Nos otiosi operam dabamus Phaedriae.] Videtur ὀξυμώρου ſpecies. Intelliguntur autem Geta & Antipho.

38. Ex advorsum ei loco.] Laudat Gellius VII. 7. Exadversum loco. Sed Lucil. Lib. XXVIII. 79.

> *Primum* exadverſo *ſi quod eſt coenaculum, quo recipiat te.*

Mſſ. Graev. Boend. & Lipſ. cum edit. 1469. Ex advorso. ita & Pulmannus citat ex Mſſ. Xanth. & Uratiſlav. Pareus edidit, Ex advorso ilico. Vide Donat.

39. Tonstrina.] Παγανοκουρεῖα. Meminit Plautus, Amph. IV. 1. 5. & Epid. II. 2. 14. Apulej. Metam. III. *Hunc juvenem, cum e balneis rediret ipſa*, tonſtrinae *reſidentem heſterna die forſe conſpexit.* Theophraſtus conventus hoſce ἄοινα συμπόσια dixit.

41. Dum sedemus.] Moramur & manemus Citbariſtriam. Vide ad Adelph. IV. 5. 38.

Illic.] Praeter Donatum etiam Codex Bemb. Illi. Sed & ita Gambarellus, Pulmannus & Aldus ediderunt. Vox Plauto familiaris.

44. Paupertas mihi onus visum.] Cato Diſtich. I. 21.

> Paupertatis onus *patienter ferre memento.*

Unde & *tolerare paupertatem*, tamquam grave onus dixit Plautus, Rud. IV. 2. 13.

> Paupertatem *heri qui & meam ſententiam*
> Tolerarem.

Ubi offendit illud, *& meam ſententiam*; quod & eſt in Mſ. Plaut. Boend. Malim, *ex mea ſententia*, vel, *& meam ſaginam.* Sic Moſtell. I. 3. 78.

> *dieſque, nocteſque, eſtur,*
> *Bibitur, neque quiſquam parſimoniam adhibet:*
> ſagina *plane eſt.*

Vel legerim: *Paupertatem heri & meam qui ex ſententia tolerarem.* Cic. Senect. 5. *Ennius ita ferebat duo, quae maxima putantur* onera, paupertatem

Modo quamdam vidi virginem hic viciniae
Miſeram, ſuam matrem lamentari mortuam.
Ea ſita erat ex advorſum: neque illi benevolens,
Neque notus, neque cognatus, extra unam aniculam,
Quiſquam aderat, qui adjutaret funus. miſeritum 'ſt.
Virgo ipſa facie egregia. quid verbis opu' 'ſt?
Com-

DONATI.

45. MODO QUAMDAM VIDI VIRGINEM.] Bene QUAMDAM: ne ob familiaritatem laudare videretur. MODO QUAMDAM VIDI VIRGINEM.] [28] Vide ſic agi, ut non tam morte mulieris, quam ſolitudine pulchrae virginis moveatur affectus. Simul & ea deſcribi, quae matronae futurae magis conveniant, quam quae temere amanda ſit. Nam hic [29] obitus foeminae, ad comicum exitum ſpectat: quandoquidem plus ex ejus morte ſecuritatis, quam moleſtiae, ſentiat argumentum. HIC VICINIAE.] Adverbium in loco eſt, HIC VICINIAE: cujus ad locum, HUC VICINIAS. Et ſtatim proximitas inſinuatur, ut ſit ſpes & cauſa videndi.

46. MISERAM.] Ab affectu: & ſubdiſtinguendum eſt, ut ad virginem referatur. LAMENTARI MORTUAM.] A probitate, quae piis attribuitur. Et LAMENTARI MORTUAM, ambiguitas, ſed [30] ſenſu manifeſta.

47. EA SITA ERAT.] SITA, pro poſita. [31] *Salluſtius* cum adjectione in H. *cum praedixero poſitum inſulae.* Et hoc ei reciprocum eſt. EA SITA ERAT EX ADVORSUM.] Expoſitio paupertatis, & quam facile virgo videri poſſit.

48. NEQUE NOTUS, NEQUE COGNATUS.] *Αὔξησις* fit: quia res minuitur, creſcit ſententia. [32] *Salluſtius, Non repugnantibus modo: ſed ne deditis quidem abcm.* NEQUE NOTUS, NEQUE COGNATUS, EXTRA UNAM ANICULAM.] Haec praeſtruuntur: ut ſit ſpes potiundae virginis. NEQUE NOTUS, NEQUE COGNATUS.] Haec deſcriptio paupertatis adjuvat argumentum, ut & viſere audeant adoleſcentes virginem, & amet Antipho.

49. QUI ADJUTARET FUNUS.] Ipſum officium FUNUS dixit. MISERITUM 'ST.] Hoc eſt, *miſertus ſum ejus.* Et hic videtur oſtendiſſe, cur lacrumaverit.

50. VIRGO IPSA FACIE EGREGIA.] A forma indignatio. VIRGO IPSA.] Bene IPSA: quia quae ſupra dixit, non ad ipſam, ſed ad eventum ejus pertinebant. QUID VERBIS OPUS EST?] Sic dicit *Terentius*, ubi ad effectum properat.

OBSERV. IN DONAT.

28. *Vide ſic agi.*] Integra haec nota abeſt a Mſſ. Hulſt. & Boend. cum edd. quibuſdam ante Rob. Steph. Niſi quod mox occurrit ad verſum 53.

29. *Obitus foeminae.*] Hic manifeſto *obitus* pro eo ſumitur, quod Galli *rencontre* vocant, quum nimirum aditur vel offenditur alter. Vide ad Hec. V. 4. 19.

30. *Senſu manifeſta.*] Malim, *ſenſu manifeſto.* nulla autem *ambiguitas* eſt. qui enim lamentaretur mater mortua?

31. *Salluſtius.*] In Fragmentis. Sed Rob. Stephanus cum Libris vetuſtis: *Salluſtius cum adjectione Poſita. Eum cum praedixero poſitum inſulae.*

32. *Salluſtius.*] In Fragmentis.

COMMENTARIUS.

tatem *& ſenectutem, ut eis pene delectari videretur.* Fr. Fabricius e Priſciano citat: PAUPERTAS ONUS VISA EST MIHI.

45. HIC VICINIAE.] Mſſ. Leidenſes tres, Mark. Graev. Traject. Bodl. cum edit. 1469. & Mſſ. Pulmanni tribus, Priſciano, Lib. XVII. & Nonio Marcello, HUIC. Mſſ. Leidenſium quartus, HUJUS VICINIAE. quintus HIC VICINIAE. Mſ. Boend. HUIC VICINIAE. Vide ad And. I. 1. 43.

46. MISERAM.] Mſ. Lovan. teſte Pulmanno, MISERE.

47. EA SITA ERAT EXADVORSUM.] Refert adhuc Geta verba lacrumantis adoleſcentis. Proprie autem *Siti* dicuntur defuncti. Unde pro ipſis mortuis uſurpatur. Plaut. Mil. II. 4. 19.

ſcio, crucem futuram mihi ſepulcrum.

Ibi

Commorat omnes nos. ibi continuo Antipho:
Voltiſne eamus viſere? alius: cenſeo.
Eamus. duc nos ſodes. Imus: venimus:
Videmus. virgo pulchra! &, quo magis diceres,
Nihil aderat adjumenti ad pulchritudinem.

Ca-

DONATI.

51. COMMORAT OMNES NOS.] Figura συγκοπὴ, pro *commoverat*. Et bene OMNES: quia res ad Antiphonem tantum ſpectat. IBI CONTINUO ANTIPHO.] Hic redditur nomen adoleſcentis. Et eſt παρασκευή.

52. VOLTISNE EAMUS VISERE?] Ut,

[33] populare Penates
Venimus.

VOLTISNE EAMUS VISERE?] Ipſe [34] hortator inducitur, qui amaturus eſt. ALIUS: CENSEO: EAMUS. DUC NOS SODES.] Haec omnia diverſi dicunt. Et apparet tot eſſe homines, quot per μίμησιν ἀσύνδετα demonſtrantur. ALIUS: CENSEO.] Phaedria, vel quilibet.

53. IMUS: VENIMUS: VIDEMUS.] Ἀσύνδετον primum per βραχυλογίαν, IMUS: VENIMUS: VIDEMUS. Μετ' ἐνεργείας.

54. VIRGO PULCHRA.] Συντομία mirantis. Duo ingentia, & VIRGO, & PULCHRA. VIRGO PULCHRA!] Bene non dixit, *Videmus virginem pulchram*, ſed ὑπὸ τῆς καταπλήξεως, VIRGO PULCHRA! Illud enim frigidius: hoc concitatius. Et hoc magis demonſtratur δράματι, quam relatione. ET, QUO MAGIS DICERES.] DICERES, pro *crederes*. ut, *Audacter dicito*. Saepe *Plautus*.

55. NIHIL ADERAT ADJUMENTI.] Proprie ADERAT. *Adeſt* enim id, quod adjuvat.

OBSERV. IN DONAT.

33. *Populare*.] Virg. Aen. I. 531.

34. *Hortator*.] Mſ. Hulſt. *Hortatus*. Editi veteres, *Hortare*.

COMMENTARIUS.

Ibi mei majores ſunt ſiti; *pater, avos, proavos, abavos.*

Mſſ. Graev. Boend. & Lipſ. cum edit. 1469. EX ADVORSO. Guyetus integrum verſum expungit.

NEQUE ILLI BENEVOLENS, NEQUE NOTUS, NEQUE COGNATUS.] Deſcriptio hominis peregrini & pauperis. Ita Thais de ſeſe, Eun. I. 2. 67.

ſola ſum: habeo hic neminem;
Neque amicum, neque cognatum.

Mſſ. Mark. & Boend. NEQUE NOTUS, NEQUE VICINUS, NEQUE COGNATUS.

EXTRA UNAM ANICULAM.] Videtur haec fuiſſe nutrix virginis, in cujus tutela quaſi fuerit ipſa virgo.

49. ADJUTARET FUNUS.] Sic Hec. III. 2. 24.

his onera adjuta.

Mſſ. Leidenſes tres, cum Graev. Mark. Bodl. Lovan. teſte Pulmanno, edit. 1469. ADJUVARET. Mſ. Boend. QUI ADJUVARET CURARE FUNUS. Ita autem dixit FUNUS, uti And. I. 1. 81.

51. COMMORAT OMNES NOS.] Turpilius, Demetrio:

Vide mirum ingenium, ac delenificam mulierem: commorat hominem lacrumis.

52. ALIUS.] Quivis, non Phaedria, quod exiſtimat Donatus. Si enim hunc intellexiſſet, ALTER dixiſſet.

55. NIHIL ADERAT ADJUMENTI AD PULCHRITUDINEM.] Geminus huic locus eſt Heaut. II. 3. 45. Et eſt deſcriptio Ingentium. Vide loc. cit. Plaut. Moſtell. I. 3. 116.

ecaſtor, mulier recte olet, ubi nihil olet.

Et verſu 134.

ſi pulcra eſt, nimis ornata eſt.

Cicero μεταφορικῶς de ſcriptis Attici, Att. II. 1. *Sed tamen erant ornata hoc ipſo; quod ornamenta neglexerant, &, ut mulieres, ideo bene olere, quia nihil olebant, videbantur.*

56. CA-

Capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida:
Lacrumae, veſtitus turpis: ut, ni vis boni
In ipſa ineſſet forma, haec formam extinguerent.
Ille, qui illam amabat fidicinam, tantummodo,
Satis, inquit, ſcita 'ſt. noſter vero. *Da.* Jam ſcio:
Ama-

DONATI.

56. CAPILLUS PASSUS.] Singularem numerum, pro plurali poſuit. Sic & alibi, [35] *Capillus pexus, prolixus, circum caput rejectus negligenter.* PASSUS.] Temere diſperſus. [36] Ut magna pars, ſi Graeca oratione profluxit haec dictio. CAPILLUS PASSUS, NUDUS PES.] Facetius, quam ſi pluraliter dixiſſet. [37] *Virgilius,*

- quibus acer Eryx in praelia ſuetus
Ferre manum.

IPSA HORRIDA.] Quaſi extra ipſam ſit id quod dixit, CAPILLUS PASSUS, NUDUS PES. Tale eſt apud [38] *Virgilium,*

Illum autem, quamvis aries ſit candidus ipſe,
Nigra ſubeſt udo tantum cui lingua palato,
Rejice.

Et [39] alibi de arbore,

Tum fortes late ramos, & brachia tendens
Huc illuc, media ipſa ingentem ſuſtinet umbram.

Et, [40] *domus ſanie, dapibuſque cruentis*
Intus opaca, ingens: ipſe arduus, altaque pulſat
Sidera.

57. LACRUMAE, VESTITUS TURPIS.] Ἀσύνδετον tertium. IPSA HORRIDA & LACRUMAE ad luctum pertinent, NUDUS PES & VESTITUS TURPIS ad pauperiem. UT, NI VIS BONI.] Plus eſt VIS BONI, quam *bonum.* UT, NI VIS BONI IN IPSA INESSET FORMA.] Veteres ignem & calorem quemdam, quaſi fervorem, dixerunt [41] *Formam:* & ideo *Fornaces, forcipes, formam* & *formoſos:* ex quibus ignis amoris exoritur. Laudandus eſt ergo *Terentius* proprietate ſervata: qui quum *formam* praetuliſſet, ſubjecit EXTINGUERENT. Ideo & [42] *Virgilius* ſic ait,

At mihi ſeſe offert ultro meus ignis Amyntas.

58. IN IPSA INESSET FORMA, HAEC FORMAM EXTINGUERENT.] Figura πλοκή. aliud enim ſupra, aliud infra, FORMA repetita ſignificat. IN IPSA INESSET FORMA.] Geminavit praepoſitionem, ut alibi, *In amore haec omnia inſunt vitia.* EXTINGUERENT.] Bene EXTINGUERENT: quia ab igne & calore *forma* dicta eſt.

59. ILLE, QUI ILLAM AMABAT.] Bene ILLAM: quia jam ſupra inſinuavit perſonam Citharistriae. ILLE, QUI ILLAM AMABAT.] Ratio cur amaverit virginem. FIDICINAM.] Supra, CITHARISTRIAM, ergo indifferenter. TANTUMMODO, SATIS, INQUIT, SCITA 'ST.] Senſus eſt, Laudavit tantummodo, [43] non etiam captus eſt in amorem.

60. SATIS, INQUIT, SCITA.] Magna laus formae: amanti aliam placuiſſe. SATIS, INQUIT, SCITA.] SCITA, bella. ut in Andria, [44] *Scitus puer eſt natus e Pamphilo.* NOSTER VERO.] Ἀποσιώπησις tertia: quae ſuccurrit, quotiens verba rebus minora ſunt.

OBSERV. IN DONAT.

35. *Capillus pexus.*] Immo *paſſus.* Vide Heaut. II. 3. 49. atque ibi Comment.

36. *Ut magna pars.*] In Codd. vetuſtis: *Ut, pars magna m.* in quibus verbis videtur eſſe citatio dicti alterius cujuſdam ſcriptoris.

37. *Virgilius.*] Aen. V. 402.

38. *Virgilium.*] Georg. III. 387.

39. *Alibi.*] Georg. II. 296.

40. *Domus.*] Virg. Aen. III. 618.

41. *Formam.*] Videtur legendum, *Fornum.* Non. Marcellus: Fornum & Fornaces *dicuntur a* Forno, *quod eſt calido.* ſ

42. *Virgilius.*] Ecl. III. 66.

43. *Non etiam captus eſt in amorem.*] Forte, *Non etiam raptus eſt in amorem.*

44. *Scitus puer eſt natus e Pamphilo.*] Aliter legitur And. III. 2. 6.

COMMENTARIUS.

56. CAPILLUS PASSUS, NUDUS PES, IPSA HORRIDA, LACRUMAE, VESTITUS TURPIS.] Haec omnia ſummi luctus indicia. Papin. Stat. Theb. IX. 572.

Crine dato paſſim, plantiſque ex more ſolutis.

Omnia autem inculta atque incomta *horrida* & *horri-*

Amare coepit. *Ge*. Scin' quam? quo evadat, vide.
Poſtridie ad anum recta pergit. obſecrat,
Sibi ut ejus faciat copiam. illa enim ſe negat:
Neque eum aequom ait facere. illam civem eſſe Atticam,
Bo-

DONATI.

61. AMARE COEPIT.] *Ille*, inquit, *laudavit tantum: Hic amare coepit*. Et bene COEPIT, non *Amavit:* ut oſtendat, vim amoris non parum eſſe, & rem, quae ſemel ſuſcipi poſſit. SCIN' QUAM?] Ἀποσιώπησις, qua in narrationibus in compendium *Terentius* uti ſolet. SCIN' QUAM?] *Amare coepit*, ſubauditur. QUO EVADAT, VIDE.] EVADAT, perveniat. Nam [45] *evadere*, eſt per obſtantia pervenire.

62. POSTRIDIE AD ANUM RECTA PERGIT.] Hoc praeſtruens, *aniculae* ſupra mentionem fecerat. Et bene memor & virginis, & honeſtae, non ipſam adiri facit, ſed ANUM: neque ab ipſa peti fructum voluptatis, ex cujus perſona major deſperatio naſcebatur: ſed a nutrice potius, per quam ſuaderi puellae poſſe creditur, quicquid libet. POSTRIDIE AD ANUM RECTA.] Ἐμφατικῶς, *ad anum ſtatim:* ut qui poſthabuerit omnia alia. RECTA] Quia non per nuntium.

63. SIBI UT EJUS FACIAT COPIAM.] Vide ut nihil de virgine ſperet, qui omnia ab anicula petat. ILLA ENIM SE NEGAT.] *Copiam facturam*, ſubauditur.

64. NEQUE EUM AEQUOM AIT FACERE.] Non quod amet, ſed quod hoc petat. NEQUE EUM.] Quod peteret ſcilicet. ILLAM CIVEM ESSE ATTICAM.] ILLAM cum ἐμφάσει dixit: quaſi dicat, quam ſic contemnat.

OBSERV. IN DONAT.

45. *Evadere, eſt per obſtantia pervenire.*] Vide ad And. I. 2. 5.

COMMENTARIUS.

horridula dixere. Proprie aſpera & hiſpida, ut dumeta & ſenticeta.

57. NI VIS BONI IN IPSA INESSET FORMA.] Intelligit δύναμιν τοῦ καλοῦ. Lucret. IV. 1165.

Sed tamen eſto jam quantovis oris honore,
Quoi Veneris *membris* vis *omnibus exoriatur.*

Propert. I. 2. init.

Quid juvat ornato procedere, vita, capillo?
Et tenues Coa veſte movere ſinus?
Aut quid Orontea crines perfundere myrrha?
Teque peregrinis vendere muneribus?
Naturaeque decus mercato perdere cultu,
Nec ſinere in propriis *membra nitere* bonis?
Crede mihi, non ulla tuae medicina figurae eſt.
Nudus amor formae non amat artificem.

Mſſ. Graev. & Bodl. IN IPSA ESSET FORMA.

58. HAEC FORMAM EXTINGUERENT.] Alio ſenſu Petronius, cap. 126. *Jam mentum, jam cervix, jam manus, jam pedum candor, intra auri gracile vinculum poſitus, Parium marmor* extinxerat. Propius ad ſenſum Livius, II. 23. *Promiſſa barba & capilli efferaverant ſpeciem oris.*

59. QUI ILLAM AMABAT.] Phaedria, Chremetis filius.

60. SATIS, INQUIT, SCITA 'ST.] Ubi igitur Phaedria captus amore Citharistriae ad conſpectum hujus virginis inquit, SATIS SCITA 'ST, nec magnopere ejus formam laudat, neque adeo contemnit. quod & *ſic ſatis* dicunt. Heaut. III. 2. 12. Mſſ. Lipſ. & Schalbr. cum duobus Pulmanni, & edit. 1469. SATIS SCITA, INQUIT.

NOSTER VERO.] Antipho, Demiphonis heri mei filius.

62. POSTRIDIE.] Mſ. Graev. POSTERI DIE. Eadem ratione *die craſtini* dicitur.

63. ILLA ENIM SE NEGAT.] Emphaſis eſt in ENIM. quod & *Vero*, & *Enimvero* eodem ſenſu. Belg. *wel degelyk*. Mſ. Schalbr. ILLA ENIM EAM SE NEGAT.

64. NEQUE EUM AEQUOM AIT FACERE.] Mſ. Lipſ. & edit. 1469. NEQUE EUM AEQUOM FACERE. AIT, ILLAM CIVEM ESSE ATTICAM. Sed Mſ. Uratiſlav. Pulmanni, NEQUE ENIM AEQUOM EST FACERE AIT ILLAM.

VVV vvv 65. Bo-

Bonam, bonis prognatam. ſi uxorem velit,
Lege id licere facere: ſin aliter, negat.
Noſter, quid ageret, neſcire: & eam ducere
Cupiebat, & metuebat abſentem patrem.
Da. Non, ſi rediſſet, ei pater veniam daret?

Ge.

DONATI.

65. CIVEM, BONAM, ESSE.] CIVEM, quod ad jura pertinet: BONAM, quod ad ipſam. BONAM.] Non vilem: quia boni non viles ſunt. unde ſuperlativus gradus *Optimates* facit: quia *Bonus*, *melior*, *optimus* dicitur. BONIS PROGNATAM.] Quod ad majores ejus. SI UXOREM VELIT.] Recte ſubjunxit, SI UXOREM VELIT: poſtquam ea in virgine praetulit, quae ſolent ornare nuptias.

66. LEGE ID LICERE FACERE.] Incerta diſtinctio eſt: utrum UXOREM VELIT LEGE, an, LEGE ID LICERE FACERE. SIN ALITER, NEGAT.] Et pudice anus, & tamen illecebroſe, LICERE FACERE dixit, quod ille imprudentius petit, ut ſibi ejus faciat copiam. SIN ALITER, NEGAT.] Σύλληψις facta ex eo quod ſequitur, FACERE.

67. NOSTER, QUID AGERET, NESCIRE.] Propoſita deliberatio: cujus tamen altera pars vincet. nam ducturus eſt per abſentiam patris. QUID AGERET, NESCIRE.] Pro *neſciebat*. ſed recte ſic ait: [46] quia ſubjuncturus eſt. ILLAM DUCERE CUPIEBAT, ET METUEBAT.] Vide ambiguitatem, quam tamen ſequentia tollunt.

68. CUPIEBAT, ET METUEBAT.] METUEBAT proprie dixit. *Metuimus* enim eos qui nos amant: *Timemus* etiam inimicos.

69. NON, SI REDISSET PATER, EI VENIAM DARET?] Bene interrogat Davus. hoc enim ſperari ſi poſſet, non opus erat fraudibus Phormionis. NON, SI REDISSET.] SI, pro *poſtquam*. [47] *Virgilius*,

> *Praeterea, ſi nona diem mortalibus almum*
> *Aurora extulerit.*

OBSERV. IN DONAT.

46. *Quia ſubjuncturus eſt.*] Lego, *Quia ſubjuncturus eſt*, CUPIEBAT, ET METUEBAT.

47. *Virgilius.*] Aen. V. 64.

COMMENTARIUS.

65. BONAM, BONIS PROGNATAM.] Duplex commendatio, a parentibus, & ipſius virginis ingenio. Horat. Carm. III. 24. 21.

> *Dos eſt magna parentium*
> *Virtus.*

Idem Carm. IV. 4. 29.

> *Fortes creantur fortibus & bonis.*

SI UXOREM VELIT, LEGE ID LICERE FACERE.] De diſtinctione dubitat Donatus. Cl. V. Petr. Burmannus ad Calpurn. Flacc. Declam. XXIII. diſtinguit, SI UXOREM VELIT LEGE, ID LICERE FACERE. h. e. legitime.

68. CUPIEBAT.] Proprie in amoribus. Plaut. Amph. Prol. 132. Mil. IV. 2. 7. & IV. 4. 29. Sic Heaut. II. 3. 126. & V. 1. 12. unde *cupido* pro amore & libidine. Plaut. Amph. II. 2. 210.

69. NON, SI.] Editio anni 1469. NUM, SI. ita & Mſ. Uratiſlav. Pulmanni. SI autem valet *poſtquam*. Plaut. Capt. II. 2. 1.

> *Jam ego revortar intro, ſi ex his, quae volo,*
> *exquiſivero.*

Libri quidam cum Donato, NON, SI REDISSET PATER, EI VENIAM DARET?

70. ILLENE INDOTATAM VIRGINEM, ATQUE IGNOBILEM DARET ILLI?] Matrimonia quaeſita, quae digna eſſent familiae ſplendore. Plaut. Trin. I. 2. 122.

> *Ut eam in ſe dignam conditionem collocem.*

Dotem maxime reſpiciebant. Plaut. Aul. II. 2. 87.

> *Di immortales, obſecro, aurum quid valet!*

Crede

Digitized by Google

Ge. Illene indotatam virginem, atque ignobilem
Daret illi? numquam faceret. *Da.* Quid fit denique?
Ge. Quid fiat? eſt paraſitus quidam Phormio,
Homo confidens: qui, illum Di omnes perduint!

Da.

DONATI.

70. ILLENE INDOTATAM VIRGINAM.] Ἐμφατικῶς ILLE, de quo dixerat, DESINAT: SIC SIT INGENIUM: & qui propter ſpem lucri navigarat ſenex. Inſinuandum igitur fuit. hic enim erit omne periculum Fabulae. Et ordine *Terentius* prius inſinnavit perſonam ſenis, ut graviora fierent quae dirimebant nuptias. ILLENE INDOTATAM VIRGINEM, ATQUE IGNOBILEM.] Duo dixit, & INDOTATAM, & IGNOBILEM. Haec enim duo principaliter [48] petuntur; cum ſint quatuor, quae in ſponſis quaeruntur: *forma*, *probitas*, *dos*, *nobilitas* Et manifeſtum eſt, cur de forma & probitate nihil dicat: quippe cum ſupra magnopere ea laudaverit in puella. VIRGINEM.] Simpliciter accipimus, VIRGINEM? an ſubaudimus, *Quamvis*: ut ſit *Quamvis virginem?*

71. DARET ILLI?] Bono affectu dixit, DARET ILLI? Filius enim familiae, non tam ducit uxorem, quam a patre accipit: quippe cum patri committatur puella potius in hujuſmodi conditionibus, quam marito. DARAT ILLI? NUMQUAM FACERET.] Ἀποσιώπησις ſecunda. hic enim non tranſit ad aliud, ſed inſtat incepto: ut & per interrogationem diceret, DARET ILLI? & per reſponſionem inferret, NUMQUAM FACERET. Et nota NUMQUAM pro *non*, in majorem negationis ſignificationem poni ſemper. DARET ILLI?] Mire DARET: ut oſtenderet nihil eſſe poteſtatis in filio. QUID FIT DENIQUE?] More ſuo *Terentius*, DENIQUE poſuit in fine ſenſus. Et eſt adverbium ordinis. Sic in Heautontimorumeno, *Fodere, aut arare, aut* [49] *aliquid facere denique.* ut ſit DENIQUE, vel *deinde*, vel *ad poſtremum.*

72. QUID FIAT?] Deeſt, *Rogitas?* & eſt ἀποσιώπησις quarta. EST PARASITUS QUIDAM PHORMIO.] PHORMIO, non a formula, ſed phormione dicitur ſparteo, quem nos *Eronem* dicimus trivialiter, & pro conſuetudine.

73. HOMO CONFIDENS.] HOMO comice additum: nam quis ignoret paraſitum hominem eſſe? CONFIDENS.] Hic CONFIDENS, pro improbo, audaci ac temerario poſuit. ut, *O ingentem confidentiam!* QUI, ILLUM.] QUI, *utinam* eſt. ut *Lucilius* in ſecundo, *Qui te Momentane malum jam caetera perdat.* Aut, QUI HOC CONSILIUM, QUOD DICAM, DEDIT. QUI, ILLUM DI OMNES PERDUINT!] QUI aut expletivum eſt, aut pronomen: quo incipiens Phormionem deſcribere, cohorruit conſideratione ejus, & in hanc vocem, quaſi confuſus erupit. hoc autem certum genus eſt παρενθέσεως.

OBSERV. IN DONAT.

48. *Petuntur.*] Mſ. Hulſt. *expetuntur.*

49. *Aliquid facere denique.*] Vide ad Heaut. I. 1. 17.

COMMENTARIUS.

Credo ego illum jam inaudiſſe, mihi eſſe theſaurum domi:
Id inhiat, ea affinitatem hanc obſtinavit gratia.

Sed & familiae rationem habebant. Plaut. Trin. V. 2. 9.

Eum ſororem deſpondiſſe ſuam in tam fortem familiam.

Unde *dementes* dicti, qui alterutrum negligerent. And. III. 1. 11. Adelph. IV. 7. 40.

71. NUMQUAM FACERET.] H. e. Non faceret. Plaut. Aſin. III. 3. 40.

Qui hodie numquam *ad veſperum vivam!*

73. HOMO CONFIDENS.] Cicero pro A. Caecina, cap. 10. *Et argentarius Sextus Clodius, cui nomen eſt* Phormio, *nec minus niger, nec minus* confidens, *quam ille* Terentianus *eſt* Phormio. Notat autem Victorius, Var. Lect. VI. 23. paraſitos comicos atros induci. Athen. Deipnoſ. Lib. VI. 8. ex

 perſo-

Da. Quid is fecit? *Ge.* Hoc conſilium, quod dicam, dedit.
Lex eſt, ut orbae, qui ſunt genere proximi,
Eis nubant: & illos ducere eadem haec lex jubet.
Ego te cognatum dicam, & tibi ſcribam dicam:
Paternum amicum me adſimulabo virginis:

Ad

DONATI.

74. QUID IS FECIT?] Servatur affectus triſtis hominis. ut ſupra ait, *Sed quid tu es triſtis?* QUID IS FACIT?] Correxit interrogatione errantem: ut rediret ad nominativum caſum QUI, unde aberraverat, & ILLUM dixerat. HOC CONSILIUM, QUOD DICAM, DEDIT.] Secundum quoſdam ordo eſt, QUI HOC CONSILIUM, QUOD DICAM, DEDIT.

75. LEX EST.] LEX, ut in Palliata, recte ponitur: nam Graecorum fuit: ideo & in Andria ſic ait, *Inopia, & cognatorum negligentia coacta.* LEX EST.] Alia narratio interponitur. Et dicitur παρέξήγησις. LEX EST.] A cauſa litis. potuit enim dici, *Non habes cauſam.* UT ORBAE, QUI SINT GENERE PROXIMI, EIS NUBANT.] *Orba proximo nubat, Orbam proximus ducat*, Atticum jus eſt. Et ordo, *Lex eſt, ut orbae eis nubant, qui ſint proximi.*

76. ET ILLOS DUCERE.] Bene additum: nihil enim ad rem, ſi ducendi neceſſitas non fuiſſet. EADEM HAEC LEX JUBET.] Non duas res jubet haec una lex: ſed [50] puellis permittit nubere: cognatos cogit ducere. EADEM HAEC LEX JUBET.] Bene JUBET: minorem enim vim habet ea lex, quae aliquid permittit, quam illa, quae aliquid jubet.

77. EGO TE COGNATUM DICAM, ET TIBI SCRIBAM DICAM.] A perſona ejus cum quo agitur. Potuit enim dici, *Quid mecum eſt tibi?* EGO TE COGNATUM DICAM, ET TIBI SCRIBAM DICAM.] Ἀποστροφὴ & ἠθοποιΐα. Haec narratio eſt, quam dicit *Tullius* conſtitutam: & ipſe, *Tibi uni parcam*, inquit in Verrinis. repente enim tranſitur ad verba perſonarum ab earum deſcriptione: ſed hoc ipſum ad commovendos auditores valet plurimum. ET TIBI SCRIBAM DICAM.] A denuntiatione in perſonam: ne diceret, *Non mihi denuntiaſti.* ET TIBI SCRIBAM DICAM.] [51] *Cicero, Scribitur Heraclio dica.* DICAM.] DICAM ſupra, *verbum*: infra, *nomen* eſt totidem literis, diverſo accentu.

78. PATERNUM AMICUM ME ADSIMULABO VIRGINIS.] A perſona litigantis: potuit enim opponi, *Perſonam non habes.*

OBSERV. IN DONAT.

50. *Puellis permittit.*] Vide de hac conſtructione ad And. III. 5. 18.

51. *Cicero.*] Verr. II. 15.

COMMENTARIUS.

perſona Alexidis:

> Δύ' ἐστι, Ναυσίνικε, παρασίτων γένη,
> Ἓν μὲν τὸ κοινὸν, καὶ κεκωμῳδημένον.
> Οἱ μέλανες ἡμεῖς· θάτερον ζητῶ γένος.

An forte ob μέλαν ἦθος, nigros & malos mores?

QUI, ILLUM DI OMNES PERDUINT!] Cic. pro Dejot. 7. *Dii te perduint, fugitive.* Eſt vero idiotiſmus, quo per iram quaſi abrumpitur oratio imprecatione. Expreſſit praeclare Cicero Att. IV. 7. *De Apollonio quid ſcribis*, qui illi Dii irati, *homini Graeco, qui conturbare quidem putat ſibi licere.* Ubi quin prius *qui* valeat, *utinam*, more Comicorum, dubium nullum eſt. Aliter ſe res habet in loco Getae, qui prae manibus eſt, neque enim, QUI ILLUM DI OMNES PERDUINT valet, *utinam illum Di omnes perduint*, quod exiſtimat Popma, & videtur crediditſſe P. Manutius. Dicturus enim erat Geta continue, QUI HOC CONSILIUM, QUOD DICAM, DEDIT, niſi injeciſſet Davus, QUID IS FACIT? ut adeo illa, ILLUM DI OMNES PERDUINT, imprecandi formulam tantum contineant. Donatus dubitat.

75. LEX EST.] Vide ad Adelph. IV. 5. 18. & Meurſ. Solone, cap. 16.

77. TIBI

Ad judices veniemus: qui fuerit pater,
Quae mater; qui cognata tibi ſit; omnia haec
Confingam: quod erit mihi bonum, atque commodum,
Quum tu horum nihil refelles, vincam ſcilicet.
Pater aderit. mihi paratae lites. quid mea?

Illa

DONATI.

79. QUI FUERIT PATER.] QUI hic, pronomen eſt: infra, *quomodo* ſignificat.

80. QUAE MATER.] Virginis ſcilicet. QUI COGNATA TIBI SIT.] QUI, quomodo, & qua ratione. OMNIA HAEC CONFINGAM.] OMNIA HAEC, non ex abundanti poſuit: ſed oratorie, quaſi *tam multa*. Et eſt ἀρχαϊσμός. nam poſt enumerationem veteres hoc dicebant. [52] *Salluſtius* Jugurtha, *Haec omnia praeſidio adſunt*.

81. QUOD ERIT.] [53] Tuto confingam. QUOD ERIT MIHI BONUM, ATQUE COMMODUM.] Εὐφημία. *Quod mihi*, inquit, *fauſtum ac felix erit*: hoc eſt, confingere atque mentiri. QUOD ERIT MIHI BONUM, ATQUE COMMODUM.] Totum jocolariter paraſitus: quippe qui CONFINGAM dicens, non ſolum non erubuerit de falſiloquio, ſed quaſi praeclari facinoris inceptionem etiam auſpicatus ſit, omenque ſuſceperit, dicendo; QUOD ERIT MIHI BONUM, ATQUE COMMODUM. Sic enim veteres, *Quod fauſtum felixque ſit*, dicebant, aliquid aggreſſuri.

82. QUUM TU HORUM NIHIL REFELLES.] Hoc interrogative pronuntiandum eſt. REFELLES.] Refutabis, redargues. Nam prorſus *Refellere*, eſt redarguere falſitatem.

83. PATER ADERIT: MIHI PARATAE LITES. QUID MEA?] Mire ὁ συκοφάντης, quod maxime alter metueret, hoc pro ridicula re contemſit, PATER ADERIT: MIHI PARATAE LITES. Exquiſite autem ſubjectum eſt, quum ſupra dixerit, MIHI PARATAE LITES. QUID MEA? PATER ADERIT: MIHI PARATAE LITES.] Ut Antiphoni formidanda iſta ſunt, ita ridicula paraſito.

OBSERV. IN DONAT.

52. *Salluſtius in Jugurtha.*] Cap. 85.
53. *Tuto confingam.*] Mſ. Boend. & edd. veteres: *Totum confingam*. Rob. Stephanus omiſit.

COMMENTARIUS.

77. TIBI SCRIBAM DICAM.] H. e. actionem, litem. In jus te vocabo. Eſt vero hinc μίμησις, uſque ad verba Davi. Sic infra II. 2. 15. & II. 3. 92. & IV. 3. 63. Plaut. Aul. IV. 10. 30.

Jam quidem hercle te ad praetorem rapiam,
& tibi ſcribam dicam.

An nimis perturbatus ita loquitur Euclio, quod in jus vocare, ad praetorem ducere liceret; rapere, niſi anteſtato, non liceret? Poen. III. 6. 5.

cras ſubſcribam *homini* dicam.

Locutio Graeca eſt. Unde & *Inſcriptus* notat accuſatum. Vide Barth. Adverſ. IV. 15.

79. QUI FUERIT PATER.] Mſſ. Xanth. & Uratiſlav. Pulmanni, QUI FUERIT PATER, DICAM.

81. QUOD ERIT MIHI BONUM, ATQUE COMMODUM.] Non cepit elegantiam locutionis Guyetus, reponens, ET QUOD ERIT TIBI BONUM, ATQUE COMMODUM. Ita & Mſ. Schalbr. Ciceronianum eſt: *Quod commodo tuo facere poſſis.* Ubi *τὸ quod* valet καθ' ὅτι, καθ' ὅσον. Quomodo & contra Donatum cepit Rivius. Senſus igitur eſt: *Quatenus mihi erit bonum, atque commodum.*

82. QUUM TU HORUM NIHIL REFELLES.] Sic Cic. Tuſc. Quaeſt. I. 1. *Erat facile vincere non repugnantes.* Et in jure confeſſi pro *judicatis* habentur.

83. QUID MEA? ILLA QUIDEM NOSTRA ERIT.] Legit Guyetus, QUID TUA? ILLA QUIDEM TUA ERIT. Sed praeter fidem Codicum, & Donati.

 84. Jo-

Illa quidem noſtra erit. *Da.* Jocularem audaciam!
Ge. Perſuaſit homini: factum eſt: ventum eſt: vincimur:
Duxit. *Da.* Quid narras! *Ge.* Hoc, quod audis. *Da.* O Geta,
Quid te futurum eſt! *Ge.* Neſcio hercle. unum hoc ſcio:
Quod fors feret, feremus aequo animo. *Da.* Placet:
Hem!

D O N A T I.

84. ILLA QUIDEM NOSTRA ERIT.] Ἠθικῶς NOSTRA, quum Antiphonis tantum eſſe debeat. JOCULAREM AUDACIAM.] *Εἰρωνεία κατ' ἀντίφρασιν*: hoc eſt, *minime jocularem.* An quae ex ludo & joco in periculum veniat? JOCULAREM AUDACIAM.] Deeſt; *Audio ex te*, aut *Dicis*.

85. PERSUASIT HOMINI.] Hic jam de Antiphone queritur, cui perſuaſum ſit. FACTUM EST.] Adeo audax Phormio. VENTUM EST.] Ἐπεξήγησις. Quo modo, FACTUM EST: VENTUM EST: VINCIMUR: DUXIT. FACTUM EST: VENTUM EST: VINCIMUR: DUXIT.] Ἀσύνδετον ut ſupra, IMUS: VENIMUS: VIDEMUS. FACTUM EST: VENTUM EST: VINCIMUR: DUXIT.] Amat hoc *Terentius.* ut, *It*, *lavit*, *redit.* Et, IMUS: VENIMUS: VIDEMUS. Et, *Funus interim Procedit: ſequimur: ad ſepulchrum venimus: In ignem poſita eſt: fletur.* [14] His non modo brevis & comis narratio eſt: ſed etiam auditoris animum, ad id quod reſtat, intendit.

86. QUID NARRAS!] Admirantis vox eſt, non interrogantis. O GETA, QUID TE FUTURUM EST!] Sic pronuntia, quaſi periturum contempleris Getam, & jam eum in certo interitu defleas. O GETA, QUID TE FUTURUM EST!] Scilicet qui magiſter relictus ſis Antiphoni.

87. NESCIO HERCLE. UNUM HOC SCIO: QUOD FORS FERET, FEREMUS AEQUO ANIMO.] Ἠθικῶς deſperatione rerum, fortis eſt ſervus. Et ſimul vigilavit Poëta, ne ſi & hic ejularet, res tota migraret in Tragoediam.

88. QUOD FORS FERET, FEREMUS AEQUO ANIMO.] Hae graves ſententiae, ex perſona ſervorum quum dicuntur, ridiculae ſunt, & eo conſilio interponuntur. FEREMUS AEQUO ANIMO.] Hoc ſecundum ſervos, qui futura contemnunt. Et mire meritum culpae ſuae ad fortunam retulit.

O B S E R V. I N D O N A T.

54. *His.*] Malim, *In his.*

C O M M E N T A R I U S.

84. JOCULAREM AUDACIAM!] Sic Aud. IV. 4. 43.

Jocularium *in* malum *inſciens pene incidi.*

85. PERSUASIT HOMINI.] Codd. quidam ſcripti & impreſſi, PERSUASUM 'ST HOMINI.

88. QUOD FORS FERET, FEREMUS AEQUO ANIMO.] Laudat Guyetus in gloſſis ineditis Senecae verba: *Utamur foro. quod fors fert, aeque feramus animo.* P. Syrus mimus: 237.

Feras, non culpes, quod mutari non poteſt.

Virgil. Aen. V. 710.

Quidquid erit: ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.

Cicero Off. I. 12. ex perſona Pyrrhi:

Voſne velis, an me regnare, hera quidve ferat Fors,
Virtute experiamur.

Idem Att. VII. 14. *Sed haec, ut* fors tulerit;

89. IN ME OMNIS SPES MIHI EST.] Sic Eun. II. 2. 9. Salluſt. Jug. 85. *Mihi ſpes omnes in memet ſitae.*

90. AD PRECATOREM ADEAM.] Heaut. V. 2. 23. Plaut. Aſin. II. 4. 8.

Siquidem hercle nunc ſummum Jovem te dicas detinuiſſe,
Atque is precator *aſſiet, malam rem effugies numquam.*

Pſeud. II. 2. 12.

precator *& patronus foribus proceſſi foras.*

Epid. V. 2. 21.

Nihil moror mihi precatorem.

Mſſ. Graev. & Bodl. cum edit. 1469. ABEAM. CREDO,

Digitized by Google

Hem! iſtuc viri officium'ſt. *Ge.* In me omnis ſpes mihi eſt.
Da. Laudo. *Ge.* Ad precatorem adeam, credo, qui mihi
Sic oret: nunc amitte, quaeſo, hunc: caeterum
Poſthac, ſi quidquam, nihil precor. tantummodo
Non addat: ubi ego hinc abiero, vel occidito.

Da,

DONATI.

89. Hem! istuc est viri officium.] Compendium conſolationis eſt, quod hic libenter accepit: & ideo ſtatim approbat. In me omnis spes est mihi.] Quo modo? an ut ſtrenue ſe defendat? an ut fugiat? an ut patiens ſit plagarum?

90. Ad precatorem adeam, credo.] Bene Poëta omnia tractat, quae in tali re tacenda ſervo eſſent, niſi aliud poſceret argumentum. Ad precatorem adeam.] Sic in Heautontimorumeno, *Nec tu aram tibi, Nec precatorem pararis.* Qui mihi sic oret.] Id eſt, *pro me oret.*

91. Nunc amitte, quaeso, hunc.] *Μίμησις* dicitur, ubi non verba modo, verum etiam geſtum vocemque fingimus alienam. Nunc amitte, quaeso.] Hoc quod nos dicimus *Dimitte*, antiqui etiam dicebant Amitte. [55] *Virgilius*,

amiſſos hinc jam obliviſcere Grajos.

Et [56] *Salluſtius, Pactiene amiſſo Publio legato.*

92. Posthac, si quidquam, nihil precor.] Facile impetrat, qui non omnia extorquet. Ergo ars precatoria eſt, mitigare praeſentia, futura permittere. Simul etiam, quia omnis cauſa in hoc eſt, ne videatur ſervus, ob impunitatem in delictis amplius peccaturus. Posthac si quidquam.] Ut ſolet, eleganter per ἔλλειψιν. Et ſimul, non ſi tantumdem peccaverit: ſed, ſi vel minimum. Tale eſt & illud, *Si ſenſero hodie quidquam in his te nuptiis Fallaciae conari.* Et, *Si quidquam invenies me mentitum, occidito.* Nihil precor.] Nihil, pro *non:* ſed plena negatio, Nihil.

93. Ubi ego hinc abiero.] Hic oſtendit, nullum precatorem ex animo poſtulare veniam ſervo. Vel occidito.] Vel, pro *etiam.* Occidito.] Tu tantum caedere volebas: ego dico, *Etiam occidito.*

OBSERV. IN DONAT.

55. *Virgilius.*] Aen. II. 148.

56. *Salluſtius.*] In Fragmentis.

COMMENTARIUS.

Credo.] Jocatur Geta, & εἰρωνικῶς hoc interſerit.

Qui mihi sic oret.] Τὸ Mihi valet, *pro me.* Servius vero ſibi non conſtat, ad Virg. Aen. VIII. 127.

cui me Fortuna precari,
Et vitta comtos voluit praetendere ramos,

citans hunc Terentii locum, & modo accipiens, quaſi Mihi oret dictum ſit pro, *me oret*, quomodo Graeci dicunt, εὔχομαι τῷ Θεῷ, Ἀπόλλωνι; modo addens, veteres & *precor illi*, & *precor pro illo* dixiſſe. Ita autem Mihi oret dixit, uti Suetonius Tib. 11. *Tamen officii duxit, quantum in ſe eſſet*, exorare filiae *patrem frequentibus literis.*

91. Amitte.] Plaut. Bacchid. III. 2. 11.

Maleſactorem amitti *ſatius, quam relinqui beneficium.*

Eſt igitur Amitte, dimitte. Codd. quidam, Omitte.

92. Posthac, si quidquam, nihil precor.] Plaut. Caſ. V. 4. 21.

Sed, uxor, da viro hanc veniam. Murrhina, ora Cleoſtratam:
Si umquam poſthac aut amaſſo Caſinam, aut occepſo modo,
Ne ut eam amaſſo: ſi ego umquam adeo poſthac tale admiſero:
Nulla cauſa eſt, quin pendentem me, uxor, virgis verberes.

Plura vide ad Eun. V, 2. 53. & 14.

94. Quid

Da. Quid paedagogus ille, qui Cithariſtriam?
Quid rei gerit? *Ge.* Sic, tenuiter. *Da.* Non multum habet,
Quod det, fortaſſe. *Ge.* Immo nihil, niſi ſpem meram.
Da. Pater ejus rediit, an non? *Ge.* Nondum. *Da.* Quid? ſenem
Quoad exſpectatis voſtrum? *Ge.* Non certum ſcio:

Sed

DONATI.

94. QUID PAEDAGOGUS ILLE, QUI CITHARISTRIAM?] Moraliter quaerit, volens audire de Phaedria, poſtquam de Antiphone cognovit: maxime, quia haec interrogatio reſponſionem elicit, qua ſpectator inſtruitur ad cognoſcenda cetera. QUID ILLE PAEDAGOGUS, QUI CITHARISTRIAM?] Quia dixit, *Sectari, in ludum ducere, & reducere:* & quia *Puellulam* dixit, ab aetate: *paedagogus eſt illi*, ait. QUID ILLE PAEDAGOGUS, QUI CITHARISTRIAM?] Phaedria ſcilicet, qui neque abſcedit a cuſtodia puellae, neque illam ipſe contingit. QUI CITHARISTRIAM?] Ἔλλειψις. *Sectatur, amat*, vel quid tale ſubaudiendum eſt.

95. SIC, TSNUITER.] *Δεικτικῶς.* SIC dicendum eſt, cum aliquo geſtu. NON MULTUM HABET, QUOD DET, FORTASSE.] Cum commiſeratione amatoris adoleſcentis pronuntiandum eſt.

96. IMMO NIHIL, NISI SPEM MERAM.] Bene SPEM: quia amat. nemo enim ſine ſpe amat. MERAM.] Solam.

97. PATER EJUS REDIIT, AN NON?] Chremes ſcilicet. [57] NONDUM.] Subaudi, *Venit.* Jam NON plena negatio eſt. QUID? SENEM QUOAD EXSPECTATIS VOSTRUM?] Animadvertite, QUID, ſecundum morem quotidianum tum dici, quum fit tranſitus a mentione alterius rei ad alteram. Sic & ſupra, *Quid paedagogus ille?*

98. QUOAD ERSPACTATIS VOSTRUM?] QUOAD, *quamdiu.* Et recte locutus eſt: quia adventus, finis eſt exſpectationis.

OBSERV. IN DONAT.

57. NONDUM.] *Subaudi, venit. Jam* NON *plena negatio eſt.*] Mſ. Hulſt. ita: NONDUM.] *Subaudi, venit.* NONDUM.] *Quia eveniat. nam* NON *plena negatio eſt.* Vide ſupra ad verſ. 92.

COMMENTARIUS.

94. QUID PARDAGOGUS ILLE, QUI CITHARISTRIAM?] Subaudi, *ſectabatur, in ludum ducebat, & reducebat.* qui adoleſcens amans lepide PAEDAGOGUS dicitur. Hi enim antiquo aevo a praeceptoribus diſtincti, in ludum comitabantur liberos ingenuos, iiſque quaſi cuſtodes additi erant, praceptoribus artes & ſcientias docentibus. Plaut. Merc. Prol. 89.

Servom una mittis, qui olim a puero parvolo
Mihi paedagogus *fuerat.*

Suet. Aug. 44. *Praetextatis* (aſſignavit) *cuneum ſuum, & proximum* paedagogis. Eadem facetia Fabium Maximum, Annibal *paedagogum* ſuum dixit, quod ſcilicet ἐπηκολούθει διὰ τῶν τραχίων καὶ ὀρεινῶν ἀντιπαρεξιών, teſte Plutarcho. Sic Socrates dictus *paedagogus* Alcibiadis. Plaut. Pſeud. I. 5. 31.

Hic mihi corrumpit filium, ſcelerum caput.
Hic dux, hic ille eſt paedagogus.

Petron. 94. *Ego* paedsgogus, *& cuſtos, etiam quo non juſſeris, ſequar.* Malim autem diſtinguere: QUID? PAEDAGOGUS ILLE, QUI CITHARISTRIAM, QUID REI GERIT? ſic mox, verſu 97.

quid? ſenem
Quoad exſpectatis voſtrum?

95. SIC, TENUITER.] Diſtinxi has voculas, poſt paucas editiones: idque monente Donato. Vide ad Heaut. III. 1. 49.

96. SPEM MERAM.] Intelligit eam SPEM munerum, quam adoleſcens jactat puellae. Donatus non cepit. Vide Heaut. II. 1. 16.

98. QUOAD.] Quod ad, ſub. tempus, ſeu, quando.

100. PORTITORES.] Hi Nonio teſte dicuntur

Telonarii

Sed epiſtolam ab eo adlatam eſſe audivi modo,
Et ad portitores eſſe delatam. hanc petam.
Da. Numquid, Geta, aliud me vis? *Ge*. Ut bene ſit tibi!
Puer, heus! nemon' huc prodit? cape, da hoc Dorcio.

DONATI.

99. SED EPISTOLAM AB EO ADLATAM ESSE AUDIVI. Mire paratur inopinatus ſubito adventus ſenis. nam ipſe veniet, cujus epiſtolam ſperat.

100. ET AD PORTITORES ESSE DELATAM.] More veterum magiſtri tributorum, id eſt, publicani, operam in portu dabant, inferendarum rerum, & efferendarum vectigal exigentes. AD PORTITORES.] Ad eos qui in portu ſunt. Et quo more hoc dixerit vide, [58] Attico, an Romano.

101. NUMQUID, GETA, ALIUD ME VIS?] Abſque illo argento, quo tibi a me opus fuit. UT BENE SIT TIBI.] Ἀρχαϊσμὸς, pro, [59] *Nihil*.

102. PUER, HEUS! NEMON' HUC PRODIT?] Moralis expreſſio. nam eos vocat, quibus initio egrediens dicebat, *Si quis me quaeret rufus*. CAPE, DA HOC DORCIO.] Ad κωφὸν πρόσωπον loquitur. DORCIO.] *Dorcium* foemininum nomen eſt, ut *Planeſium*, *Glycerium*.

OBSERV. IN DONAT.

58. *Attico, an Romano.*] Immo mágis Attico.

59. *Nihil.*] Guyetus in gloſſis Mſſ. *Quid ſibi velit Donatus, neſcio, qui τὸ* BENE *hic exponit* Nihil. Atqui id non facit Donatus, cui integra ſententia, UT BENE SIT TIBI, valet, *Nihil aliud te volo*. Eſt enim formula diſcedentium. *Bene tibi ſit*, pro, *vale*.

COMMENTARIUS.

Telonarii (Belg. *Tollenaren*) *qui portum obſidentes omnia ſciſcitarentur, ut ex eo vectigal accipiant.* Quo reſpiciens Menaechmus, & nimis curioſam uxorem objurgans ait, apud Plaut. Menaechm. I. 2. 5.

> *Nam quoties foras ire volo, me retines; revocas;*
> *Rogitas, quo eam? quam rem agam? quid negotii geram?*
> *Quid petam? quid feram? quid foris egerim?*
> Portitorem *domum duxi. ita omnem mihi*
> *Rem neceſſe loqui eſt, quidquid egi, atque ago.*

Trin. III. 3. 64.

> *Jam ſi obſignatas non feret, dici hoc poteſt:*
> *Apud* portitorem *eas reſignatas ſibi,*
> *Inſpectaſque eſſe.*

Et verſu 80.

> *Lepida eſt illa cauſa, ut commemoravi dicere,*
> *Apud* portitores *eſſe inſpectas.*

100. ESSE DELATAM.] Mſſ. Lipſ. Bodl. Witt. cum edit. 1469. ESSE LATAM. idem e Mſ. Lovan. citat Pulmannus.

101. NUMQUID, GETA, ALIUD ME VIS?] Formula diſcedentium. Vide ad Eun. I. 2. 111.

102. DORCIO.] Δόρκιον ὑποκοριστικὸν videtur τῶ Δορκάς. Videtur vel Getae uxor, vel quaevis alia mulier ancilla intelligi. Geta autem puerum quemdam prodeuntem adloquitur.

Digitized by Google

ACTUS PRIMI

SCENA TERTIA.

ANTIPHO. PHAEDRIA.

An. ADEON' rem rediſſe, ut qui mihi conſultum optume velit eſſe,
Phaedria, patrem ut extimeſcam, ubi in mentem ejus adventi venit?
Quod

DONATI.

1. ADEON' REM REDISSE, UT QUI MIHI CONSULTUM OPTUME VELIT ESSE.] *In hac Scena color vitae eſt eorum qui id, quod immodice concupierint, ſpernunt poſtquam evenerit. Quod apertiore ſententia oſtendit Poëta, dicendo*, NOSTRI NOSMET POENITET. ADEON' REM REDISSE.] *Comparativa qualitas in hac Scena eſt, inter Antiphonis vitam, & Phaedriae. Genus cauſae demonſtrativum. Contendunt autem, uter magis miſer ſit.* UT QUI MIHI CONSULTUM OPTUME VELIT ESSE, PHAEDRIA.] *Mira ſententia, qua oſtendit adoleſcentulos in peccatis neminem magis metuere, quam eos a quibus maxime diliguntur. Simulque inducitur rerum imminentium praeſtructio: in qua ſic audax inducitur Phaedria, ut defenſor futurus ſit: ſic timidus Antipho, ut fugiturus ſit.* UT QUI MIHI CONSULTUM OPTUME VELIT ESSE, PHAEDRIA, PATREM EXTIMESCAM.] [1] Ferienda pronuntiatio [2] in eo, quod ait, QUI MIHI CONSULTUM OPTUME VELIT ESSE. hoc enim magis mirum eſt, ideo patrem timeri, quia CONSULTUM OPTUME VELIT.

2. UBI IN MENTEM EJUS ADVENTI VENIT?] Nota, *venire in mentem* veteres, non recordationis cauſa tantum, ſed etiam recogitationis conſiderationiſque poſuiſſe. UBI IN MENTEM EJUS ADVENTI VENIT?] Sic veteres genitivo caſu proferebant. IN MENTEM EJUS ADVENTI VENIT?] [3] *Cicero, Fac tibi paternae legis Aciliae veniat in mentem.* ADVENTI VENIT?] Multipliciter declinatur, & ADVENTI & ADVENTUS. ſic & in Andria, *Nihil ornati, nihil tumulti.* VENIT?] Legitur & ADVENIT.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Ferienda.*] Intendenda, tollenda. Minus improprie Cicero *ferire aures* dixit. Gall. *frapper.*

2. *In eo, quod ait.*] Codd. ante Rob. Stephanum: *In eo, quod ait*, PATREM.

3. *Cicero.*] Verr. Act. I. 17.

COMMENTARIUS.

1. ADEON' REM REDISSE.] Sic ſupra I. 2. 5. infra I. 4. 24. Heaut. I. 1. 61.

2. PATREM UT EXTIMESCAM.] Ita plerique Mſſ. & editi veteres. Alii, PATREM EXTIMESCAM. Quod revocavit Guyetus, & poſt eum recentiores quidam, ſcilicet, quia verſu 1. τὸ UT jam ſcriptum fuerat, nec agnoſcere videtur Donatus. A Mſ. Witt. utrumque UT abeſt. Defendit tamen J. Fr. Gronov. ad Plaut. Bacch. IV. 6. 18. Vide porro ejus Notas ad Liv. XXII. 11. & XXVIII. 9. Hoc eſt, quod JCti dicunt: Pater praeſumitur optimum conſilium capere pro liberis ſuis.

UBI IN MENTEM EJUS ADVENTI VENIT?] Cicero de Oratore II. 61. *Quotieſcumque gradum facies,*

Quod ni fuiſſem incogitans, ita eum exſpectarem, ut par fuit.
Ph. Quid iſtuc eſt? *An.* Rogitas? qui tam audacis facinoris
mihi conſcius ſis?
Quod utinam ne Phormioni id ſuadere in mentem incidiſſet;
Neu me cupidum eo impuliſſet, quod mihi principium eſt mali.
Non

D O N A T I.

3. INCOGITANS.] Temerarius. *Probus, Incogitans*, inquit, *in uſu eſt: at non eodem modo Cogitans.* ITA EUM EXSPECTAREM, UT PAR FUIT.] EXSPECTAREM nunc *opperirer*: alias, *ſperarem.*

4. QUID ISTUC EST?] Haec interrogatio ſtomachoſa eſt, extenuare volentis metum fratris: diverſa enim ſentit ob diverſum amoris eventum. QUI TAM AUDACIS FACINORIS MIHI CONSCIUS SIS?] Proprie ad terrorem, qui de facinore loquitur, *Conſcium* dixit. ROGITAS? QUI TAM AUDACIS FACINORIS.] Bene timens inducitur Antipho, ut ſit cauſa fugiendi. Ad hoc enim fugiet, ne ad amittendam conjugem cogatur a patre, ante errorem Fabulae patefactum.

5. QUOD UTINAM NE PHORMIONI.] Gratiſſime non Phormioni ſuccenſet, ſed Phormionis invento. Ei vide, ut & ipſe ſe culpae ſubtrahat. QUOD UTINAM.] Et familiare eſt, initia rerum accuſare eos, quos alicujus negotii poenitet. QUOD UTINAM NE PHORMIONI.] Vetus elocutio, UTINAM NE. ⁴ *Ennius* in Medea,

Utinam ne in nemore Pelio ſecuribus
Caeſa cecidiſſet abiegna ad terram trabes.

Et NE, *non*, accipiendum.

6. NEU ME CUPIDUM EO COMPULISSET.] Bene hoc addidit ad excuſationem. potuit enim dici, *Non conſentires.* EO COMPULISSET.] Eo, ad uxorem ducendam. an EO in tantum? QUOD MIHI PRINCIPIUM EST MALI.] Bene, quaſi caput mali non in amore ſit, ſed ⁵ in nuptiis.

O B S E R V. I N D O N A T.

4. *Ennius.*] Hos verſus pluſculi poſtea imitati ſunt. Praeter quos laudat H. Columna adde Phaed. IV. 6. 6. Rufinus autem Libro de Metris Comicis, *Caeſae abiegnae* legit.

5. *In nuptiis.*] Recte. Sic Virg. Aen. VI. 93.
Cauſa mali tanti conjux.
Abr. Wielingius.

C O M M E N T A R I U S.

facies, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem. Mſſ. Bodl. Graev. & Xanth. cum edit. 1469. ADVENTUS. Et citat Priſcianus Inſtit. VI. & XVII. dicens genitivum antiquum pro nominativo uſurpari.

3. QUOD NI.] Παρέλκει τὸ QUOD. Cic. Att. XIII. 45. Quod niſi *me Torquati cauſa teneret, ſatis erat dierum, ut Puteolos excurrere poſſem, & ad tempus redire.* Virgil. Georg. I. 155.

Quod niſi *& aſſiduis terram inſectabere raſtris,*

Salluſt. Catil. 18. Quod ni *Catilina maturaſſet pro curia ſignum ſociis dare; eo die, poſt conditam urbem Romam, peſſimum facinus patratum foret.*

INCOGITANS.] Temerarius. Auſon. Periandro 15.

Incogitantes *fors, non conſilium regit.*

Τὸ *In* autem ipſius verbi *Incogito* non στερητικὸν, ſed αὐξητικὸν videtur. Horat. Epiſt. II. 1. 122.

Non fraudem ſocio, puerove incogitat *ullam Pupillo.*

4. MIHI CONSCIUS SIS?] Plaut. Rud. IV. 7. 20.

Semper cavere hoc ſapientes aequiſſimum eſt,
Ne conſcii ſint ipſis *maleficii ſui.*

Ita lego, pro vulgato, *Ne conſcii ſint ipſi maleficiis ſuis.* Linacer: MIHI CONSCIUS SIM.

5. QUOD UTINAM.] Παρέλκει τὸ QUOD. Cic. Fam. XIV. 4. Quod utinam *minus vitae cupidi fuiſſemus!* Virg. Aen. X. 631.

quod ut *ô potius formidine falſa Ludar.*

Niſi forte πλεονάζει τὸ ID. quomodo *id quod* pro ſimplici relativo dicitur.

IN MENTEM INCIDISSET.] Sic Heaut. III. 1. 75.

6. IMPULISSET.] Ita pleriqne Mſſ. & editi. Sic And. I. 5. 31. In aliis eſt, COMPULISSET.

QUOD MIHI PRINCIPIUM EST MALI.] Virgil. Aen. II. 97.

Hinc mihi prima mali labes.

Non potitus eſſem: fuiſſet tum illos mihi aegre aliquot dies:
At non quotidiana cura haec angeret animum. *Ph.* Audio.
An. Dum exſpecto, quam mox veniat, qui adimat hanc mihi
    conſuetudinem.
Ph. Aliis, quia deſit, quod amant, aegre 'ſt: tibi, quia ſuper-
    eſt, dolet.

Amore

DONATI.

7. NON POTITUS ESSEM.] More hominum loquitur: credit enim ex ſequenti ſatietate, quod potuerit abſtinere amoribus ſuis. NON POTITUS ESSEM.] [6] *Α'νθυποφορὰ μονομερής.* Non enim, *Sed potiri voluiſti* poſuit: ut [7] ille,

Verum anceps pugnae fuerat fortuna! fuiſſet.

Hic enim utraque pars ponitur. FUISSET TUM ILLOS MIHI AEGRE ALIQUOT DIES.] Quidam totum interrogative pronuntiant: nempe, FUISSET TUM ILLOS MIHI AEGRE ALIQUOT DIES?

8. AT NON QUOTIDIANA CURA HAEC ANGERET ANIMUM.] Quum amatorie loquatur Antipho, errant qui putant eum poenitere ſui deſiderii. nam ſi hoc eſt: nec maritus firmus videbitur fore. ſed hoc dicit: facilius fuiſſe abſtinere virgine intacta, quam ea cum qua jam conſueverit. Et ideo ſubjungit, DUM EXSPECTO, QUAM MOX VENIAT, QUI ADIMAT HANC MIHI CONSUETUDINEM. AUDIO.] AUDIO per *εἰρωνείαν* dicitur modo, a contemnente dictum Antiphonis. AUDIO.] Omnia deridet Phaedria, cupiens fructum amoris vel periculis adipiſci. Eſt ergo AUDIO *εἰρωνεία*, pro *Non audio*, hoc eſt, Nihil dicis.

9. DUM EXSPECTO, QUAM MOX VENIAT.] Non *Quando*, ſed *Quam cito:* quia timet. QUI ADIMAT HANC MIHI CONSUETUDINEM.] Mire non amorem: tanquam amore carere potuerit, *conſuetudine* non poſſit. Et nota proprietatem. uam *Conſuetudo* ſpecialiter de coitu dicitur.

10. ALIIS, QUIA DESIT, QUOD AMANT.] Magnificentius ALIIS dixit, quam ſi diceret *Mihi.* TIBI, QUIA SUPEREST, DOLET.] Laboravit, ut oſtenderet, plus eſſe DOLET, quam AEGRE EST. Et ideo inſanum ait Antiphonem: qui in ea fortuna poſitus, quae adverſa & contraria eſt, idem patiatur quod miſer. Et eſt figura *ὑπόζευξις.* Nam ad utrumque, AEGRE EST, ſufficere potuit. Scire autem debemus, & pronuntiative, & per interrogationem, hoc ipſum pronuntiari poſſe. TIBI, QUIA SUPEREST.] Id eſt, eo quod deſideras, abundas. Ordo eſt, TIBI DOLET, QUIA SUPEREST.

OBSERV. IN DONAT.

6. *Α'νθυποφορὰ μονομερής.*] Immo *ὑποφορὰ* eſt in verbis, NON POTITUS ESSEM. reliqua *ἀνθυποφορὰν* habent.

7. *Ille.*] Virgil. Aeneid. IV. 603.

COMMENTARIUS.

7. FUISSET TUM ILLOS MIHI AEGRE ALIQUOT DIES.] Sic And. II. 6. 9.

biduì eſt aut tridui
Haec ſollicitudo.

Adelph. I. 2. 57.

Aegre 'ſt.

Mſſ. Leidenſes duo, cum Pulmanni tribus, FUISSET TUM ILLUD MIHI AEGRE.

8. ANGERET.] Mſſ. quidam, AUGERET. Vide Heaut. II. 2. 3.

AUDIO.] Ita ſolent, qui aſſenſum non praebent, neque tamen contradicere volunt. Infra V. 7. 54. Aliter Eun. II. 3. 79.

9. QUI ADIMAT HANC MIHI CONSUETUDINEM.] Intelligit patrem Demiphonem. Plerique Mſſ. & editi poſt an. 1469. QUI HANC MIHI ADIMAT. Ipſam autem *συνουσίαν* videtur CONSUETUDINEM vocare.

10. QUIA DESIT, QUOD AMANT, AEGRE 'ST.] Plaut. Curc. I 3. 14.

Ipſus ſe excruciat, qui homo, quod amat, videt, nec potitur, dum licet.

Nullo

Amore abundas, Antipho.

Nam tua quidem hercle certo vita haec expetenda optandaque eſt.

Ita me Di bene ament, ut mihi liceat tam diu, quod amo, frui;

Jam depeciſci morte cupio. tu conjicito caetera;

Quid

DONATI.

11. Amore abundas, Antipho.] Sic hoc pronuntiandum, quemadmodum ſolet cum ſtomacho dici vituperanti cibum, *Non eſuris*, aut, *Pleno ventre es.* vult enim oſtendere, ſatietatis hoc eſſe, non ratiocinationis, quod nunc queritur Antipho. Amore abundas, Antipho.] *Abundare* dicitur, qui ſucceſſu proſpero affluit. *Lucilius* libro tertio,

ille alter abundans

[1] *Cum ſeptem incolumis pinnis redit, ac recipit ſe.*

Amore abundas, Antipho.] Hoc cum pronuntiatione infert.

12. Nam tua quidem hercle certo vita haec expetenda.] Bene Certo: quia ſupra omnia cum εἰρωνείας dixit. Vita haec expetenda.] Vita dixit, ut oſtenderet, etiamſi non felicitas, ſed vita dicatur, optandam eſſe. Vita autem & mores ſignificat, & animam, & alimentum, & ſpatium vivendi, & fortunam accidentem viventibus: ut modo. Expetenda, optandaque] Proprie dixit, Expetanda, optandaque. omnia enim quae amamus, aut induſtria, aut voto proveniunt: hoc eſt, aut in nobis ſunt, aut in fortuna poſita.

13. Ita me Di bene ament, ut mihi liceat.] Neceſſario jurat: quia quod dicturus eſt, ſolis amatoribus videtur eſſe credendum. Ita me Di bene ament, ut mihi liceat tamdiu, quod amo, frui.] Opportunus locus, in quo oſtendatur, quam magno amore ſit poſſeſſus Phaedria, cui par impenditur argumentum. Tam diu, quod amo, frui.] Quamdiu uxore fruitur Antipho. An Tam diu, δεικτικῶς? Tam diu.] Tantiſper, hoc eſt, vel tantillo tempore. Quod amo, frui.] Deeſt *Eo*: ut ſit, *eo, quod amo, frui.*

14. Jam depeciſci morte cupio.] Pactionem tranſigere. Tu conjicito caetera.] Aut Caetera abundat: aut deeſt *Per*: ut ſit, *Per caetera.*

OBSERV. IN DONAT.

1. *Cum ſeptem.*] Ita reſtituit Nob. Janus Douza Nordovix, quem gloſſae veteres in Juvenalem abs P. Pithoco editae quaſi manu duxerunt.

COMMENTARIUS.

Nullo ſenſu. Lego: *Nec potiri dum licet.* Mſ. Witt. Quia defit, quod cupiunt.

11. Amore abundas.] Intelligit gaudia & ſucceſſum amoris. Symmach. Lib. I. Epiſt. 20. Abundo gaudio, *cum te conſulem novus annus excipiat.* Horat. Serm. II. 5. 89.

Neu deſis operae, neve immoderatus abundes.

Fabrini non vertit. Dacieria: *L'amour vous a trop bien traité.*

12. Nam tua.] Hinc jam extra jocum, & ſerio loqui incipit.

13. Tamdiu.] Subaudi, *Quam tibi tuo amore frui datur; quamdiu tu tuo amore potitus es.*

14. Depeciſci morte.] Αὐτίκα τεθναίην. Cicero Att. IX. 7. *In quo non extimeſco periculum. cum enim tot impendeant, cur non honeſtiſſimo* depeciſci *velim?* Et citat Malaſpina ad h. l. *depectum* ex Pandectis Florentinis; pro quo vulgo *depactum.* Virg. Aen. V. 230.

vitamque volunt pro laude paciſci.

Aen. XII. 49.

letumque ſinas pro laude paciſci.

Quibus locis uti ſeu vita ſeu morte, eodem ſenſu & ſententia, dicitur emenda laus; ita Phaedria h. l. optat, ſibi fructum amoris vel ipſa morte emendum. Quid vero ſit *depectus*, vide in Opuſc Var. de Latinitate JCtorum veterum, edente Cl. V. Carolo Andrea Dukero, pag. 284. ſeqq.

Quid ego ex hac inopia nunc capiam; & quid tu ex hac copia.
Ut ne addam, quod ſine ſumtu ingenuam, liberalem nactus es:
Quod habes, ita ut voluiſti, uxorem ſine mala fama: palam
Beatus: ni unum hoc deſit, animus qui modeſte iſtaec ferat.
Et ſi tibi res ſit cum eo lenone, quocum mihi eſt, tum ſentias.
Ita plerique ingenio ſumus omnes, noſtri noſmet poenitet.

An.

D O N A T I.

15. Quid ego ex hac inopia nunc capiam.] Infortunium ſcilicet. Et quid tu ex istac copia.] Fructum ac felicitatem.

16. Ut ne addam.] Παράλειψις figura, in qua velut ex abundanti enumerantur adjecta. Ut ne addam.] Σχῆμα παράλειψις. Quod Graeci, ἵνα μή. Ingenuam, liberalem nactus es.] Hoc natalium, illud morum eſt. Sine sumtu, ingenuam, liberalem nactus es.] Contra ea quae patitur, iſta poſuit omnia. hujus in amore copiam: ſuam inopiam. hujus deſiderium nullo conſtitiſſe ſumtu: ſibi a lenone fuiſſe emendam puellam. hujus ingenuam: ſuam ſervam. hujus liberalem: ſuam cithariſtriam. hunc nactum eſſe: ſe ſectari tantum. hujus uxorem: amicam ſuam. hujus amorem maritalem eſſe: ſuum velut prodigi, velut ſcortatoris.

17. Quod habes, ita ut voluisti.] Voluisti ſubdiſtinguendum eſt, & ſic legendum Uxorem. Erit enim ἐμφατικώτερον. Ut voluisti, uxorem.] Bona praeparatio uxoris futurae.

18. Ni unum hoc desit, animus qui modeste istaec ferat.] Modeste, moderate. [9] *Salluſtius* libro ſecundo, *Modeſtus ad omnia alia, niſi dominationem.* Modeste.] Cum modo.

19. Et si tibi res sit cum eo lenone.] Et modo non connexiva, ſed inceptiva conjunctio eſt. [10] *Salluſtius* libro ſecundo, *Et Poeni ferunt adverſus a n e m**. Sentias.] Sic alibi, *Sit rogas? Senſi.*

20. Ita plerique ingenio sumus omnes, Nostri nosmet poenitet.] Παρέλκον tertium in Andria, *Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli.* Et eſt ἀρχαϊσμός: ut, *Accede ad ignem hunc, jam caleſces plus ſatis.* Nostri nosmet poenitet.] [11] Poenitet eum, qui parum putat. ergo ipſi nos, inquit, noſtra contemnimus. Sic & in Heautontimorumeno, *At enim dices, Me, quantum hic operis fiat, poenitet.*

O B S E R V. I N D O N A T.

9. *Salluſtius.*] Mſ. Hulſt. cum edd. quibuſdam veteribus, *Niſi ad dominationem.*

10. *Salluſtius.*] Mſ. Hulſt. & editi quidam veteres: *Et Poeni fere adverſus a. n. e. m.*

11. *Poenitet eum.*] Sic Calph. ad Heaut. I. 1. 20.

C O M M E N T A R I U S.

ſeqq. Mſſ. quidam & editi poſt an. 1469. Depacisci. Sed Priſcianus Lib. VIII. numerat hoc verbum in iis, quae *A* mutant.

15. Ex hac copia.] Mſſ. Bodl. & Graev. Ex ista copia. Alii, Ex istac copia. Senſus autem eſt: *Tibi porro conjiciendum relinquo, quid moleſtiae ego capiam ex hac inopia mei, & quid tu voluptatis ex iſtac copia amoris tui percipias.*

16. Ut ne addam, quod sine sumtu.] Similem ſententiam vide Eun. V. 4. 4. & ſeqq.

17. Quod habes.] Hunc verſum expungit Guyetus, non attendens, etiam in his verbis eſſe oppoſitionem inter uxorem Antiphonis, & amicam Phaedriae. Certe enim haec ſumtum poſtulabat, ſi eſſet redimenda; nec ingenua erat, ſed ſerva; nec liberalis, ſed ſordida; nec ſine mala fama, quippe ſerviens lenoni impuriſſimo.

18. Beatus, ni unum hoc desit.] Virg.

Georg.

An. At tu mihi contra nunc videre fortunatus, Phaedria,
Cui de integro eſt poteſtas etiam conſulendi, quid velis:
Retinere, amare, amittere. ego in eum incidi infelix locum,
Ut neque mihi ejus ſit amittendi, nec retinendi copia.
Sed quid hoc eſt? videon' ego Getam currentem huc adveni-
re?

Is

DONATI.

22. Cui de integro est potestas.] Poſt, deinceps. An De integro, id eſt, integris rebus? Quid velis: retinere, amare, amittere.] An conjunctè legendum eſt, Quid velis retinere? ut duo ſint, Amare, amittere: quia & infra duo reddit, *Ut neque mihi ſit ejus amittendi, neque retinendi copia. Amittendi*, propter amorem, *retinendi*, propter patrem.

COMMENTARIUS.

Georg. II. 458.

> *O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint,*
> *Agricolas!*

Ecl. VI. 45.

> *Et fortunatam, ſi numquam armenta fuiſſent,*
> *Paſiphaën.*

Vide ad Hec. IV. 2. 25. Τὸ Hoc abeſt a quibuſdam Codd. nec agnoſcitur ab Eugraphio.

19. Et si:] Haec Donati lectio. Plurimi Codices, Quod si.

Lenone.] Delent hanc vocem Georg. Fabricius & Guyetus; neque tamen intercedunt, quo minus de lenone ſit ſermo; ſed metrum obſtare ajunt. Abeſt tamen a paucis Codicibus.

Quocum.] Mſſ. & impreſſi quidam, Quicum.

Tum sentias.] Uſitatior lectio, quam quorundam Librorum, Tu sentias. Vide And. II. 1. 10.

20. Nostri nosmet poenitet.] Senſus eſt; *Sordet nobis ſors noſtra.* Plaut. Aul. III. 2. 20.

> *me haud poenitet, tua ne expetam.*

Malim, *Mei me haud poenitet.* Poen. I. 2. 71.

> *Heu ecaſtor, cum ornatum adſpicio noſtrum ambarum*, poenitet,
> *Exornatae ut ſumus.*

Cic. Fam. VI. 1. *Etſi ea perturbatio eſt omnium rerum, ut ſuae quemque fortunae maxime poe*niteat. Horat. Serm. I. 1. 1.

> *Qui fit; Maecenas, ut nemo, quam ſibi ſortem*
> *Seu ratio dederit, ſeu ſors objecerit, illa*
> *Contentus vivat; laudet diverſa ſequentes?*

P. Syrus:

> *Aliena nobis, noſtra plus aliis placent.*

Quam ſententiam ita Illuſtriſſ. Joſ. Scaliger extulit:

> Ἄλλως ἀρέσκει τἀμὰ, καὶ τὰ τῶν δ' ἐμέ.

Prudenter monet Cato;

> *Quum tibi diſpliceat rerum fortuna tuarum,*
> *Alterius ſpecta, quo ſis diſcrimine pejor.*

22. De integro.] H. e. Nuptiis nondum implicito.

23. Retinere, amare, amittere.] Non cepit Donatus. Integrum vero erat Phaedriae, vel Retinere amicam, clam & inſcio patre, vel Amare; quod ad amorem vagum referas, an ad eandem amicam, parum refert; vel denique Amittere amicam. Suet. Calig. 25. Matrimonia contraxerit *turpius*, *an* dimiſerit, *an* tenuerit, *non eſt facile decernere.* ubi vulgo male *diſcernere.* Eſt enim *decernere*, conſtituere, judicare. Adelph. IV. 2. 5. Gronov. Obſerv. III. 13.

24. Ut neque mihi ejus sit amittendi, nec retinendi copia.] Pro Ejus Guyetus ſubſtituit Jus. Sed vincit τὸ Ejus cum Codicum numero, tum elegantia. Idem autem dicet Antipho infra III. 2. 22.

26. Hei

Is eſt ipſus. hei timeo miſer, quam hic nunc mihi nuntiet rem.

DONATI.

26. Hei timeo miser.] [11] Quam recte jam timet: quia in metu ſemper eſt praeſaga mali mens. Et Hei interjectio ingemiſcentis eſt. ut,

[12] *hei mihi, quantum*
Praeſidium, Auſonia, & quantum tu perdis;
Iule!

OBSERV. IN DONAT.

12. *Quam recte jam timet.*] Nec admiratio hic, nec extra admirationem τὸ *Quam* locum habet. Suſpicor ſcripſiſſe Donatum: Hei timeo miser, quam.] *Recte jam timet.*

13. *Hei mihi.*] Virgil. Aen. XI. 57.

COMMENTARIUS.

26. Hei timeo.] Mſ. Witt. & Editio anni 1469. Et timeo. quod forte expreſſum ex Mſſ. quorundam, Ei timeo.

Quam hic nunc mihi nunciet rem.] Mſ. Graev. Quam mihi nunciet rem. Mſ. Bodl. Quam mihi nunc hic nunciet rem. Alii Libri aliter.

ACTUS PRIMI

SCENA QUARTA.

Geta. Antipho. Phaedria.

Ge. Nullus es, Geta, niſi jam aliquod tibi conſilium celere repperis:

Ita

DONATI.

Nullos es, Geta.] *In hac Scena ſervi* [1] *concurrentis officium eſt, tendens ad perturbationem Antiphonis, quem oportet abeſſe a conſpectu patris uſque ad cognitionem rerum, & καταστροφὴν Fabulae.*

1. Consilium celere.] *Hoc celere* neutraliter dicitur.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Concurrentis.*] Doctiſſ. Abr. Wielingius, *Occurrentis* mallet. In Codd. ante Rob. Stephanum eſt, *currentis.*

COMMENTARIUS.

1. Nullus es.] Expreſſus hic locus ex Plauto, Epid. I. 1. 75.

quo in loco haec res ſit, vides;
Epidice: niſi quid tibi in tete auxilii eſt, abſumtus es.
Tantae in te impendent ruinae; niſi ſuffulcis firmiter,

Non

Ita nunc imparatum ſubito tanta te impendent mala:
Quae neque uti devitem, ſcio, neque quo modo me inde extraham.
Nam non poteſt celari noſtra diutius jam audacia:
Quae ſi non aſtu providentur, me aut herum peſſum dabunt.
An. Quidnam ille commotus venit?
Ge. Tum, temporis mihi punctum ad hanc rem eſt. herus adeſt. *An.* Quid iſtuc mali 'ſt?

Ge.

DONATI.

2. SUBITO TANTA TE IMPENDENT MALA.] Accuſativo caſu IMPENDENT. aut ἀναστροφὴ, pro, *In te pendent mala.* Quum ſupra NULLUS ES, GETA, dixerit: hic tranſitum fecit ad primam perſonam.

3. QUAE NEQUE UTI DEVITEM, SCIO.] Ruina aut vitanda eſt, aut extrahenda ſunt ex ea corpora, quae oppreſſerit. DEVITEM.] Ante quam irruant. INDE EXTRAHAM.] Quum irruerint.

4. NAM NON POTEST CELARI NOSTRA DIUTIUS JAM AUDACIA.] Bene NOSTRA: quia ipſe partem maximam culpae ſuſtinet, ut magiſter. CELARI.] Nigidius, CELARI, quaerit utrum plenum ſit, an [2] preſſum?

6. QUIDNAM ILLE COMMOTUS VENIT?] Modo COMMOTUS, perturbatus atque conterritus. QUIDNAM ILLE COMMOTUS.] Hic oſtendit Poëta, idcirco confuſum Getam induci, ut de ejus metu Antipho terreatur.

7. TUM, TEMPORIS MIHI PUNCTUM.] PUNCTUM, pro, momentum. ut *Lucilius* in decimoquarto, [3] *Puncto uno, hora * & qui quoque invaſit.* PUNCTUM.] Anguſtiſſimum ſpatium. AD HANC REM.] Ad deliberandum quod ago. HERUS ADEST.] Vultu triſti ac [4] ſuperciliis arduis hoc dicendum eſt. QUID ISTUC MALI EST?] Mire πρὸς τὸ, HERUS ADEST, QUID ISTUC MALI EST, poſuit ex perſona Antiphonis: cui pro calamitate eſt patris adventus.

OBSERV. IN DONAT.

2. *Preſſum.*] Codd. ante Rob. Stephanum, *expreſſum.*

3. *Puncto uno.*] Codices quidam: *Puncto, una hora * & qui quoque inſuaſit.* Nob. Janus Douza nil mutat.

4. *Superciliis arduis.*] Forte, *Superciliis adductis.*

COMMENTARIUS.

Non potes ſubſiſtere, itaque in te irruunt montes mali.
Neque ego nunc quomodo me expeditum ex impedito faciam,
Conſilium placet.

Priſcianus Lib. V. NULLUS ES, GETA, NISI CONSILIUM ALIQUOD CELERE REPERERIS. Sed Lib. VII. NULLUS ES, GETA, NISI JAM ALIQUOD CONSILIUM CELERE REPERERIS. Et Mſſ. quidam, cum edd. Junt. Rob. Stephani, Aldi, & vetuſtioribus quibuſdam, REPERERIS. Eidem Priſciano τὸ CELERE adverbium eſt. Lucil.

Nunc ad te redeo, ut quae res me impendet, *agatur.*

3. ME INDE EXTRAHAM.] Sic Hec. V. 4. 36. Mſ. Graev. ABSTRAHAM. Similis ſententia eſt Adelph. III. 2. 4.

5. PESSUMDABUNT.] Pacuvius, Teucro:

Periere Danai, plera pars peſſumdata eſt.

Idem verſus occurrit And. I. 3. 3. Parum autem refert, conjunctim legatur, PESSUMDABUNT, an PESSUM DABUNT, niſi quod poſterius magis comicum videtur.

6. COMMOTUS.] Turbatus. And. V. 4. 34.

7. TEMPORIS MIHI PUNCTUM.] Στιγμὴν χρόνου vocant Graeci. An a Mathematicis deſumta locutio, apud quos minima pars lineae *punctum* eſt? Id autem vult Geta, conſilium ſibi

Digitized by Google

Ge. Quod quum audierit, quod ejus remedium inveniam iracundiae?
Loquarne? incendam. taceam? inſtigem. purgem me? laterem lavem.
Eheu me miſerum! quum mihi paveo, tum Antipho me excruciat animi:

Ejus

DONATI.

8. Quod quum audierit.] Scilicet quod uxorem duxit Antipho. Quod quum audierit.] Bene non addidit quid: ſecum enim loquitur. Quod ejus remedium inveniam iracundiae?] Plus eſt, quam ſi diceret, *Nullum*. Quod ejus remedium inveniam iracundiae?] Proprie, Remedium, quaſi iracundia morbus ſit.

9. Loquarne? incendam.] Quia iracundia ignis eſt. Taceam? instigem.] *Inſtigari* proprie fera dicitur. Loquarne? incendam. taceam? instigem.] Σχῆμα διαπόρησις. Duo ſunt quae fieri in placando ſolent: aut *loqui*, aut *tacere*. Sed quid vult ſibi, Purgem me? quum idem ſit Loquar? an quia poteſt purgatio & per defenſorem, patronumve induci? ſic quidam putant. Sed melius eſt hoc, ut perturbatae & ſervilis imperitaeque perſonae verba ſine arte eſſe, & vim ſignificati non habere. Purgem me? laterem lavem.] *Παροιμία, πλίνθον πλύνεις.*

10. Quum mihi paveo.] Quum, *praeterquam quod* ſignificat modo. Tum Antipho me excruciat animi.] Τῷ ἰδιωτισμῷ, pro eo quod eſt, *propter Antiphonem me excrucio.* Me excruciat animi.] Sic in Hecyra, *Fecit, animi ut incertus foret.* Genitivo enim caſu veteres figurabant hanc locutionem.

COMMENTARIUS.

in ipſa quaſi arena eſſe capiendum, quod jam jam domi adfuturus eſſet herus in portum appulſus.

8. Quod quum audierit.] Mſ. Mark. Qui quum audierit. quod ejus remedium inveniam iracundiae! Sic And. III. 1. 10.

9. Loquarne?] Donato haec *perturbatae & ſervilis imperitaeque perſonae verba* ſunt, ſcilicet, quia mox addit, Purgem me? & quod idem ſit *Loqui & purgare ſe.* Boeclerus igitur Loquarne? interpretatur de reſponſione ſervi ad interrogationem heri; Taceam? de nihil reſpondendo; Purgem me? de amoliendo culpam & ſuſpicionem. debebat addidiſſe, ultro. Mihi aptior hic ſenſus videtur: Loquarne? h. e. Indicabo Demiphoni de nuptiis Antiphonis. Taceam? interrogatus de cauſa illarum nuptiarum. Purgem me? dicendo, me impulſore non eſſe contractas.

Incendam.] Faciam iracundia ardentem. Sic Hec. IV. 1. 47. Phaed. III. 10. 18.

Incenſus *ille falſo uxoris crimine.*

Eundem uſum *Accendendi* verbum habet.

Instigem.] Sic And. IV. 2. 9. & infra III. 3. 14. & V. 7. 76.

Laterem lavem.] Petrus Nannius Miſcell. II. 17. intelligit de maſſa ex argilla vel luto, non igne, ſed ſole indurata; qualis quanto magis lavatur, tanto magis opera luditur, ipſo latere in coenum reſoluto. Quo ſenſu frequenter uſus in Commentariis ſuis J. Caeſar. Daieria *une brique cruë* vertit. Varro *laterem crudum* vocat. qui diverſus eſt a *coEto.* Etiam Vitruvio alius eſt *coEtus*, alius *crudus later.* de Architect. l. 5. Adde II. 3. & Eraſm. in Adag. Fabrini ſimpliciter: *Io perderei il tempo.*

10. Me excruciat animi.] Plaut. Mil. IV. 2. 76.

quid illam miſeram animi excrucias,
Quae numquam male de te merita eſt?

Sulpicius Apollinaris, Periocha Heaut. verſu 3.

Animique ſeſe angebat, *facti poenitens.*

11. Absque eo esset.] Vide ad Hec. IV. 2. 25. Linacer: Nam absque eo esset recte. ita & Gambarellus.

12. Recte ego mihi vidissem.] Legit Guyetus: Recta ego mihi vidissem. h. e. *Recta via, cito, ſtatim.* nulla auctoritate vel elegantia.

Digitized by Google

Ejus me miſeret: ei nunc timeo: is nunc me retinet. nam abſque eo eſſet,
Recte ego mihi vidiſſem, & ſenis eſſem ultus iracundiam:
Aliquid convaſaſſem, atque hinc me conjicerem protinus in pedes.
An. Quam hic fugam, aut furtum parat?

Ge.

DONATI.

11. Ejus me miseret: ei nunc timeo.] Miseret, praeteritorum, Timeo de futuris. Ejus me miseret: ei nunc timeo: is nunc me retinet.] Figura πολύπτωτος, Ejus, ei, is. Is nunc me retinet.] Si Retinet, quomodo Excruciat? Nam absque eo esset.] Si ad eum res non pertineret: id eſt, ſi meum tantummodo peccatum eſſet hoc ipſum.

12. Recte ego mihi vidissem, et senis essem ultus iracundiam.] Facete ſervus occaſionem melioris conditionis eſſe exiſtimat fugae cauſam, tamquam ſibi per eam & libertatis genus praeſtare poſſet, & praedam. Recte ego mihi vidissem.] Ut dicimus, *Vide sibi*, & *videte vobis*. Et recte, Vidissem, ἀντὶ τοῦ *Providiſſem.* Et senis essem ultus iracundiam.] Senis maluit, quam *Domini*, dicere: ut in ipſo nomine & hortamentum impune fugiendi appareat. Et ſimul quia non *Iram*, ſed Iracundiam dicturus erat. nam [5] *Ira*, de cauſa: *Iracundia*, de moribus. Et senis ultus essem iracundiam.] Non dixit *Evaſiſſem*, ſed Ultus essem. faciunt enim ſervi fugiendo, ut dominos poeniteat iratos fuiſſe. Ultus essem.] Sic [6] *Virgilius*,

Ulta virum, poenas inimico a fratre recepi.

13. Aliquid convasassem.] Figuratum eſt a colligendis vaſis. Hinc me conjicerem.] [7] Recte ego mihi vidiſſem. Protinus in pedes.] Protinam fuit: [8] & ſic *Nigidius* legit.

14. Quam hic fugam.] [9] *Conjicerem in pedes.* Aut furtum parat?] *Aliquid convaſaſſem.* Quam hic fugam, aut furtum parat?] [10] Secunda ἀπόδοσις. prius enim *furtum*, quam *fuga* occurrere debuit.

OBSERV. IN DONAT.

5. *Ira de cauſa.*] Vide ad And. I. 1. 121. & Adelph. IV. 7. 17.

6. *Virgilius.*] Aen. IV. 656.

7. *Recte ego mihi vidiſſem.*] Codd. plerique veteres rectius, πρὸς τὸ Recte ego mihi vidissem..

8. *Et ſic Nigidius legit.*] Feſtus Pompejus & Nonius. Meminit & Varro L. L. VI. dicens, *Protinam a protinus continuitatem ſignificans.* Adde Plaut. Curc. II. 3. 84. & Fragm. Aſtrabae.

9. *Conjicerem in pedes.*] Lego cum Libris vetuſtis: πρὸς τὸ Conjicerem in pedes. Et mox: πρὸς τὸ Aliquid convasassem.

10. *Secunda ἀπόδοσις.*] Veteres quidam Libri, *ſecunda* ἀπόδοσις. Sed fortaſſe legendum: *notanda μετάθεσις.*

COMMENTARIUS.

tia. Plaut. Moſtell. III. 3. 23.

Ego enim cavi recte.

Mſ. Witt. Providissem. Vide plura ad And. II. 6. 25.

13. Aliquid convasassem.] Videtur a militibus caſtra moventibus, praeſertim in fuga, tranſlatum. id *συσκευάζειν* & *vaſa conclamare* dixerunt. Vide Coel. Rhodig. Lect. Antiq. XXX. 29. Mſſ. Graev. & Witt. Convasissem. quod & ex Mſſ. Bemb. & Baſilican. laudat Faernus; qui & Donatum ita legiſſe autumat. Mſſ. quidam, Corrasissem. quod forte inde natum. Guyetus verſum hunc delet. Loquitur autem Geta ex more ſervorum, qui aufugientes herum ſimul deſpoliabant. Vide ad Eun. IV. 3. 19.

Me conjicerem protinus in pedes.] Plaut. Merc. V. 2. 91.

quin, pedes, vos in curriculum conjicitis,
In Cyprum recta?

Vide Eunuch. V. 2. 5.

14. Quam hic fugam, aut furtum parat?]

Ge. Sed ubi Antiphonem reperiam? aut qua quaerere inſiſtam via?
Ph. Te nominat. *An.* Neſcio, quod magnum hoc nuntio exſpecto malum.
Ph. Ah! ſanuſne es? *Ge.* Domum ire pergam: ibi plurimum 'ſt. *Ph.* Revocemus
Hominem. *An.* Sta ilico. *Ge.* Hem!
Satis pro imperio! quiſquis es. *An.* Geta. *Ge.* Ipſe eſt, quem volui obviam.

An.

DONATI.

15. Sed ubi Antiphonem rapsriam?] Sed, pro *ergo*: ut ſit, *Ergo ubi Antiphonem reperiam?* An Sed, finis ſuperioris ſententiae eſt? ut [11] *Salluſtius, Sed Metellus in ulteriore provincia.* Rapsriam?] Si alicubi ceſſet. Aut qua quaerere insistan via?] Si alicubi ambulet. omnis enim qui quaeritur, aut ceſſat, aut ambulat.

16. Ts nominat.] Ad hoc diu auditur Geta, & ipſe non videt adoleſcentes: ut plus illis terroris incutiat, dum ſecum loquitur. Nescio, quod magnum hoc nuntio exspecto malum.] Diſerte locutus eſt, Nescio, quud magnum hoc nuntio exspacto malum: pro eo quod eſt, *Neſcio quod magnum malum hunc mihi nuntiaturum arbitror.*

17. Domum ire pergam.] Hoc nos ἐλλειπτικῶς dicimus, *Domum pergam.* Ibi plurimum est.] [12] Oſtendit ab initio ſe domum pergere, & ſic videtur deliberaſſe. Ibi plurimum est.] Scilicet propter amorem uxoris ſuae. Plurimum.] Τὸ πλεῖον. Ravocemus hominem.] Comice & moraliter addidit, Hominem.

18. Sta ilico.] Ille, Ravocemus hominem, dixit: hic, non progredi juſſit.

19. Satis pro impario! quisquis es.] Hic oſtendit, culpae conſcientia nullam auctoritatem reliquam in magiſtro Geta. Satis pro imperio!] Id eſt, *imperioſe.*

OBSERV. IN DONAT.

11. *Salluſtius.*] Fragm.

12. *Oſtendit ab initio ſe domum pergere, & ſic videtur deliberaſſe.*] Haec lectio eſt Rob. Stephani; ſed Codd. vetuſtiores exhibent, *Oſtendit ab nuntio ſe domum pergere, & ſic videtur deliberaſſe.* Sed fortaſſe legendum, *Oſtendit ſe domum pergere, & ſic videtur ab initio deliberaſſe.*

COMMENTARIUS.

Sic Eun. IV. 4. 6. Mſ. Graev. Quam hic fugam, aut quod furtum parat?

15. Reperiam?] Mſ. Graev. & edit. anni 1469. Quaeram?

Qua quaerere insistam via?] Mſſ. quidam: Quam quaarers insistam viam? Sic Eun. II. 3. 3. Pacuvius, Atalanta:

Dubito, quam inſiſtam viam.

16. Te nominat.] Mſ. Witt. Te nominaviv.

17. Ah! sanusne es?] Mſ. Witt. Sanus es? Mſſ. Bodl. & Graev. Sanusna ba? omiſſo Ah.

Plurimum.] Praeſtat haec lectio prae quorundam Codicum, Plarumque.

19. Satis pro impario! quisquis es.] H. e. Satis imperioſe loqueris. Mſ. Witt. omittit τὸ Satis. Liv. II. 56. *Nec illum ipſum ſubmovere* pro imperio *poſſe more majorum.* Apulej. Metam. I. *Quem confeſtim* pro *Aedilitatis* imperio *voce aſperrima increpans.* Plautus Capt. IV. 2. 31.

Baſilicas edictiones, atque imperioſas habes.

Idem eadem ratione dixit, Stich. V. 7. 6.

nunc

Digitized by Google

An. Cedo, quid portas, obſecro? atque id, ſi potes, verbo expedi.

Ge. Faciam. *An.* Eloquere. *Ge.* Modo apud portum. *An.* Meumne? *Ge.* Intellexti. *An.* Occidi! *Ge.* Hem!

An. Quid agam? *Ph.* Quid ais? *Ge.* Hujus patrem vidiſſe me, patruum tuum.

An. Nam quod ego huic nunc ſubito exitio remedium inveniam miſer!

Quod

DONATI.

20. CEDO, QUID PORTAS, OBSECRO? ATQUE ID, SI POTES, VERBO EXPEDI.] Mire expreſſit affectum de timore properantis. CEDO, QUID PORTAS, OBSECRO?] Ut;

[13] *ſi vera feram, ſi magna rependam.*

Nam *Ferre* & *Portare*, de negotiis majoribus dicitur. VERBO EXPEDI.] Deeſt, *uno.*

21. ELOQUERE.] Aliter oſtendit, quid eſt, VERBO EXPEDI, dicendo ELOQUERE. MODO APUD PORTUM.] *Patrem vidi*, dicturus Geta, praeventus eſt ab eo, quem timor intelligentem fecerat. HEM!] Propria, & ſua cuique perſonae exhibuit: celeritatem ex praeſagio metuenti Antiphoni: & tarditatem intellectus quieti pectoris ſecuro Phaedriae.

22. QUID AGAM?] Jam flet Antipho, & adhuc non intelligit Phaedria. Hujus PATREM VIDISSE ME, PATRUUM TUUM.] Mire Poëta Antiphoni minus quam oportet, & Phaedriae plus quam oportet, fecit loqui nuntium. Ille enim pene divinat ex metu: hunc tardum ſecuritas facit. Hujus PATREM VIDISSE ME, PATRUUM TUUM.] Reddit utrique proprium: ut & ille qui timebat, paucis intelligeret: & ille qui ſecurus erat, pluribus edoceretur.

23. NAM QUOD EGO HUIC NUNC SUBITO.] NAM aut ſubjunctiva conjunctio eſt ſuperiori dicto, quod ait, QUID AGAM? aut ἀναφορὰ eſt, NAM QUOD, pro *Quodnam*. HUIC NUNC SUBITO EXITIO REMEDIUM.] SUBITO, & adverbium, & nomen eſt.

[14] *Quum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus Orion.*

INVENIAM MISER!] Quum EGO ſupra dixerit, ἐμφατικῶς addidit, MISER.

OBSERV. IN DONAT.

13. *Si vera feram.*] Virg. Aen. II. 161.

14. *Quum ſubito.*] Virg. Aen. I. 539.

COMMENTARIUS.

nunc jam ſaltatum ſatis pro vino 'ſt.

Quod autem Donatus videtur exiſtimare, haec dicta a Geta cum contemtu heri Antiphonis, in eo fallitur, nondum enim Antiphonem, qui eum pulſaverat, dicens, STA ILICO, cognoviſſe apparet. Mſ. Graev. QUISQUIS EST.

20. ID, SI POTES.] Ab editione anni 1469. abeſt τὸ ID.

VERBO EXPEDI.] Mſ. Graev. VERBO EXPEDI UNO.

21. MODO APUD PORTUM.] Haec Antiphonem intuens ita dicit, ut is ſuſpicetur, Getam vidiſſe ſuum patrem navigio appulſum. Unde adeo mox Antipho, ut certum ſciat, MEUMNE? interrogat; & Geta rurſus, INTELLEXTI.

GE. HEM!] Mallem hoc tribuere Phaedriae, dicturo, HEM! QUID AIS? ſed Antiphone interloquente, non dicit continuo. Guyetus Antiphoni tribuit, OCCIDI! HEM! QUID AGAM?

23. EXITIO REMEDIUM INVENIAM.] Supra verſu 8.

24. Eo

Quod ſi eo meae fortunae redeunt, Phanium, abs te ut diſtrahar,
Nulla 'ſt mihi vita expetunda. *Ge.* Ergo iſtaec quum ita ſint,
Antipho,
Tanto magis te advigilare aequom eſt. fortis fortuna adjuvat.
An. Non ſum apud me. *Ge.* Atqui opus eſt nunc cum maxume ut ſis, Antipho.
Nam ſi ſenſerit te timidum pater eſſe, arbitrabitur

Com-

DONATI.

24. QUOD SI EO MEAE FORTUNAE REDEUNT.] Tragice amator hoc negotium *fortunas* omnes dixit eſſe. FORTUNAE REDEUNT.] Bene REDEUNT: quaſi in pejus, & a proceſſu retro, & in deterius. PHANIUM, ABS TE UT DISTRAHAR.] Amatoria προσφώνησις per ἀποστροφήν. ABS TE UT DISTRAHAR.] Non dixit, *A me diſtraharis.* Et vide verbum vim cohaerentis oſtendere.

25. NULLA EST MIHI VITA EXPETUNDA.] NULLA pro *non:* aut *nullius conditionis.* quaſi dicat, *Ne Deorum quidem vita mihi dulcis eſt ſine te.* NULLA EST MIHI VITA EXPETUNDA.] Sine Phanio.

26. TANTO MAGIS TE ADVIGILARE.] AD, vim auctivam nunc habet: ut, *Adlaudabile, Admirabile.* FORTIS FORTUNA ADJUVAT.] Παροιμία. Et FORTES accuſativus pluralis eſt.

27. NON SUM APUD ME.] Id agitur, ut ſupra diximus, quemadmodum Antipho praeſens non ſit: quem neque convenit contra patrem aliquid dicere, neque rurſum praeſentem opprimi a patre ex argumento eſt. ATQUI OPUS EST NUNC CUM MAXUME UT SIS, ANTIPHO.] APUD TE, ſubauditur.

28. NAM SI SENSERIT TE TIMIDUM PATER ESSE, ARBITRABITUR COMMERUISSE CULPAM.] Sic [15] *Salluſtius* in Hiſtoria, *Ita fiducia, quam argumentis purgatiores, dimittuntur.* NAM SI TE SENSERIT TIMIDUM.] TIMIDUM, pro timentem. Ut,

Addit ſe ſociam, timidiſque ſupervenit Aegle;

[16] Virgilius. COMMERUISSE CULPAM.] Pro *Commiſiſſe.*

29. HOC VERUM EST.] Congrue fit, ut & Geta & Phaedria audaciores ſint, qui & [17] abſque amore ſunt: & hos oportet objici pro Antiphone irato ſeni. NON POSSUM IMMUTARIER.] Vim negantis hoc habet, quod ait IMMUTARIER: oſtendit enim naturae ſuae timiditatem nullis adhortationibus ejici poſſe.

OBSERV. IN DONAT.

15. *Salluſtius.*] Vide ad Hec. IV. 1. 13.
16. *Virgilius.*] Ecl. VI. 20.
17. *Abſque amore.*] Atqui Phaedria non erat *abſque amore.* Malim igitur, *abſque timore.* unde & mox *timiditatem* tribuit Antiphoni.

COMMENTARIUS.

24. EO MEAE FORTUNAE REDEUNT.] Vide ſupra I. 3. 1.

25. NULLA EST MIHI VITA EXPETUNDA.] Sic Hec. III. 1. 2.

26. TE ADVIGILARE AEQUOM EST.] Subaudi, ut pater tibi placetur, neque tu diſtraharis a Phanio. And. IV. 1. 50.

FORTIS FORTUNA ADJUVAT.] Menander:

Τολμῇ δικαίᾳ καὶ Θεὸς συλλαμβάνει.

Cic. Tuſc. II. 4. Fortes *enim non modo* fortuna adjuvat, *ut eſt in vetere proverbio, ſed multo magis ratio, quae quibuſdam quaſi praeceptis confirmat vim fortitudinis.* Idem Fin. III. 4. *Sed* fortuna fortes. *quare conare, quaeſo.* Ennius Fragm. Lib. VII.

Fortibus eſt fortuna vireis data.

Expreſſi autem FORTIS cum plurimis Codicibus vete-

Commeruiſſe culpam. *Ph.* Hoc verum eſt. *An.* Non poſſum
immutarier.
Ge. Quid faceres, ſi aliud gravius tibi nunc faciundum foret?
An. Quum hoc non poſſum, illud minus poſſem. *Ge.* Hoc nihil
eſt, Phaedria: ilicet.
Quid hic conterimus operam fruſtra? quin abeo? *Ph.* Et quidem
ego. *An.* Obſecro:

Quid

DONATI.

30. QUID FACERES, SI ALIUD GRAVIUS TIBI NUNC FACIUNDUM FORET?] Bene GRAVIUS: quia hoc *grave.* ut videas, ipſam adhortationem vim habere concedentis, *grave* eſſe quod geritur.

31. QUUM HOC NON POSSUM, ILLUD MINUS POSSEM.] Hoc intulit παρὰ προσδοκίαν. Nam videbatur hac interrogatione adduci poſſe ad ſententiam percontantis. Et haec ars eſt dialectica contra ἐπαγωγὴν, quum male reſpondendo, callide interrogantis interrumpimus argumentum. HOC NIHIL EST, PHAEDRIA: ILICET.] Utrum HOC relativum? an HOC cum contemtu, pro, *Hic Antipho nihil eſt?* Sic *Cicero* in Verrinis, *Etſi hoc neſcio, quid nugatorem ſciebam?* pro *Hunc.* ILICET.] Semper ILICET finem rei ſignificat, ut *Actum eſt.* ILICET.] Per συγκοπῆς. Sic judices de conſilio dimittebantur, [11] ſuprema dicta quum praeco pronuntiaſſet, ILICET: quod ſignificat *Ire licet.*

32. QUIN ABEO?]] Hic terrore commovet Antiphonem. Et QUIN dicit, pro *Cur non.* ET QUIDEM EGO.] Ordo, ET EGO QUIDEM. Et deeſt ABEO.

OBSERV. IN DONAT.

11. *Suprema dicta.*] Conjiciebam vel legendum eſſe, *ſententia dicta*, vel τὸ *Suprema* materialiter uſurpari, ſubaudito *tempeſtas.* ut adeo Donatus videatur reſpexiſſe ſolennia XII. Tabb. verba:

SOL OCASOS SOPREMAD TEMPESTAS ESTOD.

Quando ita diſtinguendum: SUPREMA *dicta, quum praeco pronunciaſſet*, ILICET. Fuerit igitur mens Interpretis, praeconem pronunciaſſe binas haſce voces, SUPREMA. ILICET. Idem placebat Doctiſſ. Wielingio. Adde Calph. ad Heaut. V. 2. 21.

COMMENTARIUS.

veteribus. Sed & ita Donatus legit.

27. NON SUM APUD ME.] And. II. 4. 5. V. 4. 34. Heaut. V. 1. 48. Hec. IV. 4. 85.

CUM MAXUME.] Vide ad Adelph. IV. 1. 2.

30. QUID FACERES.] Verſus hic hexameter eſt, ſi demas ultimam vocem. Mſſ. Graev. & Witt. QUID FACERES, SI ALIUD QUID GRAVIOS. Mſ. Lipſ. GRAVIOS QUID.

31. GE. Hoc NIHIL EST, PHAEDRIA.] Lego & diſtinguo: GE. HOC NIHIL EST. PH. ILICET. QUID HIC CONTERIMUS OPERAM FRUSTRA? GE. QUIN ABEO. PH. ET QUIDEM EGO. Intelligitur autem Hoc apud ſe eſſe; non timidum eſſe. Neque enim placet Interpretum & Donati expoſitio de ipſo Antiphone. Guyetus in ἀνεκδότοις, ubi verſum hunc ſpurium vocaſſet, legit tamen, Hoc? NIHIL EST. q. d. *Hoc non potes, quod nihil eſt?* Dixit autem NIHIL pro levi re & nullius momenti. Sic And. II. 6. 18.

32. QUID HIC CONTERIMUS OPERAM FRUSTRA?] Cicero Amicit. 27. *Nam quid ego de ſtudiis dicam cognoſcendi ſemper aliquid, atque diſcendi? In quibus remoti ab oculis populi, omne otioſum tempus* contrivimus? Vide Adelph. V. 4. 15. Heaut. IV. 3. 15. Hec. V. 3. 17. Mſſ. Lipſ. & Graev. cum edd. 1469. Junt. Ald. Rob. Steph. aliis, QUID CONTERIMUS OPERAM FRUSTRA?

QUIN ABEO?] Mſſ. Lipſ. Graev. Witt. & edd. anni 1469. Junt. Ald. Rob. Steph. aliae, QUIN ABSAM.

33. ADI-

Digitized by Google

Quid ſi adſimulo? ſatin' eſt? *Ge.* Garris. *An.* Voltum contemplamini: hem!

Satin' ſic eſt? *Ge.* Non. *An.* Quid ſi ſic? *Ge.* Propemodum. *An.* Quid ſi ſic? *Ge.* Sat eſt.

Hem! iſtuc ſerva: & verbum verbo, par pari ut reſpondeas,

Ne

DONATI.

33. Quid si adsimulo?] " Audacem ſcilicet. Obsecro: quid si adsimulo? satin' est?] Adeo morale vitium eſt, ex conſcientia pavor, ut ipſe quoque Antipho nitatur contra, neque quicquam promoveat. Satin' est?] Hic locus actoris magis, quam lectoris eſt. oſtenditur enim conari ad ſimulandam audaciam, quo magis ridicula eſt, formidoloſa perſona.

34. Propemodum.] Et hoc non plenae conſenſionis eſt, quod ait Propemodum. Sat est.] Non dixit, *Bene eſt*, ſed Sat est. Et vide vix ad hoc ipſum eſſe perventum.

35. Hem! istuc serva.] Dicendo Serva, oſtendit jam incipere deperire, quod finxit atque adſimulavit audaciae. Hem! istuc serva: et verbum verbo, par pari ut respondeas.] Animadverte, & quid doceat, & commachinetur artifex Poëta, qui debitum reddat rebus atque perſonis. Verbum verbo, par pari.] Duo dixit: non tantum Verbum verbo, ſed Par pari.

OBSERV. IN DONAT.

19. *Audacem.*] Forte, *Audaciam.* Sic Virg. Aen. I. 213. *Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem.* unde mox, *ad ſimulandam audaciam.*

COMMENTARIUS.

33. Adsimulo?] Mſſ. Bodl. Lipſ. Mark. Witt. cum edd. anni 1469. Junt. Ald. Rob. Steph. aliis, Adsimulabo.

Satin' est?] Antipho frontem exporrecturus, & vultum fingere ad hilaritatem parans, primo ſecum dixiſſe videtur, Quid si adsimulo? ſubaudi, *me tranquillum eſſe ab animo.* Et continuo addidiſſe, Satius est. Neque enim, antequam dixiſſet, Voltum contemplamini, commode interrogare poterat, Satin' est? Unde enim id cognoſcerent Phaedria & Geta?

Hem!] Abeſt a Mſ. Graev.

34. Ant. Quid si sic? Ge. Sat est.] Ita plerique omnes Libri veteres. Daceria tamen, Schalbruchius & Hoogſtratanus, Quid sic? ſtudione, an typographorum errore, incertum. Niſi forte Bembini Codicis auctoritate, quam laudat Faërnus. Pergit vero vultum mutare & ad tranquillitatem & confidentiam componere Antipho.

35. Hem! istuc serva.] Exiſtimat Donatus, fictam illam vultus tranquillitatem dicto citius rurſus periiſſe Antiphoni. id vero nuſquam apparet. Senſus autem eſt: *Serva iſtum vultum, quem nunc praeſers, & cave, te triſtem eſſe pater ſentiat.*

Et verbum verbo, par pari ut respondeas.] Mallet Guyetus, Ut verbum verbo, par pari ut respondeas. Editiones probatiſſimae quaſi unum membrum exhibent, omiſſo κόμματος ſigno, contra Donati ſententiam, quam ſequutus ſum. Res fiet clarior, ſi fingas hujuſmodi ſermonem mutuum inter patrem & filium: D. *Itane me abſente uxorem duxiſti, Antipho?* A. *Duxi, pater.* D. *Ceterum, factum id placet?* A. *Non, ſi queam mutare.* D. *Quis ergo impulit?* A. *Impulit quidem nemo.* D. *Quaſi tu dicas, coactum eſſe te.* A. *Scilicet, coactus.* D. *Credo, coactus tua voluntate es.* A. *Obſecro te, mi pater, ne in animum inducas id credere, me lubentem & volentem duxiſſe uxorem domum.* D. *Quis igitur coegit?* A. *Vi coactus ſum, invitus, lege, judicio.* Plautinum eſt, Perſ. II. 2. 41.

Par pari reſpondet dicto.

Vide contentionem Demiphonis & Phaedriae, Scena ſeq.

36. Ne te iratus suis saevidicis dictis proti-

Ne te iratus ſuis ſaevidicis dictis protelet. *An.* Scio.
Ge. Vi coactum te eſſe invitum, lege, judicio. tenes?
Sed quis hic eſt ſenex, quem video in ultima platea? *An.* Ipſus
eſt:
Non poſſum adeſſe. *Ge.* Ah! quid agis? quo abis, Antipho?
mane,

Mane,

DONATI.

36. NE TE IRATUS SUIS SAEVIDICIS DICTIS PROTELET.] Cauſalem vim habet quod ſit hoc, IRATUS: hoc eſt, qui ob praeſentem iram vehementius tecum agat. PROTELET & *Protelum* a *πρὸ* & *ἑλκεῖν* dictum eſt, quod eſt *ante* & *trahere*. Alii ab aſſiduo *telorum* jactu exiſtimant dici, ut [20] *Lucretius*,

Undique protelo plagarum continuato,

hoc eſt, tenore. PROTELET.] Protrahat, praeveniat, exagitet. SCIO.] Apparet hoc verbum eo vultu dici, ut manifeſtum ſit, abſenti animo eſſe eum, qui loquitur.

37. VI COACTUM TE ESSE, INVITUM.] Mira brevitas, in qua tota defenſio continetur. Et ſubauditur, *Fac reſpondeas*, aut quid tale. INVITUM.] Bene idem repetit ad confirmandam memoriam trepidantis. non enim diverſa ſunt, ſed repetuntur, ut teneri poſſit id, quod cauſae opus eſt. Nam VI COACTUM ESSE, idem ſignificat quod INVITUM. An ideo VI COACTUM, INVITUM, jungendum eſt, quia interdum etiam ipſi nos cogimus propria voluntate? ut ipſe in Andria, *Tu coactus tua voluntate es.* TENES?] Exquiſite addidit TENES? ut appareat, Antiphonem vultu oſtendere, quod hotum nihil perturbatus advertat.

38. SED QUIS HIC EST SENEX.] SED, [21] ut diximus, tranſitum ſignificat ad aliam rem, ab ea quae agebatur. QUEM VIDEO IN ULTIMA PLATEA?] Sic dixit ULTIMA PLATEA, quemadmodum [22] *Virgilius*, *imas*
Obſedere fores.
IPSUS EST.] Et quia timidior eſt: & quia poſtea de proximo agnoſcit magis.

39. NON POSSUM ADESSE.] Apparet, ex conſpectu patris magis confundi, quam ex nuntio.

OBSERV. IN DONAT.

20. *Lucretius.*] II. 531. Vide Giſan. ind. v. *Protelum.*
21. *Ut diximus.*] Vide ſupra ad I. 2. 7.
22. *Virgilius.*] Aen. II. 449.

COMMENTARIUS.

PROTELET.] Mire variant Libri, SAEVIDICIS DICTIS, SAEVIS DICTIS, SAEVIDICTIS, SENIDICIS DICTIS exhibentes. Geminus autem huic eſt locus apud Plautum, Aul. II. 1. 29.

mihi miſero cerebrum excutiunt
Tua dicta, ſoror: lapides loqueris.

Idem Trin. III. 2. 14.

Nec tuis depellor dictis.

Dixit autem *ſaevidica dicta*, uti Plautus *fallacias falſidicas*, Capt III. 5. 13. SAEVIDICIS DICTIS tuetur Faërnus, quod & Donatus legit. Cic. Fam. IX. 21. *Ain' tandem? inſanire tibi videris, quod imitere verborum meorum, ut ſcribis, fulmina?* Att. XV. 1. *Δημοσθένους fulmina.* Eſt autem *Protelare*, longe propellere, Feſto Pompejo, percutere, perturbare, NODIO Marcello teſtibus, locutione tranſlata a telis militum. E Siſenna laudat idem Nonius: *Romanos impetu ſuo* protelant, *prolectos* (an *projectos?*) *perſequuntur*. Vide porro Car. Andr. Dukerum, V. Cl. in Opuſc. Var. pag. 331. ſeq.

37. VI COACTUM.] Poterat breviter dixiſſe, *Lex coëgit*. Sed oratorie rem in plura diviſit.

38. IN ULTIMA PLATEA?] H. e. In ultima plateae parte. Suet. Caeſ. 33. *Extrema concio*. Vide porro ad Heaut. V. 1. 29.

39. QUID AGIS? QUO ABIS, ANTIPHO?] Mſ.

Mane, inquam. *An.* Egomet me novi, & peccatum meum:
Vobis commendo Phanium, & vitam meam.
Ph. Geta, quid nunc fiet? *Ge.* Tu jam lites audies:
Ego plectar pendens, niſi quid me fefellerit.
Sed quod modo hic nos Antiphonem monuimus,
Id noſmet ipſos facere oportet, Phaedria.

Ph.

DONATI.

tio adventus ejus, filium. HA? QUID AGIS?] Et perturbati interceſſoris eſt dicere, QUID AGIS? ut in Andria, *Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum?* QUO ABIS, ANTIPHO?] Sic [23] *Virgilius:* *Que fugis, Aenea?*
Et,
[24] *Quo fugitis, ſocii?*
Sic enim loquitur, qui vult oſtendere conditionem locorum, in qua perverſo modo alius petatur, alius linquatur. MANE, MANE, INQUAM.] Omnia haec habent ſinguiarem vim in ſe revocantis.

40. EGOMET ME NOVI, ET PECCATUM MEUM.] Duo dixit; & *Hominem pavidum*, & *Peccatum grave.*

41. VOBIS COMMENDO PHANIUM, ET VITAM MEAM.] Comice, duobus duo retulit: ME ET PECCATUM MEUM, PHANIUM ET VITAM MEAM. Et animadverte, quod amator prius ponit PHANIUM, quam VITAM ſuam.

42. GETA, QUID NUNC FIET?] Apparet, haec ſic pronuntianda, [25] quaſi adhuc tuto dicantur. TU JAM LITES AUDIES: EGO PLECTAR PENDENS.] Non intulit quod quaerebatur: ſed verba ſunt hominis omnia deſperantis. TU JAM LITES AUDIES: EGO PLECTAR PENDENS.] Tu audies, ego verberabor. ut alibi, *Tibi erunt parata verba:* [26] *huic demum verbera.* Quod ipſum mire: non, *Facies lites*, ſed AUDIES.

43. EGO PLECTAR PENDENS.] PLECTAR, feriar: unde & *plectrum*, & *plagae* dictae.

44. SED QUOD MODO HIC NOS.] Deeſt *Tamen:* ut ſit, *Sed tamen.*

45. ID NOSMET IPSOS FACERE OPORTET.] Quia Nos ſupra dixit in ſignificatione actus proprii, IPSOS addit.

OBSERV. IN DONAT.

23. *Virgilius.*] Aen. X. 649.
24. *Quo fugitis, ſocii?*] Virg. Aen. X. 369.
25. *Quaſi adhuc tuto dicantur.*] Haec Lindenbruchii lectio eſt. Sed Codices meliores & vetuſtiores habent, *Quaſi a deſtitutis dicantur.*
26. *Huic demum.*] Lege, *Huic homini*, ex Heaut. II. 3. 115.

COMMENTARIUS.

Mark. QUID? QUID? ABIS, ANTIPHO? Mſ. Witt. AH, QUID AIS? QUO ABIS, ANTIPHO?

MANE, MANE, INQUAM.] Prius MANE abeſt a Mſ. Graev.

42. TU JAM LITES AUDIES: EGO PLECTAR PENDENS.] Vide Eun. V. 7. 20. & Heaut. II. 3. 115. Mſ. Lipſ. TU NUNC JAM LITES AUDIES.

43. NISI QUID ME FEFELLERIT.] Sic Heaut. IV. 1. 1. & IV. 2. 1. Infra V. 1. 8. Plaut. Bacch. II. 3. 64.

Non me fefellit, ſenſi.

44. SED QUOD MODO.] Cic. Fam. VI. 1. *Sed tu illum animum nunc adhibe, quaeſo, quo me tum eſſe oportere cenſebas.* Mſ. Bodl. QUO MODO.

46. AUFER MIHI; OPORTET.] Formula reprehendendi & ſilentium jubendi. Infra V. 6. 18. Phaed. III. 6. 8.

aufer *frivolam inſolentiam.*

Horat. Serm. II. 7. 43.

aufer
Me vultu terrere.

Plaut. Perſ. V. 2. 19.

Jurgium hinc auferas, *ſi ſapiat.*

Aul. IV. 4. 11.

aufer *cavillam.*

Cic. de Oratore II. 64.

Tanta confidentia eſtis? Auferte *iſtam enim ſuperbiam.*

Eodem ſenſu Juvenalis dixit VI. 170.

Tollē

Ph. Aufer mihi; oportet: quin tu, quod faciam, impera.
Ge. Meminiſtin' olim ut fuerit voſtra oratio,
In re incipiunda ad defendendam noxiam.
Juſtam illam cauſam, facilem, vincibilem, optumam?
Ph. Memini. *Ge.* Hem! nunc ipſa 'ſt opus ea: aut, ſi quid poteſt,
Meliore, & callidiore. *Ph.* Fiet ſedulo.

Ge.

DONATI.

46. AUFER MIHI; OPORTET.] Τῷ ἀττικισμῷ addidit MIHI. ſine hoc enim plena ſententia eſt. QUIN TU, QUOD FACIAM, IMPERA.] Mire ad omnia paratum ſe indicat, qui IMPERA dicat ſervo.

47. MEMINISTIN' OLIM UT FUERIT VOSTRA ORATIO.] Mire & conſilio & oratione compendioſus eſt: quo magis Phaedriam propriis conſiliis ac domeſticis permoveret. UT FUERIT VOSTRA ORATIO.] Ut magis excitaret, non *noſtra* dixit, ſed VOSTRA.

48. IN RE INCIPIUNDA.] INCIPIUNDA proprie, quaſi de re magna, dixit. Sic alibi, *Vide, quod inceptet facinus.* AD DEFENDENDAM NOXIAM.] NOXIAM nunc *culpam*: alias *poenam.* [27] Et eſt ἐπένθεσις, ab eo quod eſt NOXAM: & hoc factum eſt propter jambum.

49. JUSTAM ILLAM CAUSAM, FACILEM, VINCIBILEM, OPTUMAM.] Conſidera ſingula, & invenies & naturali ordine, & per αὔξησιν dicta. CAUSAM pro *defenſione* poſuit: & VINCIBILEM, quae facile vincat.

50. NUNC IPSA 'ST OPUS EA.] *Cauſa* ſcilicet.

51. MELIORE, ET CALLIDIORE.] Bene MELIORE, ET CALLIDIORE: quia tunc proluſio fuit, nunc ipſum praelium. FIET SEDULO.] Παρέλκον SEDULO. nam ſuffecerat, FIET.

OBSERV. IN DONAT.

27. *Et eſt* ἐπένθεσις.] Improbat hoc Cl. Perizonius ad Sanct. Min. IV. 4. pag. 567. 568. voce *Culpa.*

COMMENTARIUS.

Tolle *tuum, precor, Annibalem, victumque*
In caſtris. [*Syphacem*

48. IN RE INCIPIUNDA.] Senſus eſt, *Quum inciperetis rem, h. e. nuptias.* Editio anni 1469. IN RECIPIUNDA.

49. JUSTAM ILLAM CAUSAM.] Habet hic verſus oratoriam amplificationem facilitatis cauſae.

FACILEM.] Phormionis nempe in Antiphonem.

VINCIBILEM.] H. e. *Quae facile vincat*, teſte Donato. Sic *orator impetrabilis*, qui facile impetrat, quod vult. Plaut. Moſtell. V. 2. 40. Ita Donatus ad Hec. IV. 4. 63. *Impetrabilior eſſe debet indulgentiſſimus pater.* Sed Guyetus in ἀνεκδότοις VINCIBILEM exponit, quae facile vinci poſſit, i. e. obtineri. addens: *Vincere cauſam, ut, vincere bellum, apud Lucanum, male Donatus exponit* VINCIBILEM, *quae facile vincat. Optime Columella: Terra gravis, & vix cultura ulla vincibilis. Senſu diverſo dicitur* victa cauſa *a Cicerone, i. e. perdita. Perdere litem, Horatius dixit.* Τὸ vincere litem, *quaerendam. Cur enim non dicatur? Suet. Aug. Quinquaginta millia nummûm viciſſem. Idem:*

Poſtquam ſecundo victus naves perdidit,
Aliquando ut vincat, ludit aſſidue aleam. Τὸ vincere *eſt vincendo lucrari. vincere cauſam. cauſa vincibilis, i. e. lucrabilis, obtentu facilis.* Fabrini: *Facile, Vincibile, e ottima.* Eutropius bifariam τῷ *favorabilis* utitur, active & paſſive.

50. EA.] Varie collocatur. A nonnullis Mſſ. abeſt.

AUT, SI QUID POTEST, MELIORE.] Sic Adelph. IV. 1. 5. Mſ. Witt. SI QUID POTES.

Ge. Nunc prior adito tu: ego in ſubſidiis hic ero
Succenturiatus, ſi quid deficies. *Ph.* Age.

DONATI.

52. Nunc prior adito tu.] Adito, quaſi ad praelium. [28] *Virgilius*,

nec quiſquam ex agmine tanto
Audet adire virum.

Ego in insidiis hic ero.] Tota *μεταφορὰ* de re militari eſt.

53. Succenturiatus.] *Succenturiati* dicuntur, qui explendae centuriae gratia ſubjiciunt ſe ad ſupplementum ordinum. Et eſt tranſlatio a re militari. Age.] Potuit dicere *Vero*, aut *Ita*. ſed Age dixit, quod verbum [29] vim hortantis maximam praebet.

OBSERV. IN DONAT.

28. *Virgilius.*] Aen. V. 378.
29. *Vim hortantis.*] Eun. II. 3. 55. Virg. Georg. III. 45.

en, age, *ſegnes*
Rumpe moras.

COMMENTARIUS.

52. Ego in subsidiis hic ero succenturiatus.] Donatus, Insidiis. quod eſt in pluſculis Mſſ. & Priſciano, Libro de Ponderibus & Menſuris. Senſus autem eſt, *Tuas partes ſuſcipiam, tibique opem feram, quaſi poſt primas militum centurias collocatus*, ſeu *poſt primam aciem. Succenturiati* enim proprie dicuntur, qui in centuriis militaribus ſeu laborantibus ſeu occiſis ſubſtituuntur. Hieron. contra Jovin. *Habes praeterea in exercitu tuo plures* ſuccenturiatos, *habes ſcurras & velites in praeſidiis.* Eleganti metaphora Favorinus apud Gellium, XV. 8. *Praefecti popinae atque luxuriae negant, coenam lautam eſſe, niſi, quum libentiſſime edis, tum auferatur, & alia eſca melior atque amplior* ſuccenturietur. Luſit Plautus, Curc. IV. 4. 29.

Miles pulchre centuriatus *eſt expuncto in manipulo.*

Idem Pſeud. I. 5. 159.

Dum concenturio *in corde ſycophantias.*

Et Trin. IV. 2. 160.

Nam epiſtola illa mihi concenturiat *metum*
In corde.

Quibus locis ad centurias ſuffragiorum reſpici quidam putant. Similis fere ſententia eſt, Plaut. Caſ. II. 7. 13.

Hic ex inſidiis hiſce ego inſidias dabo.

Adde Feſtum, v. *Succenturiare.*

ACTUS

Digitized by Google

ACTUS SECUNDI

SCENA PRIMA.

Demipho. Geta. Phaedria.

De. ITANE tandem uxorem duxit Antipho injuſſu meo?
Nec meum imperium: age, mitto imperium: non ſimultatem meam

Reve-

DONATI.

ITANE TANDEM UXOREM DUXIT ANTIPHO INJUSSU MEO?] *In hac Scena accuſatio eſt & contradictio, per remotivam qualitatem. ergo controverſia.* ITANE TANDEM UXOREM DUXIT ANTIPHO?] *Hic exemplum vitae eſt: in quo ſpectatur, nullam eſſe tam juſtam, & gravem iracundiam patris, quae non & fiducia defenſoris, & intervallo temporis evaneſcat.*

1. ITANE TANDEM UXOREM DUXIT ANTIPHO INJUSSU MEO?] Non potuit vehementius incipere, quam ut ipſe crimen, quod objicit, miraretur. ITANE TANDEM UXOREM DUXIT.] TANDEM, hic expletiva conjunctio: ut [1] *Quouſque tandem abutere, Catilina, patientia noſtra?* ITANE TANDEM.] Hic totus verſus in hoc eſt, an factum ſit? quid factum ſit? a quo factum ſit? in cujus injuriam factum ſit?

2. NEC MEUM IMPERIUM.] Rara *ἀποσιώπησις* nam non ſequitur *ſed.* intulit enim AGE. ſubauditur autem REVERERI. Sic [2] *Lucretius, Nonne videre**. AGE, MITTO IMPERIUM: NON SIMULTATEM MEAM.] [3] *Σχῆμα διανοίας.* MHCOAOθωεις*. Ut [4] *Virgilius,*

Cujus ob auſpicium infauſtum, moreſque ſiniſtros.

AGE, MITTO.] [5] Legitur & TACEO. SIMULTATEM.] Jurgium, contentionem.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Cicero.*] Catil. I. 1.
2. *Lucretius: Nonne videre* **] II. 16.

nonne videre,
Nihil aliud ſibi naturam latrare, niſi ut quoi
Corpore ſejunctus dolor abſit.

3. *Σχῆμα.*] Haec in Codd. omnibus non leguntur.
4. *Virgilius.*] Aen. XI. 347.
5. *Legitur & TACEO.*] Faernus teſtatur. Donatum h. l. dicere, *Legitur &* JECI. Putat autem, legendum eſſe, *Legitur &* AC. additque ita eſſe in Codd. Bemb. & Victor.

COMMENTARIUS.

Hic Actus I. Scenam V. faciunt Aldus, Muretus, Heinſius & Dacieria; quia Scena non manet vacua, ſcilicet.

1. ITANE TANDEM.] Iracundiae & ſtomacho inſervit τὸ TANDEM. Infra II. 3. 26. Plaut. Truc. II. 7. 47.

ain' tandem? *iſtuc primum experiar.*

Vide ad And. V. 3. 4.

INJUSSU MEO?] Loquitur pro poteſtate patria. Sic Hec. IV. 1. 47. Eſt autem INJUSSU, ſine conſenſu. quomodo vox *juſſus* a JCtis capitur in eadem materia, Pr. Inſt. de Nupt. quoties nempe ſermo eſt de conſenſu ejus, qui & *jubendi* poteſtatem habet. quamvis filium pater invitum uxori copulare non poſſit. Conf. And. I. 5. 4.

2. NEC MEUM IMPERIUM.] Citat Cicero Att. II. 19. *Sed mihi nihil eſt moleſtius, quam Statium manumiſſum.*

Revereri ſaltem? non pudere? ô facinus audax! ô Geta
Monitor! *Ge.* Vix tandem. *De.* Quid mihi dicent? aut quam
 cauſam reperient?
Demiror. *Ge.* Atqui reperi jam: aliud cura. *De.* Anne hoc
 dicent mihi,
Invitus feci: lex coëgit? audio, & fateor. *Ge.* Places.
De. Verum ſcientem, tacitum, cauſam tradere advorſariis:
 Etiam-

DONATI.

3. NON PUDERE?] Hoc abſolutum eſt, & nulli adnexum. NON PUDERE?] Hic *Nigidius* adnotavit, neminem videri pudere ante delictum.

4. VIX TANDEM.] Convenit hoc dictum ei, qui jam pridem ſe male audire putat: & ideo ſero videtur ad hunc ſenex perveniſſe, quum ille metuens, ‹ ſe primum ad accuſatorem crederet. An VIX TANDEM, ad hoc pertinet, quia ille MONITOR dixit? quaſi dicat, *Vix tandem factum eſt, ut me ſenex laudare coepiſſet:* quia MONITOR, quamvis in contrarium dixerit, tamen eſt nomen laudis. VIX TANDEM.] *Eiρωνεία*, quaſi dicat, Pene mei oblitus eſt. An, quia tarde ad ipſum pervenit ſenex, quem ille ob conſcientiam a ſe coepturum eſſe credebat? QUID MIHI DICENT? AUT QUAM CAUSAM REPERIENT?] QUID DICENT, ſi negare voluerint? QUAM CAUSAM REPERIENT, ſi purgare. Omne enim crimen a defenſore aut negatur, aut purgatur.

5. DEMIROR.] › Pro, *neſcio.* nam admirationem ignorantia facit. ATQUI REPERI JAM: ALIUD CURA.] Eo animo hoc dicit, quo ſupra dixit VIX TANDEM. Et quum ille pluraliter REPERIENT dixerit, hic ſingulariter REPERI reſpondit: quaſi in ſe ſolo ſit crimen.

6. INVITUS FECI: LEX COEGIT?] Bene Poëta jam ſcire facit ſenem, quid illi dicturi ſint. ut videatur frangi poſſe, qui jam partem defenſionis admittit.

OBSERV. IN DONAT.

6. *Se primum ad accuſatorem crederet.*] In aliis eſt: *Se primum ad accuſationem crederet.* Forte, *Se primum accuſaturum crederet.*

7. *Pro, neſcio.*] Vide Barth. Adverſ. XXIV. 12. & Guyetum.

COMMENTARIUS.

numiſſum. NEC MEUM IMPERIUM? AC MITTO IMPERIUM: NON SIMULTATEM MEAM REVERERI SALTEM? Quod vero Cicero ſcribit, AC MITTO IMPERIUM, idem etiam nunc eſt in Codicibus quibuſdam. *Simultas* autem odium tectum & diſſimulatum frequenter notat. Pro REVERERI Nonius Marcellus VERERI legit. quomodo & Donatum in Andria legere obſervant Rivius cum Georgio & Franciſco Fabriciis. Locus is eſt And. III. 2. 16. ubi tamen REVERERI in meis Codicibus legitur. unde & ita ibi exhibui.

4. MONITOR!] Titulus ſervi paedagogi. Vide omnino Barthium ad Stat. Theb. XII. 205.

Olim hic virginei cuſtos, monitorque pudoris.
 monitoribus *aſper.*

Horat. Arte Poët. 163.

VIX TANDEM.] Haec averſus ad ſpectatores dicit. q. d. *Vix factum eſt, ut fuerim monitor.* Vide ſupra I. 2. 25. Eſt autem Comicum, VIX TANDEM. And. III. 1. 12. Donatus non cepit.

5. ALIUD CURA.] Formula jubentis alterum mittere ſollicitudinem. Sic Ulyſſes apud Homerum, Odyſſ. H. 208.

Α'λκινο', ἄλλο τί τοι μελέτω φρεσίν.
Alcinoë, aliud quid tibi curae ſit mentibus.

DICENT.] In paucis Libris eſt, DICET.

6. PLACES.] Haec vox in Mſſ. quibuſdam & editis poſt an. 1469. etiam Demiphoni tribuitur. In aliis eſt, PLACET.

7. CAU-

Etiamne id lex coëgit? *Ph.* Illud durum. *Ge.* Ego expediam: ſine.

De. Incertum eſt, quid agam: quia praeter ſpem, atque incredibile hoc mihi obtigit:

Ita ſum inritatus, animum ut nequeam ad cogitandum inſtituere.

Quamobrem omnes, quum ſecundae res ſunt maxume, tum maxume

Medi-

DONATI.

7. Causam tradere aovorsariis.] Hoc cum majore exclamatione dicitur. noo enim dixit, *concedere adverſariis*, ſed [8] quod prius eſſet, Causam tradere.

8. Illod durum.] Illuo durum dicit, qoia ſupra dixit: Atqui reperi jam. Ego expsdiam: sine.] Vide praeparationem futurae defenſionis: quam niſi hoc modo *Terentius* intuliſſet, incredibile videretur ſubito ſedatum ſenem.

9. Incertum est, quid agam.] Nonnihil jam fracta indignatio eſt. Nam in his verbis, noo jam ira, ſed admodum moeror eſt. Quia praeter spem; atque incrsdibile hoc.] [9] *Virgilius*,

Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem:
Et perferre, ſoror, potero.

Atque increoibile hoc mihi obtigit.] Gravius eſt Incredibile, quam Praster spem: & ideo poſterius [10] & io actu eſt. Obtigit.] Pro *Accidit*: cujus reciprocum eſt, ſiquis booum accidiſſe dicat, non obtigiſſe.

10. Ita sum inritatus.] Inritatus, provocatus, in iram impulſus: hoc eſt commotus & perturbatus. Animum ut nequeam ad cogitanoum instituers.] Bene Instituers dixit: quo verbo quies oſtenditur cogitativae mentis, quae nunc ooo adeſt.

11. Quum secundae res sunt maxume, tum maxume.] Ut,

[11] *Nudus ara, ſere nudus: hyems ignava colono.*

Et booa ſententia; tum maxime ſapienti metuendum, quo tempore maxime ſecurus eſt ſtultus.

OBSERV. IN DONAT.

8. *Quod prius eſſet.*] Lego, *Quod pejus eſſet.*
9. *Virgilius.*] Aen. IV. 419.

10. *Et in actu.*] Codd. quidam, *Et in auctu.*
11. *Nudus ara.*] Virg. Georg. I. 299.

COMMENTARIUS.

7. Causam tradere aovorsariis.] Id JCtis *Cauſam donare adverſariis, cauſam prodere, praevaricari accuſatori* dicitur.

8. Etiamne io lex coegit?] Codd. quidam: Etiamne et io lex cogit?

Illud durum.] Sic Euo. IV. 7. 36. Heaut. I. 2. 30. Horat. Serm. I. 9. 42. *contendere* durum. *Cum victore.*

Codices quidam: Ge. Illuo durum. Ph. Ego expediam.

9. Obtigit.] Praeſtat haec lectio, prae quorundam Librorum, Contigit, & aliorum, Accidit.

10. Ita sum inritatus, animum ut nequeam ad cogitandum instituere.] Sic Heaut. V. 1. 47. Adelph. III. 2. 12. Id *argumenta in pectus inſtituere* dixit Plautus Moſtell. I. 2. 2. ſcilicet Catone teſte,

Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum.

11. Quamobrem omnes, quum secunoae res sunt maxume.] Cicero Tuſc. III. 14. ſenteotiam hanc ex Euripide, unde ſumſit Terentius,

Digitized by Google

Meditari ſecum oportet, quo pacto advorſam aerumnam ferant:
Pericla, damna, exilia. peregre rediens ſemper cogitet,
Aut filii peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiae.
Communia eſſe haec: fieri poſſe: ut ne quid animo ſit novum.
Quid-

DONATI.

12. Meditari secum oportet.] Bene additum Secum: inſani enim videbitur, hoc palam agere. Advorsam aerumnam ferant.] Abundat Advorsam.

13. Pericla, damna, exilia peregre rediens.] Superiora ἀσύνδετα ſunt, inferiora intermiſtis conjunctionibus. [12] *Salluſtius, Nam quidem a Pyrrho, Hannibale, & aequore & terra.* Peregre rediens semper cogitet.] Mire a genere ad ſpeciem non ſemel tranſit. Nam quum dicit, Peregre rediens, jam de ſeſe loquitur, ſed latenter. Semper cogitet.] A ſingulari ad pluralem tranſit. Supra dixit Omnes: at nunc Cogitet. Et eſt ordo, *Semper peregre rediens, quicunque peregre redit.*

14. Aut filii peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiae.] Quamvis iratus filio, non potuit tamen dicere, *Filii mortem.* Convenit autem ſeni, uxoris mortem non putare magnum incommodum. Aut filii peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiae.] Varie, poſt enumerationem concluſam, haec etiam intulit. [13] *Virgilius,*

Sed neque Medorum ſylvae, ditiſſima terra,
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus
Laudibus Italiae certent: non Bactra, nec Indi,
Totaque thuriferis Panchaia pinguis arenis.

15. Communia esse haec: fieri posse.] Ordo eſt, *Semper cogites, communia eſſe, & fieri poſſe, peccatum filii, uxoris mortem, filiae morbum.* Communia esse.] *Commune* eſt quod accidere omnibus poteſt.

OBSERV. IN DONAT.

12. *Salluſtius.*] In Fragmentis.

13. *Virgilius.*] Georg. II. 136.

COMMENTARIUS.

tius, Latine convertit, e perſona Theſei:

Nam, qui haec audita a docto meminiſſem viro,
Futuras mecum commentabar miſerias:
Aut mortem acerbam, aut exſilii moeſtam fugam,
Aut ſemper aliquam molem meditabar mali:
Ut, ſi qua invecta diritas caſu foret,
Ne me imparatum cura laceraret repens.

Paullo poſt ſubjungit hoſce ſex Terentii verſus, variante tamen lectione, ita:

Quamobrem omnes, quum secundae res sunt maxime, tum maxime
Meditari secum oportet, quo pacto advorsam aerumnam ferant.
Pericla, damna, peregre rediens semper secum cogitet,
Aut filii peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiae.
Communia esse haec: ne quid horum umqoam accidat animo novum.

Quidquid praeter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro.

Idem Philipp. XI. 3. *Eſt enim ſapientis, quidquid homini accidere poſſit, id praemeditari ferendum modice eſſe, ſi advenerit. majoris omnino eſt conſilii, providere, ne quid tale accidat: ſed animi non minoris, fortiter ferre, ſi evenerit.* Adde And. Schott. Nod. Cicer. III. 22. Seneca Ep. XVIII. *In ipſa ſecuritate animus ad difficilia ſe praeparet, & contra injurias fortunae, inter beneficia firmetur. Miles in media pace decurrit ſine ullo hoſte, vallum jacit, & ſupervacuo labore laſſatur, ut ſufficere neceſſario poſſit. Quem in ipſa re trepidare nolueris, ante rem exerce.* Pittaci illud fertur: Συνετῶν ἀνδρῶν ἐστι, πρὶν γενέσθαι τὰ δυσχερῆ, προνοῆσαι, μὴ γένηται· ἀνδρείων δὲ, γενόμενα εὖ θέσθαι. Sophocles Philoctetis: 504.

Χρὴ δ' ἐκτὸς ὄντα πημάτων, τὰ δεῖν' ὁρᾶν,
Χ' ὅταν τις εὖ ζῇ, τηνικαῦτα τὸν βίον
Σκοπεῖν μάλιστα.

Plaut.

Quidquid praeter ſpem eveniat, omne id deputare eſſe in lucro.
Ge. O Phaedria, incredibile eſt, quantum herum anteeo ſapientia.
Meditata mihi ſunt omnia mea incommoda: herus ſi redierit,
Molen-

DONATI.

16. QUIDQUID PRAETER SPEM EVENIAT, OMNE ID DEPUTARE ESSE IN LUCRO.] Vide jam ſenem fractum, non culpam filii magnam ducere: ſed ideo indignari, quod non crediderit peccaturum, in quo ipſe ſe reprehendit, & quod [14] a peccatoribus dici ſolebat, hoc dicit, COMMUNIA ESSE, & FIERI POSSE.

17. HERUM ANTEEO SAPIENTIA.] [15] Legitur & ANTEO: ſed pro conjunctivo pronuntiandum, ANTEEO pro *Anteeam*.

18. MEDITATA MIHI SUNT OMNIA MEA INCOMMODA.] Nimis comice, non clades, aut aerumnas poſuit ſervus, ſed INCOMMODA: *Molere in piſtrino, vapulare, habere compedes*, & caetera: quum hoc nomen leve quiddam ſignificet: ut ipſe in Eunucho: *Immo enimvero infeliciter: Nam incommoda alia ſunt dicenda, Parmeno*. HERUS SI REDIERIT.] SI aut pro *cum*, aut ſerviliter. ut dubitet ex voto ſuo utrum dominus redeat, an non: quod cupit.

OBSERV. IN DONAT.

14. *A precatoribus.*] Frobenius ex recenſione Eraſmi, cum aliis quibuſdam veteribus: *A precatoribus*.
15. *Legitur & ANTEO.*] Ex variis lectionibus ſuſpicor ſcripſiſſe Terentium, ANTE EO. Ad quae verba notaverit Donatus: *Legitur &* ANTEO, quod valet, ANTEEO.

COMMENTARIUS.

Plaut. Bacchid. III. 2. 1.

Multis modis meditatus egomet mecum ſum.

Citat locum Auſonius in Periandro:

Ephyra, creatus huc Periander prodeo,
Μελέτη τὸ πᾶν qui dixi: & qui dictum probo,
Meditationem id eſſe totum, quod geras.
Is quippe ſolus rei gerendae eſt efficax,
Meditatur omne qui prius negotium.
Adverſa rerum, vel ſecunda praedicat
Meditanda cunctis Comicus Terentius.

Dicta autem haec ſunt ex diſciplina Stoicorum, providendo & cavendo triſtitiam omnem amolientium. Quod vero Zinzerlingus legit, CUM MAXIME MEDITARI, erudite refellit Cl. Dukerus ad Flor. II. 16. 3. Mſſ. Lipſ. Graev. & Bodl EXILIA, DAMNA. Editio anni 1469. EXILIUM. Alii, EXITIA. Dicitur porro PEREGRE in loco, de loco, ad locum. Infra V. 7. 77.

15. COMMUNIA ESSE HAEC.] P. Syrus:

Cuivis accidere, quod cuiquam poteſt.

FIERI POSSE.] Mſ. Bodl. ET FIERI POSSE.

16. OMNE ID DEPUTARE ESSE IN LUCRO.] Mſ. Graev. DEPUTA. Sic Hec. III. 1. 7.

Omne, quod eſt interea tempus, priuſquam id reſcitum 'ſt, lucro 'ſt.

Plaut. Merc. III. 2. 10. *id jam* lucro eſt,
Quod vivis.

Horat. Carm. I. 9. 14.

Quem ſors dierum cunque dabit, lucro
Appone.

Cic. Fam. VII. 24. *Id ego* in lucris pono, *non ferre hominem peſtilentiorem patria ſua.* Et Fam. IX. 17. De lucro *prope jam quadriennium vivimus.* h. e. a nutu & voluntate alterius pendet mea vita. Et pro L. Flacco 17. *Quieſcant igitur; & me hoc* in lucro ponere, *atque aliud agere patiantur.* Cato:

Quum dubia incertis verſetur vita periclis,
Pro lucro *tibi pone diem, quicumque ſequetur?*

Quomodo legendum eſſe monet Illuſtr. Joſ. Scaliger, quum vulgo legatur, *quicumque laboras.* unde Graece reddit:

Εἰ βίοτος σεμφάται ἀτεκμάρτοισιν ἀέθλοις,
Ἦμαρ ἐπερχόμενον πᾶν κέρδος ἀντιλογίζου.

17. QUANTUM.] Mſſ. Lipſ. & Mark. cum edit. anni 1469. QUANTO.

HERUM ANTEEO SAPIENTIA.] Plaut. Bacchid. V. 1. 3. *Solus ego omnes longe* antedeo ſtultitia. Perſ. V. 2. 1.

Qui ſunt, qui erunt, quique fuerunt, quique futuri ſunt poſthac,
Solus ego omnibus antideo *facile, miſerrimus hominum ut vivam.*

18. MEDITATA MIHI SUNT OMNIA MEA IN-

 COMMO-

Molendum uſque in piſtrino: vapulandum: habendae compedes: Opus ruri faciundum. horum nihil quidquam accidet animo novum.
Quidquid praeter ſpem eveniet, omne id deputabo eſſe in lucro.
Sed quid ceſſas hominem adire, & blande in principio alloqui?

De.

D O N A T I.

19. MOLENDUM USQUE IN PISTRINO.] Facete enumerat ſervus univerſa ſupplicia ſuae conditionis, excepta cruce & furca: quarum poenam verbis extenuare non potuit. HABENDAE COMPEDES.] [16] Vitioſam locutionem ſervili perſonae dedit *Terentius.* nam integra eſſet, ſi diceret, *Habendas compedes.* unde quidam non ESSE, ſed USQUE legunt.

20. OPUS RURI FACIUNDUM.] Varie, MOLENDUM, VAPULANDUM, COMPEDES HABENDAE, OPUS RURI FACIUNDUM. Et ſupra, verba gerundia ſunt: infra, participia. HORUM NIHIL QUIDQUAM ACCIDET ANIMO NOVUM.] Recte addidit ANIMO. omne enim quidquid acciderit, NOVUM erit, ſed non ANIMO. HORUM NIHIL QUIDQUAM.] Παρέλκον quartum. HORUM NIHIL QUIDQUAM ACCIDET ANIMO NOVUM.] Tale eſt illud ſapientis Aeneae:

> [17] *non ulla laborum,*
> *O virgo, nova mi facies inopinave ſurgit.*

Et,

> [18] *Arma parate, animis & ſpe praeſumite bellum.*

Et,

> [19] *Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem,*
> *Et perferre, ſoror, potero.*

21. QUIDQUID PRAETER SPEM EVENIET, OMNE ID DEPUTABO ESSE IN LUCRO.] Totidem verbis eſt uſus, quot ſenex, ad irriſionem ejus. Sic & in Adelphis, *Poſtremo, tamquam in ſpeculum, in patinas, Demea, Inſpicere jubeo.* OMNE ID DEPUTABO ESSE IN LUCRO.] Hoc idem ſenex oportere fieri dixit, quod hic facit: ergo ſapientior Geta.

22. SED QUID CESSAS HOMINEM ADIRE.] Bene ADIRE, quaſi terribilem, & pugnaturum: ut [20] *Virgilius,*

> *Audet adire virum.*

Et HOMINEM comice addidit. ET BLANDE IN PRINCIPIO ALLOQUI?] Recte monuit, non perpetuo BLANDE, ſed IN PRINCIPIO agendum: ſecundum praeceptum Socratis, qui ait, *Μηδὲ πρὸς τὰς τῶν πλησιαζόντων ὀργὰς τραχέως ἀπαντᾶν, ἀλλὰ θυμουμένοις μὲν αὐτοῖς εἴκειν, πεπαυμένοις καὶ τῆς ὀργῆς ἐπιπλήττειν.*

O B S E R V. I N D O N A T.

16. *Vitioſam locutionem.*] Exagitat haec Boeclerus.
17. *Non ulla laborum.*] Virg. Aen. VI. 103.
18. *Arma parate.*] Virg. Aen. XI. 18.
19. *Hunc ego.*] Virgil. Aen. IV. 419.
20. *Virgilius.*] Aen. V. 379.

C O M M E N T A R I U S.

COMMODA.] Cic. Tuſc. III. 14. *Quoniam multum poteſt proviſio animi, & praeparatio ad minuendum dolorem,* ſint *ſemper omnia* homini humana meditata. Idem de Seneƈt. 20. *Sed hoc* meditatum *ab adoleſcentia debet eſſe, mortem ut negligamus.* Plaut. Pſeud. IV. 1. 31.

> meditati *ſunt doli doƈte.*

Citat Priſcianus Lib. VIII. & paſſive diƈtum ait. *μεμελετημένα.*

19. MOLENDUM USQUE IN PISTRINO.] Mſ. Mark. MOLENDUM ESSE IN PISTRINO. Mſ. Lipſ. MOLENDUM MIHI ESSE IN PISTRINO. Mſ. Graev. & edit. anni 1469. MOLENDUM MIHI EST USQUE IN PISTRINO. Mſ. Bodl. MOLENDUM MIHI ESSE USQUE IN PISTRINO. Alii aliter. Donatus & ESSE & USQUE legit, ſed diverſis Codicibus. De PISTRINO vide ad And. I. 3. 9.

HABENDAE COMPEDES.] Mſ. Traj. *Habendȝ.* quod valet HABENDUM. Sic in eodem Codice, *molendȝ & faciundȝ.* De re ipſa vide Parei Eleƈta Plaut. Tit. *Servorum.* Et adde Boeclerum.

21. QUIDQUID PRAETER SPEM EVENIET.] Habet hic verſus falſam *μίμησιν* verborum Demiphonis, verſu 16. qualis illa fere Adelph. III. 3. 70. & ſeqq.

22. ADIRE.] Virgilius Aen. IV. 293.

Tenta-

De. Phaedriam mei fratris video filium mihi ire obviam.
Ph. Mi patrue, ſalve. *De.* Salve. ſed ubi eſt Antipho?
Ph. Salvom advenire. *De.* Credo. hoc reſponde mihi.
Ph. Valet. hic eſt. ſed ſatin' omnia ex ſententia?
De. Vellem quidem. *Ph.* Quid iſtuc? *De.* Rogitas, Phaedria?
Bonas

DONATI.

23. PHAEDRIAM MEI FRATRIS.] Haec verba oſtendunt quam miti pectore ſuſcipiatur Phaedria.

24. MI PATRUE, SALVE.] MI, vim blandimenti habet: nam ſignificat, *meus.* SALVE. SED UBI EST ANTIPHO?] Bene expreſſit promtum animum ad litigandum, [21] partim addita ſalute, & potius ad jurgium praevertendo.

25. SALVOM ADVENIRE.] Ἔλλειψις, vel ἀποσιώπησις ſecunda: *gaudeo* enim ſubauditur. quod niſi acceperis, non intelliges cur hic reſponderit, CREDO. SALVOM ADVENIRE.] Iracundiam frangere conatur obſequio & mora. SALVOM ADVENIRE.] Altera ſalutatio & ad leniendum, & ad criminis diſſimulationem: ſed & tertio addit, SATIN' OMNIA EX SENTENTIA? CREDO. HOC RESPONDE MIHI.] [22] Hoc, incerta diſtinctione pronuntiatur.

26. VALET.] Hic oratorie diſſimulat, atque ita reſpondet, quaſi ſenex non iratus quaerat, ſed de ſalute ſollicitus ſit Antiphonis. SED SATIN' OMNIA EX SENTENTIA?] Quod vulgo, *Omnia recte?* Et deeſt [23] *Quaeris*, aut quid tale.

27. VELLEM QUIDEM.] Semper hoc verbum dolentis eſt, ac negantis evenire, [24] quod voti ſit. QUID ISTUC?] Magnam vim habet contra iram hujuſmodi interrogatio.

OBSERV. IN DONAT.

21. *Partim.*] Immo *Raptim.* quanquam Libri mei omnes vulgatam lectionem praeferunt.
22. Hoc, *incerta diſtinctione pronunciatur.*] Vide Comment.
23. *Quaeris.*] Forte, *Quae vis.* Vide Comment.
24. *Quod voti ſit.*] Forte, *Quod in votis ſit.*

COMMENTARIUS.

Tentaturum aditus, *& quae molliſſima fandi*
Tempora.

Et IV. 423.

Sola viri molles aditus *& tempora noras.*

BLANDE IN PRINCIPIO ALLOQUI?] De Exordiorum artificio vide Quinctil. Inſtit. Orat. IV. 1.

25. SALVOM ADVENIRE.] Sub. *Te*, *gaudeo.* quod ne adderet, aeſtus interrumpentis Demiphonis fecit. Diſſimulat autem Phaedria interrogationem patrui, iterata ſalutatione, ut iram ejus mora leniat. Reſpondere aliud atque interrogatus ſis, Graecis eſt, τὰς ἐμὰς κορύμβους πλέκειν. Varie autem haec leguntur. Mſſ. Leidenſes tres, Lipſ. Traj. Bodl. cum edit. 1469. SALVOM TE ADVENIRE. Quartus cum Mark. SALVOM ADVENIRE TE. Quintus, AD SYMBOLUM VENIRE. plerique alii, ut edidi.

HOC RESPONDE MIHI.] Emphaſis eſt in τῷ Hoc. q. d. Quod quaerebam de Antiphone, id ſcire expeto, ne tu me adventum gratulando obtundas. Quanto magis iniquus in hunc locum eſt Guyetus, delens τὸ Hoc. Neque audiendus Donatus, Hoc *incerta diſtinctione pronunciari* dicens; quaſi non referat, legaſne, CREDO HOC: RESPONDE MIHI; an, CREDO: HOC RESPONDE MIHI. Mſ. Graev. RESPONDE HOC MIHI.

26. SED SATIN' OMNIA EX SENTENTIA?] Notanda emphaſis τοῦ SED, cujus elegans uſus eſt, quoties ad aliam cogitationem flectere alterum ſtudemus. Sic verſu 24. Plaut. Aſin. III. 3. 29.

Here, ſalve. ſed *num fumus eſt haec mulier,*
quam amplexare.

Tum ad illa, SATIN' OMNIA EX SENTENTIA? non λείπει *Quaeris*, quod vult Donatus, ſed vel, *Quae vis*, vel *obtigerunt*, vel ſimile. Eſt autem formula, qualis illa Eun. V. 6. 8.

Satin' ſalve?

27. QUID ISTUC?] Bona Librorum pars,

Bonas, me abſente, hic confeciſtis nuptias!
Ph. Eho, an id ſuccenſes nunc illi? *Ge.* O artificem probum!
De. Egone illi non ſuccenſeam? ipſum geſtio
Dari mihi in conſpectum, nunc ſua culpa ut ſciat
Lenem patrem illum factum me eſſe acerrimum.
Ph. Atqui nihil fecit, patrue, quod ſuccenſeas.

De.

DONATI.

28. Bonas, me absente.] Mire conſuetudinem expreſſit, dicendo Bonas. Me absente.] Summa criminis. Bonas, me absente, hic confeciſtis nuptias!] Crimen in duobus eſſe demonſtrat: quod non bonas, & quod absente *patre.*

29. Eho, an id succenses nunc illi?] Huc tendebat interrogatio, ut tam integris rebus admiraretur iraſci ſenem. O artificem probum!] [25] Εἰρωνεία. nam non eſt artifex, cujus deprehenditur jocus.

30. Gestio.] Plus Gestio, quam *Volo.*

31. Dari mihi in conspectum.] Non dixit *Venire*, ut filium: ſed Dari, ut reum.

32. Lenem patrem illum.] O artificium Poëtae! in media patris ſaevitia mentionem lenitatis induxit: ut oſtendat quam facile placari poſſit. Lenem patrem illum, factum me esse acerrimum.] Nota ἀντίθετον. non enim *leni aſperrimum*, ſed acerrimum reddidit. Et mutavit gradum, poſitivo ſuperlativum opponens. Lenem patrem illum, factum.] Sic [26] *Virgilius*,

quantum mutatus ab illo
Hectore!

33. Atqui nihil fecit, patrue.] Summa contradictionis. Et non dixit, *Leniter peccavit:* ſed, Nihil fecit. Neque, *quod punias*, ſed, quod succenseas: Id quod leviſſimum eſt.

OBSERV. IN DONAT.

25. *Εἰρωνεία.*] Atque revera Phaedriam laudat Geta, fronte ad ſeveritatem compoſita, & verbis fidem facientibus cauſam patruelis defendentem.

26. *Virgilius.*] Aen. II. 274.

COMMENTARIUS.

Quid istuc est? quomodo & Donatum legiſſe notat Faërnus.

28. Confecistis nuptias.] Sic And. IV. 1. 51. Heaut. V. 1. 24.

29. An id.] Codices quidam: An tu id.

30. Illi non succenseam?] In aliis Libris eſt, Illi succenseam?

31. Dari mihi in conspectum.] Sic Adelph. III. 2. 13.

32. Me.] Abeſt haec vox a quibuſdam Mſſ. & editis poſt 1469.

34. Congruunt.] Vide ad Heaut. III. 1. 91.

35. Unum cognoris, omnes noris.] Sic fere And. Prol. 10.

Haud ita 'st.] Mallet Guyetus, Hoc ita 'st, tribuens Getae, non Phaedriae. Tum duos, qui ſequuntur, verſus delet, ita ſermonem ordinans:

Unum cognoris, omnes noris. Ge. Hoc ita 'st.
Probe horum facta imprudens depinxit senex.
De. Nam ni haec ita essent.

Sunt autem verſus elegantioris Latinitatis, & magis appoſiti, quam ut a Librariis credantur aſſuti. Tum laudat eos Aſconius Pedianus ad Cic. Verr. II. 12.

36. Hic in noxa est.] Plaut. Caſ. II. 8. 71.

Manifeſto teneo in noxa *inimicos meos.*

Merc. IV. 3. 30.

Manifeſto teneo, in noxa es.

Editio anni 1469. Noxia.

Adest.] Verbum proprium patronorum in cauſis & litibus forenſibus. quod mox, Praesto

est

De. Ecce autem ſimilia omnia: omnes congruunt:
Unum cognoris, omnes noris. *Ph.* Haud ita 'ſt.
De. Hic in noxa eſt: ille ad defendendam cauſam adeſt.
Quom ille eſt, hic praeſto eſt: tradunt operas mutuas.
Ge. Probe horum facta imprudens depinxit ſenex.
De. Nam ni haec ita eſſent, cum illo haud ſtares, Phaedria.
Ph.

DONATI.

34. Ecce autem similia omnia.] Ecce autem, vox eſt apta his, quae nova & improviſa animo accidunt. Sic [27] *Virgilius*,

Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta.

Similia omnia: omnes congruunt.] More ſtomachantis, Omnia & Omnas, de his dicit quae ad duos pertinent.

35. Unum cognoris, omnes noris.] Iterum non *Duos*, ſed Omnes. Et varie, Cognoris, Noris. Unum cognoris, omnes noris.] Sic [28] *Virgilius*,

Accipe nunc Danaum inſidias, & crimine ab uno

Diſce omnes.

36. Hic in noxa est, ille ad defendendam causam adest.] Hoc Demipho non ſine quadam delectatione dixit: quam tamen premit [29] ob iram praeſentem.

37. Quom ille est, hic praesto est.] Huic loco reddidit *Cicero* illum locum [30] in Verrinis: *Qui cives Romani erant, ſi Siculi eſſent, tum Siculos eorum legibus dari oporteret: qui Siculi, ſi cives Romani eſſent.* Nam ſubauditur ad, *Qui cives Romani erant, judices dabantur*, ad, *Si Siculi eſſent*, ſubauditur *rei*. Quom ille est.] Ζεῦγμα ſecundum. nam & hic ſubaudiendum eſt, in noxa. Hic praesto est.] *Ad defendendam cauſam*, ſubauditur.

38. Probe eorum facta imprudens.] Ideo Imprudens: quia neſcit in amore Cithariſtriae eſſe Phaedriam. Imprudens.] Modo *Inſciens*.

39. Nam ni haec ita essent, cum illo haud stares, Phaedria.] Vide quemadmodum jam praeſtruat Poëta ad ea quae futura ſunt, ad adjuvandum amorem Phaedriae. Cum illo haud stares, Phaedria.] Cum Antiphone ſcilicet. Et Cum illo, ἀντὶ τοῦ *pro illo*. In ejus parte *ſtamus*, pro quo facimus. Sic [31] *Virgilius*,

Jupiter hic ſtat.

OBSERV. IN DONAT.

27. *Virgilius.*] Aen. II. 203.

28. *Virgilius.*] Aen. II. 65.

29. *Ob iram praeſentem.*] Vix ſimul conſiſtunt *delectatio* & *ira*. Lego igitur audacter, *ob Phaedriam praeſentem*.

30. *In Verrinis.*] Locus eſt Verr. II. 12. In quibus verbis αἰνιγματῶδες eſt; cui ſolvendo facem praefert Aſconius Pedianus, ex cujus mente hic ſenſus eſt: *Qui cives Romani erant*, dabantur judices, *ſi Siculi eſſent* rei, *tum ſi eorum legibus dari oporteret* judicia. *Qui Siculi erant*, judices dabantur, *ſi cives Romani eſſent* rei. Sed Lambino ſuſpecta eſt Ciceronis lectio. Mallet igitur pro illis, *Tum ſi eorum legibus dari oporteret*, legere, *Cum Siculos eorum legibus dari oporteret*; & poſt illa, *Si cives Romani eſſent*, vellet addi, *Cum cives Romanos dari oporteret*.

31. *Virgilius.*] Aen. XII. 565. ubi nunc, *Jupiter hac ſtat.*

COMMENTARIUS.

est. Idem paſſim Cicero.

37. Quom ille est.] Editio anni 1469. Quom ille deest. Mſ. Bodl. Quom ille abest.

Tradunt operas mutuas.] Pro eo Varro apud Non. Marcellum in v. *Grallatores* dixit, *Mutuum muli ſcabunt.*

38. Depinxit.] Haec ad ſpectatores converſus inquit Geta. Plaut. Aſin. II. 3. 22.

Non potuit pictor rectius deſcribere *ejus formam.*

39. Cum illo haud stares.] Cauſam illius non defenderes, tamquam patronus & advocatus. Plaut. Menaechm. V. 2. 47.

Non equidem mihi te advocatum, pater, adduxi, ſed viro.

Hinc ſtas, illinc cauſam dicis.

Caſ. III. 3. 4.

contrivi diem,

Ph. Si eſt, patrue, culpam ut Antipho in ſe admiſerit,
Ex qua re minus rei foret aut famae temperans:
Non cauſam dico; quin, quod meritus ſit, ferat.
Sed ſi quis forte malitia fretus ſua,

Inſi-

DONATI.

40. SI EST, PATRUE, CULPAM UT ANTIPHO IN SE ADMISERIT.] Principium per inſinuationem ſubtilem. Et honeſta locutio, SI EST, UT ADMISERIT: pro, *ſi admiſit.* SI EST, PATRUE, CULPAM UT ANTIPHO.] Oratorium principium ἀπὸ τῆς ἐπιεικείας τοῦ αἰτοῦντος. IN SE ADMISERIT.] Bono ornatu addidit, IN SE: quum & ſine hoc plenum videri poſſit. Et hic eſt, quem [32] Cicero *ſuccum orationis* appellat.

41. EX QUA RE MINUS REI FORET AUT FAMAE.] Nota; hic comparativa qualitas eſt pauperis, neque ſtrenui. Et docuit, in negotio nuptiarum duabus rebus conſuli, REI & FAMAE, hoc eſt, facultatibus dotis, honeſtatique natalium. EX QUA RE MINUS REI FORET.] Haec tractatio eſt criminis oratoria: in qua defenſor [33] accuſat crimen, reumque purgat. EX QUA RE.] Haud venuſte inſertum RE, cum praepoſuiſſet CULPAM. MINUS REI FORET.] Quia pauperem. FAMAE.] Quia ignobilem. TEMPERANS.] Conſulens, providens, moderatus. ut,

> [34] *Jam ſibi tum curvis male temperat unda carinis.*

42. NON CAUSAM DICO.] Non recuſo, non deprecor. QUIN, QUOD MERITUS SIT, FERAT.] Rhetoricum θεώρημα in hujuſmodi exceptionibus: quo uti ſolet, qui propoſitae cauſae fiduciam gerit. Si hoc aut illud, non oro veniam, non deprecor poenam. QUIN, QUOD MERITUS SIT.] Hunc defenſorem magis, & non judicem dicam, ſed hic colligitur patrocinantis auctoritas: non enim dixit, [35] *Quod voluerit*, ſed QUOD MERITUS SIT, manente eo, *ſi peccaverit tamen.*

43. SED SI QUIS FORTE MALITIA FRETUS SUA.] FORTE, quaſi non defenſurus, ſed ſimul cauſam cogniturus advenerit. nec contendit verum eſſe quod dicit, ne ſollicitum faciat ad credendum. Sic apud [36] *Virgilium* Sinon,

> *dum vela darent, ſi forte dediſſent.*

OBSERV. IN DONAT.

32. *Cicero.*] Oratore, 23.
33. *Accuſat.*] Abr. Wielingius *excuſat* legit. Et ſane infra ad verſum 58. *excuſatio* pro *accuſatio* legitur.
34. *Jam ſibi.*] Virg. Georg. I. 360. ubi nunc, *a curvis.*
35. *Quod voluerit.*] Malim, *Quod voluerit.* Neque enim Antipho intelligitur, ſed Demiphonem alloquitur Phaedria.
36. *Virgilium.*] Aen. II. 136.

COMMENTARIUS.

> *Dum* aſto advocatus *quoidam cognato meo.*

Phaed. III. 10. 37.

> ſtant patroni, *fortiter*
> *Cauſam tuentes innocentis feminae.*

Et V. 5. 2.

> *pro judicio dum* ſtant *erroris ſui.*

Horat. Sat. I. 9. 38.

> *interearn, ſi*
> *Aut valeo* ſtare, *aut novi civilia jura.*

Proprie autem de ducibus militibuſque in bello dicitur; atque inde ad forum militiamque togatam tranſiit. Ceterum Servius PRO ILLO HAUD STARES legit, ad Virg. Aen. VIII. 653.

> Stabat pro templo, *& Capitolia celſa tenebat.*

Sed *ſtare ab aliquo* Ciceronianum eſt. Gr. πρός τινος εἶναι.

40. SI EST.] Codd. quidam, SI SIT. De locutione, SI EST, UT ADMISERIT, pro, SI ADMISERIT, vide ad Adelph. III. 5. 4. Ita plane Belgae: *Zoo 't is, dat hy een misſlag begaen heeft.*

CULPAM UT ANTIPHO IN SE ADMISERIT.] Mſ. Graev. IPSE ADMISERIT. Recte notat Donatus, IN SE poſſe abeſſe. Plaut. Trin. I. 2. 44.

> *Ne admittam culpam.*

Qui vero non *admittitur*, ſegregatur. Idem igitur de culpa. Plaut. ibid. verſ. 41.

> *omnes bonos bonaſque accurare addecet,*
> *Suſpicionem &* culpam *ut ab ſe* ſegregent.

Citat Priſcianus Lib. XV. τὸ UT exponens per ὅτι. Pulchro autem artificio ea quae ſenex accuſat,

Inſidias noſtrae fecit adoleſcentiae,
Ac vicit: noſtrane ea culpa eſt, an judicum?
Qui ſaepe propter invidiam adimunt diviti,
Aut propter miſericordiam addunt pauperi? Ge.

DONATI.

44. INSIDIAS NOSTRAE FECIT ADOLESCENTIAE.] Bene ſe adjungit ad crimen, ut elevet culpam. INSIDIAS NOSTRAE FECIT ADOLESCENTIAE.] Mire INSIDIAS dixit: ut diu comparata cauſa, per ignorantiam doloſque capti videantur. ADOLESCENTIAE.] Opportuna aetatis commemoratio. Πρὸς τὴν συγγνώμην.

45. NOSTRANE EA CULPA EST, AN JUDICUM?] Potentior facta ſententia eſt τῇ ἐρωτήσει. Et oratorie, NOSTRANE CULPA, AN JUDICUM? duplex μετάθεσις. altera in accuſatorem, altera in judices. Et bene ſuam miſcuit perſonam, ut reum ſublevet & ſuo merito, & multitudine reorum. NOSTRANE EA CULPA, AN JUDICUM?] Mire aſſurrexit in fiduciam defenſoris. nam quum ſupra de Antiphone dixerit, nunc intulit NOSTRA.

46. QUI SAEPE PROPTER INVIDIAM ADIMUNT DIVITI.] [37] Notum alteri * qui invident.

47. AUT PROPTER MISERICORDIAM ADDUNT PAUPERI.] Poſteriorem cauſam honeſtiorem poſuit, ne non Antiphonem defendere, ſed accuſare judices videretur. AUT PROPTER MISERICORDIAM.] Primum ἀντίθετον. Et oratorie naturam judicum τῇ διηγήσει expedivit.

OBSERV. IN DONAT.

37. *Notum alteri * qui invident.*] Haec varie leguntur. Mſ. Hulſt. *Cum alter dicit, quia invident.* Edd. veteres, vel, *Notum alterari, quia invident*, vel, *notum alterari * qui invident.* Fortaſſe ſcripſit Donatus, *Notum, alterare jus, qui invident.*

COMMENTARIUS.

cuſat, verbis placabilibus emollit defenſor Phaedria.

41. EX QUA RE MINUS REI FORET AUT FAMAE TEMPERANS.] Elegans πλοκὴ in vocibus RE & REI. Prius de negotio, poſterius de re familiari. Cic. off. II. 24. Res *autem familiaris quaeri debet iis* rebus, *a quibus abeſt turpitudo.* Vid. And. I. 5. 51. ſeq. Eſt autem *temperans* idem quod parcens rei aut famae. Plaut. Moſtell. IV. 2. 15.

ſibi temperem, *quum tu mihi*
Nequeas?

Idem Trin. II. 2. 46.

Minus qui caute & cogitate ſuam rem tractavit.

Salluſt. Catil. 25. *Pecuniae, an famae minus parceret, haud facile diſcerneres.* Mſ. Bodl. MINUS FORET REI.

42. NON CAUSAM DICO, QUIN.] H. e. *Nullus intercedo, nec veto, quin poenas commeritas luat.* Plaut. Aul. IV. 10. 25.

Ergo quia ſum tangere auſus, haud cauſificor, quin *eam*
Ego habeam potiſſimum.

Capt. III. 4. 92.

Hoc ſi ſecus reperies, nullam cauſam dico, quin *mihi*
Et parentum & libertatis apud te deliquio ſiet.

Caſ. V. 4. 23.

ſi ego umquam adeo poſthac tale admiſero,
Nulla cauſa eſt, quin *pendentem me, uxor, virgis verberes.*

Cic. L. Agrar. III. 1. Numquid eſt cauſae, *Quirites*, quin *illa criminatione, qua in me abſentem uſus eſt, non ſolum meam, ſed etiam veſtram diligentiam, prudentiamque deſpexeris?*

45. VICIT.] Sub. *nos, in judicio.* Supra I. 2. 82. & 85. & I. 4. 49. Infra IV. 3. 25.

NOSTRANE EA CULPA EST, AN JUDICUM?] Cic. Philipp. XI. 5. *Sed haec judicum culpa, non mea eſt.* Mſ. Graev. NOSTRAN' CULPA EA. quam lectionem ex Mſſ. defendit Faernus, ob numerum.

46. QUI SAEPE PROPTER INVIDIAM ADIMUNT DIVITI.] Per *Pauperem* Phanium, per *Divi-*

Ge. Ni noſſem cauſam, crederem vera hunc loqui.
De. An quiſquam judex eſt, qui poſſit noſcere
Tua juſta: ubi tute verbum non reſpondeas,
Ita ut ille fecit? *Ph.* Functus adoleſcentuli eſt
Officium liberalis. poſtquam ad judices
Ventum eſt, non potuit cogitata proloqui:

Ita

DONATI.

48. Ni nossem causam, crederem vera hunc loqui.] Suaviſſime laudavit oratorem: qui omnia ad perſuadendum idonea advocans, ſolum conſcium non adduxit ad credendum. Ni nossem causam, crederem vera hunc loqui.] Oblique Poëta ſe laudavit.

49. An quisquam judex est, qui possit.] Apparet, jam perſuaſum ſeni eſſe, verum adverſarium fuiſſe Phormionem, non ſubjectum atque appoſitum ſycophantam. unde ad aliud tranſit ut accuſet ſegnitiem in reſpondendo; quae levior culpa eſt. Ita, ut cedentibus mos eſt, paulatim ſeni ſingula extorquentur e manibus.

50. Tua justa.] Diſerte magis & abſolute, Tua justa: quam ſi aliter diceret. Ubi tuta verbum.] Non dixit, *Parum dicas:* ſed verbum.

51. Ita ut ille fecit?] Unde ſcit? an illa Poëtae virtus eſt, quod omnia ante inducit cognoviſſe: ne in ſcena, haec ut nova audiens, tragicis motibus inſaniret? Functus adolescentuli est officium.] Oratorie quod objectum eſt, non purgavit modo, ſed etiam ad laudem convertit. quod Rhetores *περίστασιν* dicunt. Et hoc de Apollodoro. Functus adolescentuli est officium liberalis] Derivatio cauſae: & eſt venialis ſtatus. Functus adolescentuli est officium liberalis.] Ingenioſe non negavit hoc crimen, occaſionem laudis de confeſſione ſumturus.

52. Officium liberalis.] Potenter Officium nominat, quod ille *crimen* appellat. Et nota, Functus officium, accuſativo caſu, quod non ablativo. Postquam ad judices ventum est, non potuit cogitata proloqui.] Haec apud Oratores *μετάθεσις αἰτίας* dicitur, hoc eſt, translatio cauſae facti: quem vulgo *colorem* nominant.

COMMENTARIUS.

Divitem Antiphonem deſignat. Ea autem judicii pravitas etiam lege divina prohibita. Exod. XXIII. 3. Levit. XIX. 15. Cicero Oratore, cap. 65. ex Craſſo: *Nam ubi lubido dominatur, innocentiae leve praeſidium eſt.* Adi Lindenbruchium & Boeclerum.

48. Ni nossem.] Phaed. I. 11. 14.

ut niſi noſſem *tuum*
Animum genusque, ſimili fugiſſem metu.

49. An quisquam judex est.] Ita judices iniquitatis inſimulatos purgat Demipho, ut ſecundum probata ſententiam tuliſſe oſtendat. Vide Boeclerum.

52. Officium.] Mſſ. & impreſſi quidam Officio.

53. Non potuit cogitata proloqui.] Cicero, Bruto 72. *Ac, ſi* cogitata *praeclare* eloqui *poſſent, nonnulli ſtudio & uſu elaboraverunt.*

54. Timidum ibi obstupefecit pudor.] Probabilis narratio, ab exemplis aliorum. Id autem vult, Antiphonem juvenem pudentem vultus gravitatem in judicibus ferre non potuiſſe. Mſſ. quidam & editi poſt an. 1469. τὸ Ibi non agnoſcunt.

57. Columen vero familiae.] Citra jocum dixit de altero Geta ſervo. Adelph. III. 4 35.

ſolus omnem familiam
Suſtentat.

Virg. Aen. XII. 59.

in te omnis domus inclinata recumbit.

Simili vero ironia uſus Plautus, Caſ. III. 2. 6.

Sed eccum egreditur ſenati columen, *praeſidium popli.*

Idem Epid. II. 2. 5.

ſenati *qui* columen *cluent.*

Sed & *audaciae columen* dixit, Amph. I. 1. 211.

Cic.

Ita eum tum timidum ibi obſtupefecit pudor.
Ge. Laudo hunc. ſed ceſſo adire quam primum ſenem?
Here, ſalve: ſalvom te adveniſſe gaudeo. *De.* Ho!
Bone cuſtos, ſalve: columen vero familiae,
Cui commendavi filium hinc abiens meum.
Ge. Jam dudum te omnes nos accuſare audio

Imme-

DONATI.

53. Non Potuit cogitata proloqui.] Ergo quod cogitavit, induſtriae eſt: quod nihil dixit, pudoris.

54. Ita eum tum timidum.] Timidum, perturbatum. [38] *Plautus, Nam ut ex mari timida es.* Et ipſe in Adelphis: *Me miſeram! quidnam eſt, quod ſic video timidum, & properantem Getam?*

55. Laudo hunc. sed cesso adire.] Satis defenſionis eſt, ubi Geta jam adire non timeat dominum.

56. Here, salve: salvom te advenisse gaudeo.] Principium a benevolentia. Et vide vernilitatem aptiſſimam ſervo callido. Credaſne hunc eſſe, qui ſupra dixerit, *Herus ſi redieris, Molendum eſſe in piſtrino, vapulandum*, & cetera.

57. Ho! bone custos, salve.] Ab initio idem motus ſervatus eſt ſeni. nam idem hoc eſt quod ſupra dixit, *O Geta, monitor.* quamquam [39] per *αὔξησιν* plus ſignificat quod dicit, Bone custos: quam quod ſupra, *Monitor.* Columen vero familiae.] Columen, culmen. an Columen, columna? unde *Columellae* apud veteres, dicti ſervi majores domus. [40] Lucil. xxii.

Servus neque infidus domino, neque inutilis [cuiquam,
Lucili columella, hic ſitus Metrophanes.

Tubero: Hinc in milleſimum annum eorum columine civitas continebitur. [41] *Horatius* contra pro columine columnam,

Injurioſo ne pede proruas
Stantem columnam.

[42] *Ennius* x. *Regni verſatum, ſummamve columnam.* Columen vero familiae.] Suſtentatio vel decus. unde *columnae* dictae. Et moralis *αὔξησις ἐν εἰρωνείᾳ.*

58. Cui commendavi filium hinc abiens meum.] Duplex [43] excuſatio eſt de eo quod fecerit. Haec conveniunt in eas perſonas, quas ſpectare non oportuerit.

59. Jamdudum te omnes nos accusare audio immerito.] Vide quam in his verbis etiam vultus quidam ſervi contumacis appareat, & verſute mali. Et hoc eſt, quod dixerat, *Ego in inſidiis hic ero Succenturiatus.*

OBSERV. IN DONAT.

38. *Plautus.*] Forte reſpicitur locus, qui eſt Bacch. I. 1. 73. *Nam ut in navi vecta es, credo, timida es.*

39. *Per αὔξησιν.*] Mſ. Hulſt. *Puſillum.*

40. *Lucil.*] Eundem verſum citat Martialis XI. 90. Reſtituit ita Beatus Rhenanus, teſte Mureto.

41. *Horatius.*] Carm. I. 35. 13.

42. *Ennius.*] Fr. Heſſelius ita exhibet: *Regni verſatum ſummam vero columnam.* Hier. Columna *locum omnino immedicabilem* vocat.

43. *Excuſatio.*] Libri veteres rectius, *Accuſatio.*

COMMENTARIUS.

Cic. pro P. Sext. 8. *Unum aliquem te ex barbatis illis, exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis*, columen *reip. diceres intueri.* Citat Muretus e Chariſio veteris Poëtae verſus:

Si nunc redire poſſet ad ſuperos pater,
Qui te tutamen fore putarat familiae,
Domuique columen, *nonne putas ſic diceret:*
Cur te dedecoras? Familiam cur maculas tuam?
Cur rem dilapidas, quam miſer exſtruxit labos?

58. Cui commendavi filium hinc abiens meum.] Confer ſupra I. 2. 21.

59. Omnes nos] Antiphonem, Phaedriam, Phormionem, & me Getam.

 60. Ho-

Immerito: & horum me omnium immeritiſſimo.
Nam quid me in hac re facere voluiſti tibi?
Servom hominem cauſam orare leges non ſinunt:
Neque teſtimonii dictio eſt. *De.* Mitto omnia:

Addo

DONATI.

60. IMMERITO: ET ME OMNIUM HORUM IMMERITISSIMO.] Tantum impudentiaeipereſt: ut non ſolum ſe, ſed alios etiam defendat. HORUM OMNIUM IMMERITISSIMO, ὁ πλήρης. HORUM: & ſic nos *hanc* & *hunc* dicimus. IMMERITISSIMO.] Ut *parvo*, *falſo*, de adverbiis eſt in O deſinentibus.

61. NAM QUID ME IN HAC RE FACERE VOLUISTI.] Bona exceptione locutus eſt, quaſi in aliis omnia fecerit. IN HAC RE VOLUISTI TIBI?] Quam contemnat iram domini, ut hoc ipſo purgatior videatur, ex hoc apparet, quod addidit TIBI. Sic enim dicere ſolemus, *Quid tibi vis faciam?* quum alieno negotio fruſtra nos oſtendimus laborare.

62. SERVOM HOMINEM CAUSAM ORARE LEGES NON SINUNT.] [44] Hoc enim quaſi ignoranti dicit: ſed ſtomachoſe admonet, velut ſtultum, qui rem manifeſtam non cogitet. SERVOM HOMINEM CAUSAM ORARE LEGES NON SINUNT.] Vetuſte HOMINEM. [45] *Salluſtius* in Jugurtha: *Quum interim Hiempſal reperitur occultans ſe in tugurio mulieris ancillae.* SERVOM HOMINEM CAUSAM ORARE LEGES NON SINUNT.] Mire extenuavit conditionem ſuam, dicendo non *Me*, ſed SERVOM. Et addendo HOMINEM, moraliter locutus eſt. Sic [46] *Virgilius*,

Venerat antiquis Coriti de finibus Acron
Grajus homo.

CAUSAM ORARE.] [47] Non improprie. Sic [48] *Virgilius*,

Orabunt cauſas melius.

63. NEQUE TESTIMONII DICTIO EST.] *Vis ſcire*, inquit, *quam non liceat ſervo pro domino dicere? nec teſtis loco produci poteſt.* NEQUE TESTIMONII DICTIO EST.] Varie: non enim dixit, *Neque teſtimonium dicere.* MITTO OMNIA.] Et jam hoc perdidit ſenex, quod videbatur validum ad accuſationem. Ita gradatim illi ſingula ſubducuntur, & accuſationis impetus evaneſcit.

OBSERV. IN DONAT.

44. *Hoc enim quaſi ignoranti dicit.*] Codices ante Rob. Steph. *Hoc non quaſi ignoranti dicit.* Atque ita Eraſmus edidit per Frobenium, ſed & vel negationem excidiſſe, vel pro *enim* legendum eſſe *non*, ſuſpicabatur Doctiſſ. Abr. Wielingius.
45. *Salluſtius in Jugurtha.*] Cap. 12.
46. *Virgilius.*] Aen. X. 719.

47. *Non improprie.*] Mſ. Hulſt. *Cauſam orare leges etiam improprie.* Editiones, Anonyma, Tarviſiana, Venetae, aliae: *Cauſam orare leges non improprie.* Suſpicor ſcripſiſſe Donatum, CAUSAM ORARE LEGES NON SIN.] *Proprie.* ut adeo ex illis, NON SIN. *proprie*, natum ſit, *non improprie.*
48. *Virgilius.*] Aen. VI. 849.

COMMENTARIUS.

60. HORUM.] Quidam Codices, ET ME OMNIUM HORUNC. Atque ita legiſſe videtur Donatus, niſi quod corrupta ejus verba leguntur. Mſ. Bodl ET ME OMNIUM HORUNC' NUNC IMMERITISSIMUM.

IMMERITISSIMO.] Mſſ. Leidenſes omnes, Graev. Bodl. Mark. Boend. IMMERITISSIMUM. Atque ita ex Mſ. Uratiſlavienſi citat Pulmannus, Boeclerus ex ſuis omnibus. Eſt porro in editione Anonyma. Sed neſcio quomodo elegantius poſt τὸ IMMERITO inſertur IMMERITISSIMO. unde ex Mſſ. reliquis, & editionibus Juntarum, Aldi, Rob. Stephani, aliiſque probae notae ita edidi. Ita & Gambarellus legit. Caecilius, Aſoto:

Meritiſſimo *hic me ejecit ex hac decuria.*

62. SERVOM HOMINEM CAUSAM ORARE LEGES NON SINUNT.] Plaut. Stich. III. 1. 37.

Atqui id ne vos miremini, homines ſervulos
Potare, amare, atque ad coenam condicere,
Licet hoc Athenis nobis.

Proprie autem CAUSAM ORARE dixit. Unde Cicero

Addo iſtuc: imprudens timuit adoleſcens: ſino.
Tu ſervos. verum ſi cognata eſt maxume,
Non fuit neceſſe habere: ſed, id quod lex jubet,
Dotem daretis: quaereret alium virum.

Qua

DONATI.

64. ADDO ISTUC: IMPRUDENS TIMUIT ADOLESCENS.] Haec omnia verba, cauſalem ad argumentandum vim habent. IMPRUDENS TIMUIT ADOLESCENS, SINO.] Σχῆμα, διανοίας συγχώρησις. Et ſingula pronuntianda, ut plura videantur. MITTO, SINO, vim habent contra voluntatem concedentis.

65. TU SERVOS. VERUM SI COGNATA EST MAXUME.] Sub obtentu hujus propoſitionis, in qua pars legis oſtenditur, jam Poëta praeparat locum fallaciae Phormionis, de dote accipienda. VERUM SI COGNATA EST MAXUME.] Τῷ ἰδιωτισμῷ addidit MAXUME: nam [49] ſive eſt cognata, ſive non eſt, non recipit τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. hoc eſt, non dicitur MAXUME COGNATA, &, *cognata minime:* ſed, aut eſt, aut non eſt. Alii ſic ordinant, NON FUIT NECESSE MAXUME HABERE. Alii, SED ID QUOD LEX JUBET, MAXUME DOTEM DARETIS.

66. SED, ID QUOD LEX JUBET, DOTEM DARETIS.] ID QUOD LEX JUBET: [50] ordo. Sic [51] *Virgilius*,

Verum, id quod multo tute ipſe fatebere majus.

67. QUAERERET ALIUM VIRUM.] QUAERERET, quam

OBSERV. IN DONAT.

49. *Sive eſt cognata.*] In his & ſeqq. verbis tenebrae offenduntur rei clariſſimae. valet enim, SI COGNATA EST MAXUME, *Fac, eſſe cognatam.*

50. *Ordo. ſic.*] Conſtans Librorum lectio. Forte legendum, *Orbus ſc.* i. e. *ſolutus.* Vide ſupra I. 2. 75.

51. *Virgilius.*] Ecl. III. 31.

COMMENTARIUS.

cero pro S. Roſc. 9. *Ameriam* re inorata *reverterunt.* Plura vide in Apparatu Nizolii. Phaed. I. 10. 7.

Uterque cauſam *cum* peroraſſent *ſuam.*

Propert. IV. 11. 99.

Cauſa perorata eſt.

Liv. XLV. 36. *Integro ſibi die ad* cauſam *eam* perorandam *opus eſſe.* Vide quae ex utroque Jure huc congeſſit P. Petitus.

63. NEQUE TESTIMONII DICTIO EST.] Hoc eſt, jus & poteſtas teſtimonii dicendi. Sic *cauſae dictio*, *j. is dictio*, *legis actio*, *teſtamenti factio*, & ſimilia. Quibus TESTIMONII DICTIO non erat, *inteſtabiles* dicti, jam inde ex XII. Tabb. Eadem porro ratione *ambulatio* in jure notat jus ambulandi in alterius fundo. Et Suet. Caeſ. 26. *Ut abſenti ſibi quandoque imperii tempus expleri coepiſſet*, petitio *ſecundi conſulatus daretur.* h. e. jus petendi.

64. ADDO ISTUC: IMPRUDENS TIMUIT ADOLESCENS.] Mallet Palmerius: ADDE ISTUCCE: IMPRUDENS TIMUIT ADOLESCENS. ut reſpiciatur verſus 54. ſed & Mſſ. quidam, & editi veteres legunt, ADDE ISTUC.

65. TU SERVOS.] Sub. *es.* atque adeo & hoc ſino, neque aegre fero, te rem non impediiſſe orando cauſam, vel teſtimonium dicendo. Suſtuli igitur exclamandi notam, quaſi haec per ἀποσιώπησιν interminatus ſervo dixiſſet Demipho. Neque aliter Fabrini: *Ancora ti concedo queſt' altra, che tu ſei ſervo, e non hai potuto fare altro.*

SI COGNATA EST MAXUME.] H. e. Fac eſſe cognatam. Donatus hic alias res egit, nec τὸ MAXUME cepit. Fabrini tamen fere ad ſenſum Donati vertit: *Ma ſe ella è bene noſtra parente ſtrettiſſima.* quaſi τὰ MAXUME COGNATA valerent, arctiſſime & proximo gradu cognata.

66. ID QUOD LEX JUBET, DOTEM DARETIS.] Vide ſupra I. 2. 75. Adde Boeclerum & Eugraphium ad Act. II. 3. init.

 68. QUA

Qua ratione inopem potius ducebat domum?
Ge. Non ratio, verum argentum deerat. *De.* Sumeret
Alicunde. *Ge.* Alicunde! nihil eſt dictu facilius.
De. Poſtremo, ſi nullo alio pacto, foenore.

Ge.

DONATI.

quam idoneum eſt ad ſignificationem odiorum! ⁵² *Virgilius*,

quaerat ſibi foedera Turnus.

68. QUA RATIONE INOPEM POTIUS DUCEBAT DOMUM?] Magno ſonitu intulit, quod minus momenti habet adverſus eos qui accuſantur, quam illa ſuperiora. INOPEM POTIUS DUCEBAT DOMUM?] Non INOPEM POTIUS. ſed POTIUS DUCEBAT ſubdiſtinguendum eſt.

69. NON RATIO, VERUM ARGENTUM DEERAT.] Hoc ita ludibundus abſolvit Geta, ut etiam quaſi per jocum reſpondeat.

70. ALICUNDE! NIHIL EST DICTU FACILIUS.] Hoc quaſi ſubridens, & averſo ab illo vultu pronuntiavit Geta. quod genus actionis ſecuritatem oſtendit hominis, manifeſta dicentis. ALICUNDE!] Demipho ALICUNDE ad facilitatem retulit: hic ſic intelligere ſe fingit, ut quaſi non habens ipſe Demipho de proximo a quo dicere incipiat, dixerit ALICUNDE. NIHIL EST DICTU FACILIUS.] Mire, ut ſolet, proverbio uno diſſolvit totam ſenis intentionem. ut in Heautont. *Quid ſi hoc pater reſciverit? Quid ſi redeo ad illos, qui ajunt: quid ſi nunc coelum ruat?*

71. POSTREMO, SI NULLO ALIO PACTO, VEL FOENORE.] Oſtendit ſe ſenex haec perdere: quum ab his ad alia tranſcendit excluſus.

OBSERV. IN DONAT.

52. *Virgilius.*] Aen. XI. 129.

COMMENTARIUS.

68. QUA RATIONE INOPEM POTIUS DUCEBAT DOMUM?] Hoc illud eſt, quod Demiphoni exprobrat Phormio, infra II. 3. 10. Dixit autem plene DUCEBAT DOMUM, quomodo Graeci utrumque, *ἄγειν γυναῖκα*, & *ἄγειν εἰς οἶκον*.

69. NON RATIO, VERUM ARGENTUM DEERAT.] Plaut. Trin. II. 4. 17.

Ratio *quidem hercle apparet*, argentum οἴχεται.

Martial. II. 30. 5.

Is mihi, dives eris, ſi cauſas egeris, inquit.
Quod peto, da, Cai, non peto conſilium.

70. DICTU.] Faërnus ex Cod. Bemb. DICTO tuetur.

71. FOENORE.] Codices quidam Mſſ. & impreſſi poſt an. 1469. VEL FOENORE. quod rejicit Faërnus; nec agnoſcitur a Priſciano, citante hunc verſum Lib. XV.

72. SIQUIDEM QUISQUAM CREDERET TE VIVO.] Alexander ab Alexandro, Genial. Dier. I. 7. teſtatur, vetus olim Senatusconſultum fuiſſe, quod primum a Solone ſancitum ad Romanos deductum ſit; quo cautum fuerit, patre vivente, filio, qui ſub patris poteſtate eſt, credi pecuniam non licere; & qui credidiſſet, petitionem non habere, ne filius familiaſ aere innexus alieno, ut creditum redderet, vel necem patri machinaretur, aut aliunde eam inhoneſtius quaereret. Citat porro verba ex ipſo SCto: *Placere, ne cui qui filiofamilias mutuam pecuniam dediſſet, etiam poſt mortem parentis, cujus in poteſtate fuiſſet, actio petitioque daretur; ut ſcirent, qui peſſimo exemplo foenararent, nullius poſſe filiifamilias bonum nomen, inde exſpectata patris ſui morte fieri.* Et meminit Plautus Legis *quinae vicennariae*, Pſeud. I. 3. 69. quae & *Laetoria*, vetans filiumfamilias minorem quinque & viginti annis ſpondendo obligari. Adde Plaut. Rud. V. 3. 25. ſeqq. De qua re, ob foeneratorum improbitatem, ſaepius cautum. De Claudio & Veſpaſiano Imperatoribus referunt Tacitus & Suetonius, ille Annal. XI. 13. hic in vita Veſpaſiani, cap. 11. Fuit in illis foeneratoribus Macedo quidam; unde Senatuſconſultum Macedonianum ortum. Verba Taciti: *Et lege lata, ſaevitiam creditorum*

coercuit,

Ge. Hui! dixti pulchre, ſiquidem quiſquam crederet
Te vivo. *De.* Non, non ſic futurum 'ſt: non poteſt.
Egon' illam cum illo ut patiar nuptam unum diem?
Nihil ſuave meritum 'ſt. hominem commonſtrarier
Mihi

DONATI.

72. DIXTI PULCHRE, SIQUIDEM QUISQUAM CREDERET.] Vide quam non laboret ad reſpondendum Geta: ſiquidem illi per *εἰρωνείαν* reſpondit. CREDERET.] Pecuniam committeret.

73. NON, NON SIC FUTURUM EST: NON POTEST.] Hic jam palmae locus eſt debitae Poëtae, ſiquidem & omnia objecerit Demipho, & omnia ſolverit Geta: quibus actis, ſola irrationabilis exclamatio relinquetur ſeni. NON, NON SIC FUTURUM EST: NON POTEST.] Moralis abnegatio frequenti repetitione firmata.

74. EGON' ILLAM CUM ILLO UT PATIAR NUPTAM UNUM DIEM?] Hic eſt de quo ſupra dictum eſt, *Illene indotatam virginem atque ignobilem Dares illi? numquam faceres.* EGON' ILLAM CUM ILLO UT PATIAR NUPTAM.] Hic jam praeſtruitur, quam facile triginta minas perditurus ſit Demipho, dum illam vult excludere.

75. NIHIL SUAVE MERITUM 'ST.] Ordo & ſenſus hic eſt, *Nihil mihi mercedis ſuave eſt, ut ego illam cum illo nuptam feram.* SUAVE MERITUM enim, *ſuavem mercedem* ſignificat. HOMINEM COMMONSTRARIER.] Bono ordine pervenit ad Phormionem: a quo magis confutabitur.

COMMENTARIUS.

coërcuit, ne in mortem parentum pecunias filiisfamiliarum foeneri darent. Suetonii: *Neve filiorum familias foeneratoribus exigendi crediti jus umquam eſſet: hoc eſt, ne poſt patrum quidem mortem.* Viciſſe tamen improbitatem foeneratorum, Juvenalis Sat. III. 41. ſub perſona Umbritii docet:

Quid Romae faciam? mentiri neſcio. librum,
Si malus eſt, nequeo laudare, & poſcere. motus
Aſtrorum ignoro. funus promittere patris
Nec volo, nec poſſum.

Tangit morem quorundam, qui, ut filios rerum imperitos in fraudem illicerent, mortem patris polliceri ſolebant.

73. NON, NON SIC FUTURUM 'ST; NON POTEST] Graeciſmum ſapit, *οὐ μή.* Citat Priſcianus Inſtit. Grammat. Lib. XVIII. A quibuſdam Codicibus prius NON abeſt.

74. EGON' ILLAM CUM ILLO UT PATIAR NUPTAM UNUM DIEM?] Verus igitur fuit Geta, praedicens hoc de Demiphone, ſupra I. 2. 70. Sic Cic. Att. XV. 11. *Egone, ut beneficium acceptum in contumeliam?* Sub. videar. Horat. Epod. XVII. 56.

Inultus ut tu riſeris Cotyttia
Vulgata, ſacrum liberi Cupidinis?

75. NIHIL SUAVE MERITUM 'ST.] Ita MſſT. Leidenſes omnes, Bodl. Boend. Graev. Lipſ. Witt. Mark. & Traject. cum editionibus, anni 1469. Anonyma, Tarviſiana, Venetis, Argentinenſi, Antverpienſi, Juntina, Aldina, Rob. Stephani, aliis. neque aliter Gambarellus & Fabrini. Et videtur Goveanus, eumque ſequutus Guyetus temere mutare in NIHIL SUAVE MERITU' 'ST, h. e. MERITUS EST, ſub. Antipho. Nimium quantum a vulgata lectione abit conjectura V. C. Joh. Clerici, Art. Crit. III. I. 4. 7. legentis: NIHIL SUAVE, NI CITUM EST. *Hoc eſt, ut beneficium ſuave non eſt, niſi cito fiat: ſic nec ultio grata eſt, niſi cita ſit. Haec egregie concordant cum ſuperioribus, in quibus Demipho negat, ſe vel unum diem paſſurum filio nuptam eſſe Phanium; habentque aliquid παροιμιῶδες, quod Graece non male dixeris: ἡδὺ μηδὲν, εἰ μὴ ταχύ.* Optime exponit ὁ πάνυ J. Fr. Gronovius Obſerv. in Script. Eccleſ. cap. 7. ex mente Donati: *Nihil mihi mercedis ſuave eſt, ut ego illam cum illo nuptam feram. Nihil merear, ut hoc patiar.* Ut totum compendii ſermonis ſit: NIHIL SUAVE MERITUM 'ST, ILLAM CUM ILLO UT PATIAR NUPTAM UNUM DIEM. Additque: *Hoc eſt, Nihil eſt tanti: nihil eſt pretii aut lucri tam magni, quod libens capiam, ſi habendum ſit ea conditione, ut hoc feram.* Ad eundem modum recte Daciera, patrem Tanaquillum Fabrum ſequuta exponit, *je ne le ferois pas pour un royaume.* Et dudum ante Fabrini: *Non à mercede, ne premio, ne prezzo,*

Mihi iſtum volo, aut, ubi habitet, demonſtrarier.
Ge. Nempe Phormionem? *De.* Iſtum patronum mulieris.
Ge. Jam faxo hic aderit. *De.* Antipho ubi nunc eſt? *Ph.* Foris.
De. Abi, Phaedria: eum require, atque adduce huc. *Ph.* Eo
Recta via equidem illuc. *Ge.* Nempe ad Pamphilam.

De.

DONATI.

76. Aut, ubi habitat, demonstrarier.] Mire oſtendit, quam hic ſenex contemnat Phormionem modo, a quo mox ſuperabitur.

77. Istum patronum mulieris.] Hic & contemtum adverſarii, & ſui fiduciam monſtrat.

78. Jam faxo hic aderit.] 53 *Virgilius*,

Haud ſibi cum Danais rem, faxo, & pube Pelaſga.

Antipho ubi nunc est?] Mitius nunc quaerit, ubi ſit Antipho. Et utrum amatae adhaereat, ſubtiliter quaerit. quod ſervus intelligens, reſpondit, Foris. Foris.] Foris dixit, quum fugiſſe eum ſciat.

79. Abi, Phaedria: eum require, atque adduce huc.] Opportuna & apta ſimplicitas attribuitur Demiphoni, nihil tale de Phaedria ſuſpicanti.

80. Eo recta via equidem illuc.] Et amatorem oſtendit Phaedriam: & ſimul id agit, ne in conſpectum patris veniat Antipho. Nempe ad Pamphilam.] Niſi hoc Geta dixiſſet, non intelligerent ſpectatores quid dixiſſet Phaedria.

OBSERV. IN DONAT.

53. *Virgilius.*] Aen. IX. 154.

COMMENTARIUS.

tanto ſuave, cioe non è neſſuno prezzo tanto grande, che mi poſſa muovere, à fare, che io me ne contenti: Terentius Plautum imitatus. Ita ille Menaechm. I. 3. 34.

Neque hodie ut te perdam, meream *Deûm divitias mihi.*

Poen. I. 3. 20. ſeqq. *Ut non ego te hodie emittam manu; non hercle* meream, *quantum Acheronte 'ſt mortuorum, neque quantum aquae eſt in mari, neque nubis quantum, neque ſtellae in coelo.*

78. Faxo hic aderit.] Comicum videtur, τὸ Faxo jungere futuris indicativi. Eun. II. 2. 54. IV. 3. 21. Infra V. 8. 66. Plaut. Aſin. IV. 1. 4.

Horreſcet faxo *lena, leges quum audiet.*

Poen. I. 1. 34.

Utrumque faxo habebit.

Et verſu 45.

at ego jam faxo ſcies.

Scioppius vapulat hic a Becclero; cujus vide Chreſtomathiam, v. *Age.*

Ph. Foris.] Hanc vocem Guyetus in gloſſis ineditis Getae tribuit. Quae lectio auctoritate non caret. primum enim diſerte ſervi meminit Donatus, qui ita reſponderit. Tum Mſ. Boend. & edd. Anonyma, Tarviſienſis, utraque Veneta, annorum 1490. & 1512. exhibent, Ge. Foris.

80. Recta via equidem illuc.] Integrum hunc verſum Guyetus addititium vocat, atque ex Andria expreſſum. Nihil autem in omni Andria huic ſimile; niſi forte reſpexit verba Davi, III. 4. 21.

Quid cauſae eſt, quin hinc in piſtrinum recta *proficiſcar* via?

Alteram rationem addit Guyetus in ἀνεκδότοις, quod nimirum non Pamphila, ſed Citharistria dicta eſt ſupra.

81. At ego Deos penates hinc salutatum domum devortar.] Ex more ſcilicet, quo peregre advenientes Deos ſalutare, iiſque gratias agere ſolebant, antequam uxores amicoſve convenirent. Plaut. Amph. I. 1. 25. Soſia ab exercitu rediens,

numero mihi in mentem fuit,

Dis

De. At ego Deos Penates hinc ſalutatum domum
Devortar: inde ibo ad forum, atque aliquot mihi
Amicos advocabo, ad hanc rem qui adſient,
Ut ne imparatus ſim, ſi adveniat Phormio.

DONATI.

81. AT EGO DEOS PENATES HINC SALUTATUM DOMUM DEVORTAR.] Nulla mentio fit uxoris apud Demiphonem. non enim convenit argumento ut habeat. neque quid in Cilicia geſſerit, demonſtratur ideo, quia jam dictum eſt, *Noſtro in Ciliciam, ad hoſpitem antiquum.* cauſa enim quaeſita eſt cur abeſſet, dum uxorem ducat Antipho: & cauſa ex argento, id eſt, avaritia, quo minus videatur pati nurum pauperem, qui ob ſpem lucri ab Attica in Ciliciam navigarit. HINC SALUTATUM.] Ab hoc loco. SALUTATUM.] Adoratum prima poſt reditum prece.

82. DEVORTAR.] Bene DEVORTAR, quaſi de via. ATQUE ALIQUOT MIHI AMICOS ADVOCABO.] Jam praeparat ridiculam advocationem: 54 quia plures adhibendo Juriſconſultos incertior reddetur.

83. AMICOS ADVOCABO.] AMICOS & pro teſtibus, & pro advocatis veteres poſuerunt. ADSIENT.] Proprie ADSIANT. *Adeſſe* enim dicuntur advocati.

84. UT NE IMPARATUS.] Pro *non*.

OBSERV. IN DONAT.

54. *Quis.*] Plerique Libri veteres: *Quo.*

COMMENTARIUS.

Dis advenientem gratias pro meritis agere, atque alloqui.

Epid. III. 3. 33.

te pro filio
Facturum dixit rem eſſe divinam domi,
Quia Thebis ſalvos redierit.

Stich IV. 1. 29.

Deos ſalutatum atque uxorem modo intro devortar domum.

Mil. II. 5. 1.

Inde ignem in aram, ut Epheſiae Dianae laeta laudes
Grateſque agam; eique ut Arabico fumificem odore amoene.
Quae me in locis Neptuniis templiſque turbulentis
Servavit.

Bacchid. II. 3. 113.

Deos atque amicos iit ſalutatum ad forum.

Sed & peregre abituri Lares Viales invocabant. Plaut. Merc. V. 2. 23. Charinus amicam peregre quaeſiturus:

invoco
Vos, Lares Viales, ut me bene juvetis.

Erant autem cuique civi ac patrifamilias Dii peculiares in aliqua parte domus, quos ipſe cum familia ſua privatim coleret. Hi vel PENATES, vel Domeſtici, vel Lares Familiares dicti. Adelph. IV. 5. 65. & 70. Cic. pro Domo 41. *Quid eſt ſanctius? quid omni religione munitius, quam domus uniuſcujuſque civium? hic arae ſunt, hic foci, hic* Dii Penates, *hic ſacra, religiones, caeremoniae continentur.* In Alexandri Severi Imperatoris larario Chriſtum, Abrahamum, Apollonium: Orphea, plureique Deos & majorum effigies fuiſſe, teſtis eſt Aelius Lampridius, in ejus vita, cap. 29. Adde Muretum.

83. AMICOS.] Intelligit teſtes & advocatos, unde & FORUM memorat, ubi illorum copia erat.

84. SI ADVENIAT.] Ita Faërnus ex Libro Bembino, quia dubitantis eſt, pro, *ſi forte.* Plurimi autem Codices, QUOM ADVENIAT. Gambarellus, QUOM ADVENIET. quomodo & Guyetus in gloſſis ineditis correxit; mox tamen adſcribens, SI ADVENIAT ſibi placere.

ACTUS

ACTUS SECUNDI

SCENA SECUNDA.

PHORMIO. GETA.

Ph. ITANE patris ais conſpectum veritum hinc abiſſe? *Ge.* Admodum.
Ph. Phanium relictam ſolam? *Ge.* Sic. *Ph.* Et iratum ſenem? *Ge.*

DONATI.

ITANE PATRIS AIS CONSPECTUM VERITUM HINC ABISSE?] *In hac Scena* [1] *de paraſitis vilioribus Terentius proponit imaginem vitae: ut in Eunucho de potioribus, & his qui nuper proceſſerint, id eſt, de aſſentatoribus. Animadvertendum autem, hujuſmodi genus hominum magis a Terentio lacerari.* ITANE PATRIS AIS CONSPECTUM VERITUM HINC ABISSE?] *Adhuc narratur Fabula de Terentio & Ambivio ebrio: qui acturus hanc Fabulam, oſcitans* [2] *temulenter, atque* [3] *aurem minimo inſcalpens digitulo, hos Terentio pronuntiavit verſus. quibus auditis exclamaverit Poëta, ſe talem quum ſcriberet, cogitaſſe paraſitum: & ex indignatione, quod eum* [4] *ſaturum potumque deprehenderat, delinitus ſtatim ſit.*

1. ITANE PATRIS AIS.] Haec & labia lingens, ut ebrius: & ructans, utpote ſatur, pronuntiavit Actor bonus. ADMODUM.] ADMODUM annuendi vim habet duntaxat modo: & ſubauditur VERITUM.

2. PHANIUM RELICTAM SOLAM?] Subauditur, AIS. IRATUM SENEM?] Iterum AIS ſubauditur.

OBSERV. IN DONAT.

1. *De paraſitis vilioribus.*] Immo callidioribus. Phormio certe Gnathone callidior. nec probris cujuſquam expoſitus fuit.

2. *Temulenter.*] Mſ. Hulſt. *Et temulentus.*

3. *Aurem minimo inſcalpens digitulo.*] Id ſuperbi vel mollis hominis Indicium eſſe, ex Cicerone, Apulejo & Amm. Marcellino obſervat Lindenbruchius.

4. *Saturum potumque.*] Ita dixit, uti Terentius ipſe Hec. V. 2. 3. SATURA ATQUE EBRIA.

COMMENTARIUS.

Hic Actus II. initium ſtatuit Muretus. quam diſtinctionem tuetur Dacieria, ſuſpicata ab Heinſio primum profectam. Sed fallitur. Malui autem plurimorum Codd. cum Mſſ. tum impreſſorum auctoritatem ſequi.

1. CONSPECTUM,] Rufinus, Libro de metris Terentianis, ADVENTUM. qui procul dubio error eſt.

VERITUM.] Antiphonem, fugientem conſpectum patris Demiphonis.

ADMODUM.] Simplex affirmatio eſt. Plaut. Pſeud. IV. 7. 53.

> BA. *Herus tuus?* HA. *Ita dico.* BA. *Miles?*
> HA. *Ita loquor.* BA. *Macedonius?*
> HA. Admodum, *inquam.*

3. AD TE SUMMA SOLUM, PHORMIO, RERUM REDIT.] Locutio tranſlata ab iis, quibus aut reip. cura, aut bellorum eſt adminiſtratio. iis enim ſumma rerum committi dicebatur. Caeſar Bello Civ. III. 5. de M. Bibulo: *Ad hunc ſumma imperii reſpiciebat.* Hinc autem ſecum loqui

Ge. Oppido. *Ph.* Ad te ſumma ſolum, Phormio, rerum redit.
Tute hoc intriſti: tibi omne eſt exedendum. accingere.
Ge. Obſecro te. *Ph.* Si rogabit? *Ge.* In te ſpes eſt. *Ph.* Eccere.
Quid

D O N A T I.

3. Oppido.] Non aio, ſed *iratum* intellige. Ad te summa aolum, Phormio, rerum redit.] Ideo velut expergefactus ad has cauſas accedit Phormio, quia non diu ſollicitum convenit eſſe paraſitum: nec quidquam aliud, niſi de convivio, vel propter convivium cogitare. adeo, niſi a Geta cogatur, modo etiam negotiorum Antiphonis negligens eſt, atque ſecurus.

4. Tute hoc intristi: tibi omne est exedendum.] Παροιμία apta paraſito, quae de cibo eſt. Hoc autem inter ruſticos de alliato moretario dici ſolet. Et bene Intristi: proprie enim *intrita*, dicitur hujuſmodi cibus. Accingare.] Appara te, atque expedi.

5. Eccare. quid si reddet?] Totum hoc quaſi alia agens loquitur paraſitus: ut ex hoc appareat, quid interſit inter audaciam ſycophantae improbi, & patrisfamilias perturbationem minime litigioſi. nam ille in bona cauſa advocatos quaerit, & ipſe ſollicitus in toto actu eſt: hic in puncto temporis ſe ad calumniam praeparavit.

C O M M E N T A R I U S.

quì Phormio incipit, nec ad Getam interloquentem attendit, uſque ad verſum 8.

4. Tute hoc intristi, tibi omne est exedendum.] Ruſticorum & ſervorum *intritum*, quo hic maxime reſpici videtur, & *alliatum* dicebatur, & *moretum*, & *herboſum*; conſtabat enim ex allio, caepis, caſeo & herbis olentibus. *Intrita* autem, ſeu *cibus intritus* etiam collyrae vocantur, h. e. panis juri immerſus. Plaut. Perſ. I. 3. 12. Toxilus ſervus Paraſitum. Saturionem exſpectans:

Collyrae facite ut madeant, & colliphia.

Et citat Boxhornius Gloſſarium vetus Latino-Teudiſcum, in quo, *Collyridae*, *Kiprochonazbret.* q. d, Germanice, *Gebrochenes brod*; Belgice, *gebrokt brood*; Graece, ἐμβρεχὲν, q. d. Belg. *inbrokzel.* Phaed. I. 26. 7. de Ciconia:

Quae vulpem quum revocaſſet, intrito cibo
Plenam lagonam poſuit.

Varro R. Ruſt. Lib. II. 9. de cibo canum: *Nec non ita panem hordeaceum dandum, ut non potius eum in lacte des* intritum. Forte & Columella ſimile *intritum* notavit, Lib. X. 112. de Cultura Hortorum:

Alliaque infractis ſpicis, & olentia late
Ulpica, quaeque fabis habilis fabrilia miſcet
Jam ſiſer, Aſſyrioque venit quae ſemine radix.

Apulejus Metam. X. in deliciis numerat: *Coquus, qui ſapidiſſimis intrimentis ſuccuum pulmenta condita, vapore mollibat.* Eadem eidem *protrimenta* dicta. Plura collegit Cl. Burmannus ad Phaed. I. 26. 7. Μυττωτὸν vocat Ariſtophanes, Ἱππ. 768.

Κἄγωγ', ὦ δῆμ', εἰ μή σε φιλῶ, καὶ μὴ στέργω, κατατμηθεὶς
Ἑψοίμην ἐν περικομματίοις· καὶ μὴ τούτοισι πέποιθας,
Ἐπὶ ταυτησὶ κατακνησθείην ἐν μυττωτῷ μετὰ τυροῦ.

At ego, mi popule, niſi te diligo & amo, diſſecer hic in
Fruſta, & coquar in minutali: ac niſi tu mihi credis, amice,
Super his vaſis jam conterar in offa cum caſeo.

Ubi Scholiaſtes: Μυττωτῷ δὲ εἶπε, παίζων ἴσως πρὸς τὸ Ὁμηρικόν. ἔστι δὲ ὑπότριμμα διὰ σκορόδου. κατασκευάζεται δὲ ἀπὸ τυροῦ καὶ σκορόδου, καὶ ᾠῶν, καὶ ἐλαίου, καὶ πράσου. Simile autem adagium eſt: *Colo quod apiaſti, ipſi tibi nendum eſt.* i. e. incipiundi auctor extitiſti, nunc idem explices oportet. Itali non aliter. Unde Fabrini vertit: *Tu hai intriſo queſta torta, tu l' ha à mangiar tutta.* Additque: *E un parlar per ſimilitudine uſato coſi da i Toſcani, come da i Latini.*

Accingere] Vide ad Eun. V. 9. 30.

5. Obsecro te.] Duobus hiſce verſibus Getae quidem verba continuam orationem conſtituunt,

 Obse-

Quid ſi reddet? *Ge.* Tu impuliſti. *Ph.* Sic opinor. *Ge.* Subveni.
Ph. Cedo ſenem! jam inſtructa ſunt mihi in corde conſilia omnia.
Ge. Quid ages? *Ph.* Quid vis, niſi uti maneat Phanium, atque ex crimine hoc

Anti-

DONATI.

6. Quid si reddet?] Bene jam ad illud reſpicit Fabula, quod futurum eſt, propter Phaedriam. Quid si reddet?] Hoc eſt, *Quid ſi reſpondebit?* An, *Quid ſi mulierem reddet?* Sic opinor.] Non ad Tu impuliſti hoc pertinet: ſed ad id, quod ſecum tacitus volvit Phormio.

7. Cedo senem!] Hic alii ⁵ excluſiſſe torporem ſomni inducunt paraſitum. Alii transglutiſſe quod in ore mandebat: quaſi hoc morae fuerit ad vincendum ſenem. Cedo senem!] Non parvi moliminis certamen impendet; quum ſenex dixerit, *Hominem commonſtrarier Mihi iſtum volo:* paraſitus dicat, Cedo senem.

8. Quid ages?] Non interrogantis, ſed metuentis hoc dictum eſt. Quid vis, nisi ut maneat Phanium.] Tria promittit, in quibus omnis cauſa Antiphonis eſt conſtituta. Atque ex crimine hoc.] Sic dixit, Ex crimine eripiam, quaſi ex incendio. Conſidera, trium rerum, quas promittit, gradus per αὔξησιν eſſe ſervatos. Phanium.] Uxorem ſcilicet Antiphonis.

OBSERV. IN DONAT.

5. *Excluſiſſe.*] Forte, *Excuſſiſſe.*

COMMENTARIUS.

Obsecro te. In te spes est. Tu impuliſti. Subveni. Quae vero interloquitur Phormio, cogitantis ſunt, non reſpondentis. Bina autem conſilia in corde ſuo inſtruit Phormio, nimirum, quid acturus ſit, ſi roget Demipho, qui cognata ſibi ſit Phanium, atque adeo ducenda fuerit Antiphoni, tum, ſi reddat Phanium Phormioni, expulſam matrimonio filii. Ita intelligendum abruptum Phormionis ſermonem, argumentum ſequentis Scenae evincit; in qua Demipho primum expiſcatur, Qui ſibi cognatus fuerit pater Phanii? mox autem abducendam Phanium poſtulat. Ita autem ſermo Phormionis cohaeret, ut primum ſibi quaſi objiciat, Si rogabit. Reſpondet vero, Eccere, i. e. Ecce habeo. Hem tibi; habeo, quod reſpondeam. Sic Plautus eodem ſenſu mox *ecce*, mox *eccere* dixit, Mil. II. 2. 48. ſeqq. Pergit Phormio: Quid si reddet? Cui opponit, Sic opinor, ſub. me reſponſurum, & confutaturum ſenem verbis. Quanto magis ineptus eſt Guyetus, qui non exputans verum ſenſum *ineptos* vocat *hoſce duos verſus, & a ſtulto quodam intruſos.*

Si rogabit?] Mſſ. & editi quidam poſt an. 1469. Rogitabit. ſed Rogabit defenditur a Faërno.

In te spes est.] Sic Eun. II. 2. 9. & V. 9. 23. ſupra I. 2. 89.

Eccere.] Variant Mſſ. & editi veteres poſt an. 1469. in quibus eſt, Ecce. Ecce rem. Ecce res. Feſtus Pompejus: Eccere *jusjurandum eſt, acſi dicatur*, per Cererem; *ut ecaſtor, aedepol. Alii* Eccere *pro* Ecce *poſitum accipiunt.* Videtur autem potius demonſtrandi eſſe particula.

7. Jam instructa sunt mihi in corde consilia omnia.] Κατεσκευασμένα: Metaphora eſt a re militari tranſlata. Planius Plautus Mil. II. 2. 64.

Viden' hoſtis tibi adeſſe? tuoque tergo obſidium conſule.
Arripe opem auxiliumque ad hanc rem. propero hoc, non placide decet.
Antevenito aliqua aliquos, aut tu circumduce exercitum,
Curre in obſidium perduelleis, noſtris praeſidium para.

Inter-

Antiphonem eripiam, atque in me omnem iram derivem ſenis?
Ge. O vir fortis, atque amicus! verum hoc ſaepe, Phormio,
Vereor, ne iſtaec fortitudo in nervom erumpat denique.
Ph. Ah!

Non

DONATI.

9. ANTIPHONEM ERIPIAM.] Bene ERIPIAM dixit: quo vim ſignificat doli, pro eo qui jam teneatur oppreſſus. [6] *Virgilius*,

tune hinc ſpoliis indute meorum
Eripiare mihi?

IN ME OMNEM IRAM DERIVEM SENIS?] *Derivatio* dicitur inflexio criminis ab eo ad quem pertinebat, ad eum ad quem non pertinet.

10. O VIR FORTIS, ATQUE AMICUS!] Ordine laudavit. plus eſt enim AMICUS, quam VIR FORTIS. Et apparet, [7] adverſum Getam exclamaſſe: quod majorem vim habet, quam ſi *Amice* dixiſſet. O VIR FORTIS, ATQUE AMICUS!] Nominativum pro vocativo poſuit. VERUM HOC SAEPE, PHORMIO.] Bene SAEPE addidit, ut ſententiam faceret de ſpeciali dicto. VERUM HOC SAEPE, PHORMIO, VEREOR, NE ISTAEC FORTITUDO IN NERVOM ERUMPAT.] Et conſuetudine Romana dixit: quia ſaepe in nervum conjiciebantur, ex aliquo maleficio in carcerem miſſi. [8] An numquid proverbium a ſagittariis natum eſt: quod immoderatae plerumque vires, adducendo arcu non telum incitent, ſed nervum rumpant? An ex eo, quod ſaepe fortius ferientes, nervum ſibi aliquem laedant? Ergo fortitudine nimia ſaepe vinci, ſaepe decipi contigit.

11. VEREOR, NE ISTAEC FORTITUDO IN NERVOM ERUMPAT DENIQUE.] Quid eſt ISTAEC? nimium audax ſcilicet. Et convenit hoc dictum Getae; qui & ſupra dixerat, *Eſt paraſitus quidam Phormio, Homo confidens.* IN NERVOM ERUMPAT DENIQUE.] DENIQUE, modo παρέλκον, [9] Terentiana conſuetudine, qui hanc particulam in ultima ponit ſententia.

OBSERV. IN DONAT.

6. *Virgilius.*] Aen. XII. 947.
7. *Adverſum.*] Sic vero, AMICE, dixiſſet. Lego igitur, cum Eraſmo & Stephano, *Averſum*, ſub. ad ſpectatores.
8. *An numquid.*] Libri quidam veteres rectius ſimpliciter, *An.*
9. *Terentiana conſuetudine.*] Vide ſupra I. 2. 71. & Comment. ad Heaut. I. 1. 17.

COMMENTARIUS.

Intercludito inimicis commeatum, tibi muni viam;
Qua cibatus commeatuſque ad te & legiones tuas
Tuto poſſit pervenire. hanc rem age. res ſubitaria eſt.

Expreſſus autem hic locus e Plauti Pſeudolo, II. 3. 10.

Jam inſtituta, ornata, cuncta in ordine animo, ut volueram,
Certa, deformata habebam.

Integrum locum laudat Cicero, Nat. Deor. III. 29. *Quid ergo iſti doli? quid machinae? quid fallaciae, praeſtigiaeque? num ſine ratione eſſe potuerunt. O praeclarum munus Deorum! ut Phormio poſſit dicere,*

CEDO SENEM. JAM INSTRUCTA MIHI SUNT IN CORDE CONSILIA OMNIA.

Codd. quidam Mſſ. & editi, INSTRUCTA MIHI SUNT CORDE, omiſſo IN. Virgil. Aen. II. 152.

Dixerat. Ille dolis inſtructus, *& arte Pelaſga.*

8. EX CRIMINE.] Bona Mſſ. & edd. pars, A CRIMINE, & E CRIMINE. Dixit autem, EX CRIMINE ERIPIAM, uti Plautus Rud. III. 4. 67.

hirundines ex nido *volt* eripere.

9. DERIVEM.] Conferam, convertam. Cic. Att. IV. 3. *Id poterat inficiari; poterat in alios derivare; poterat etiam aliquid jure factum defendere.*

SENIS.] Mſſ. Bodl. Lipſ. Witt. Graev. PATRIS.

10. O VIR FORTIS, ATQUE AMICUS!] Blandiendi formula, qualis illa And. IV. 5. 22.

O optume hoſpes, pol, Crito, antiquum obtines.

11. IN NERVOM ERUMPAT.] Sic Eun. IV. 4. 14. Adelph. III. 4. 63. 64. & infra IV. 4. 16. E tribus Donati explicationibus prima magis ar-

Non ita eſt: factum eſt periclum: jam pedum viſa 'ſt via.
Quot me cenſes homines jam deverberaſſe uſque ad necem?
Hoſpites, tum cives? quo magis novi, tanto ſaepius.
Cedo dum, en umquam injuriarum audiſti mihi ſcriptam dicam?

Ge.

DONATI.

12. JAM PEDUM VISA 'ST VIA.] Padum pro pedibus. Et VISA ἀντὶ τοῦ *proviſa*. Et totum μεταφορικῶς.

13. QUOT ME CENSES HOMINES JAM DEVERBERASSE USQUE AD NECEM?] Paraſitice totum tranſlationibus loquitur. hujuſmodi eſt enim vis umbraticorum hominum, ſcurrilis oratio.

14. HOSPITES, TUM CIVES.] Ἀνακόλουθον ſecundum: deeſt enim ſupra, *cum*. Et bene poſterius poſuit id quod majus eſt.

15. CEDO DUM, EN UMQUAM INJURIARUM AUDISTI MIHI SCRIPTAM DICAM?] Plus eſt, hoc per interrogationem intuliſſe, quam ſi diceret, *Numquam mihi ſcripta eſt injuriarum dica.* INJURIARUM AUDISTI MIHI SCRIPTAM DICAM?] Ἀκυρολογία. ſic enim & [10] *Tullius*, *Scribitur Heraclio dica.* DICA.] *Dice* cauſa eſt Graece, quae fit Latine DICA: ut *Actr Acta*, *Calliope Calliopa*.

OBSERV. IN DONAT.

10. *Tullius.*] Verr. II. 15.

COMMENTARIUS.

ridet, ut *Nervus* pro carcere & vinculis dictus ſit; quod ex Feſto obſervat Nannius. ſed & familiare eſt Plauto. Quia autem virorum fortium eſt *erumpere*, ſeu eruptionem facere in hoſtem, vel ex obſidione erumpere, Geta κατ' ὀξύμωρον dixiſſe videtur. Magis autem παρὰ προσδοκίαν dixiſſet, ERUMPAT DENIQUE IN NERVUM. Eſt autem *Nervus* vinculi lignei genus, in quod pedes conjecti arctantur. Niſi forte de ipſo ſuſpendio intelligendum. De vinculo intelligenda verba XII. Tabb. AERIS. CONFESSI. REBUS. Q. JURE JUDICATIS. TRIGINTA DIES. JUSTI. SUNTO. POST. DEINDE. MANUS. INJECTIO. ESTO. IN. JUS. DUCITO. NI. JUDICATUM. FACIT. AUT. QUIS. ENDO. EM. JURE. VINDICIT SECUM. DUCITO. VINCITO. AUT. NERVO. AUT COMPEDIBUS. QUINDECIM. PONDO. NE. MINORE. AUT. SI. VOLET. MAJORE. VINCITO. SI. VOLET. SUO. VIVITO. NI. SUO. VIVIT. QUI. EM. VINCTUM. HABEBIT. LIBRAS. FARRIS. ENDO. DIES. DATO. SI. VOLET. PLUS. DATO. Refert Gellius, XX. 1. Cato apud Gellium XI. 18. *Fures privatorum furtorum* in nervo *atque in compedibus aetatem agunt: fures publici in auro atque in purpura.* Plautus Rud. III. 6. 34.

melius eſt te in nervom correpere.

12. FACTUM EST PERICLUM.] Praeſtat haec diſtinctio, prae aliorum: FACTUM EST PERICLUM JAM PEDUM: VISA 'ST VIA. PERICLUM autem πεῖραν intelligit. And. III. 3. 33. Eun. III. 2. 23. Hec. V. 1. 40. Infra V. 7. 40.

JAM PEDUM VISA 'ST VIA.] H. e. Perſpecta jam ratio expediendi illud. Manutius a canibus ad venandum derivat dictum. Eſt autem potius tranſlatio a viatoribus, qui viam videntes norunt, qua eundum ſit. Id igitur velle videtur Phormio, ſe plus vice ſimplice idem feciſſe, & hanc quaſi viam inſtitiſſe. Diſtinguunt inter *viam* & *ſemitam*. Phaed. Praefat. Lib. III. 38.

Ego porro illius ſemitam *feci* viam.

H. e. quum Aeſopus paucas Fabulas reliquerit, ego plures cogitavi. Plaut. Rud. I. 3. 29.

Saltem aliquem velim, qui mihi ex his locis
Aut viam, *aut* ſemitam *monſtret.*

Ennius Telamone:

Qui ſibei ſemitam *non ſapiunt, alteri monſtrant* viam.

Cic. Verr. II. 23. *Jam intelligetis, hanc pecuniam, qua* via *modo viſa eſt exire ab iſto, eadem* ſemita

rever-

Digitized by Google

Ge. Qui iſtuc? *Ph.* Quia non rete accipitri tenditur, neque miluo,
Qui male faciunt nobis: illis, qui nihil faciunt, tenditur.
Quia enim in illis fructus eſt: in illis opera luditur.

Aliis

DONATI.

16. Quid istuc?] Interrogare dicitur & fingitur Geta, ut paraſitica progrediatur oratio. Quia non rete accipitri tenditur, neque miluo.] Rurſus per ἀλληγορίαν loquitur paraſitus: ut totum triviale ſit, a conviviis eſciſque tranſlatum. Quia non rete accipitri tenditur, neque miluo.] Legitur & *Tenuitur*. habet enim *N* litera cum *D* communionem.

17. Qui malefaciunt nobis.] Ore & unguibus ſcilicet. Illis, qui nihil faciunt, tenditur.] Non ſic accipe, Nihil faciunt, quaſi dicat, *nec bene nec male:* ſed quum legeris Nihil faciunt, ſubaudito, *nobis male*.

18. Quia enim in illis fructus est.] Παρέλκον tertium: quo aut Quia (& ſic enim ſubjungatur) aut ipſum enim ſupervacuum eſt. In illis fructus est.] Quia nihil faciunt nobis male. Quia enim in illis fructus est.] Fructus, cibus: quia [11] *frumen* dicitur tractus gulae, qua cibus in alvum demittitur. In illis

OBSERV. IN DONAT.

11. *Frumen.*] Vide Fabri Theſaur. L. Lat. v. *Frumen*.

COMMENTARIUS.

revertiſſe. h. e. quae palam erat ablata, occulte reddita eſt. quo loco promiſcue *via* & *ſemita* uſurpantur.

13. Deverberasse usque ad necem?] Credas, idem eſſe, quod dixit Adelph. I. 2. 10.

mulcavit uſque ad mortem.

Sed non eſt; notat enim, *per fraudem, & calumniam bonis everſiſſe, ac ſpoliaſſe*. Quod Plautus ita extulit, Capt. III. 5. 12.

Qui me meamque rem, quod in te uno fuit,
Tuis ſceleſtis falſidicis fallaciis
Dilaceraviſti, deartuaviſtique opes.
Confeciſti omnes res ac rationes meas.

Unde mox II. 3. 27. idem Phormio dicitur per contumeliam, *Bonorum extortor, legum contortor*; non latro, non ſicarius. Conſule omnino Car. Andr. Dukerum, Virum Cl. in Opuſc. Var. pag. 431. ſeq. Quod vero idem V. C. ſanguinem nonnunquam pro pecunia ſumi obſervat ex Auguſtino, idem & ſervus Plautinus, ſenes argento emuncturus ita extulit Epid. II. 2. 4.

jam ego me convortam in hirudinem,
Atque eorum exſugebo ſanguinem.

14. Quo magis novi, tanto saepius.] Videtur per ὑστερολογίαν dictum, pro, Quo saepius, tanto magis novi. quomodo Palmerius legit. Mſ. Witt. Eo saepius. Abr. Wielingius, V. C. ſuſpicatur legendum: Eo magis novi, quanto saepius.

15. En umquam.] H. e. Umquam ne. Infra II. 3. 1. Plautus ſaepius. Virg. Ecl. I. 68.

En umquam *patrios longo poſt tempore fines.*

Mihi scriptam dicam?] Citat Priſcianus Inſtit. Grammat. XVIII. Menander Miſogyno:

ὄμνυμί
Σοὶ τὸν ἥλιον' ἦ μὴν ποιήσειν γραφὴν
Σοὶ κακώσεως.

Vide ſupra I. 2. 77.

16. Qui istuc?] Ita edidi ex Mſſ. & impreſſis optimis. vulgo, Quid istuc?

Non rete accipitri tenditur, neque miluo.] Juvenal. II. 63.

Dat veniam corvis, vexat cenſura columbas.

Videtur autem omnino reſpicere *aucupia verborum, & literarum tendiculas*, quarum rerum *in callido verſutoque jure* locum eſſe ait Cicero pro A. Caecina, 23. quod Graecis valet ὀνομάτων διώσει θηρεύειν, καὶ διευλαβεῖσθαι ἀλλήλων. Martial. II. 40.

Subdola tenduntur *craſſis modo* retia *turdis*.

Eſt autem Miluo in Mſſ. plurimis & impreſſis optimis, non Milvio, quod vulgo legitur, eſtque vox triſyllaba. Vide Giſan. Ind. Lucret. v. *Reliquus*; & Interpp. ad Phaed. I. 33. 3.

Columbae ſaepe quum fugiſſent miluum.

In Codd. quibuſdam eſt, Tennitur. ἀρχαϊκῶς.

18. Opera luditur.] Plaut. Caſ. II. 7. 1.

Si

Aliis aliunde eſt periclum, unde aliquid abradi poteſt:
Mihi ſciunt nihil eſſe. dices, ducent damnatum domum.
Alere nolunt hominem edacem. Et ſapiunt, mea quidem ſententia,

Pro

DONATI.

LIS OPERA LUDITUR.] Qui malefaciunt nobis. LUDITUR.] [12] Exercetur. An *illuditur*, id eſt, fruſtratur.

19. ALIIS ALIUNDE EST PERICLUM, UNDE ALIQUID ABRADI POTEST.] Utrum hic ſenſus eſt, quaſi dixerit, *Aliud aliis periculum affertur, a quibus aliquid auferri poteſt?* An *alii aliunde periclitantur, quam creduntur?* eſt enim illis cauſa periculi, [13] non quae videtur, ſed quia ab his aliquid auferri poteſt. UNDE ALIQUID ABRADI.] ABRADI, per vim auferri.

20. MIHI SCIUNT NIHIL ESSE.] *Rei* ſcilicet. DUCENT DAMNATUM DOMUM.] Secundum jus ſcilicet, quo obaerati, quum ſolvendo non eſſent, ipſi manu capiebantur. DUCENT DAMNATUM DOMUM.] Miris uſus eſt verbis ad extennandam poenam, & rem ad commodum transſerendam: nam quod obaeratis inimicum eſt, id paraſitus maxime optat, duci ab aliquo domum. Addidit autem, DAMNATUM, quaſi qui irrideat genus damnationis, in qua victor paſcere compellitur, & paſcitur victus.

21. ALERE NOLUNT HOMINEM EDACEM.] Senſus eſt, *Sciunt edacem, & ideo nolunt alere.* Et hoc ſic pronuntiandum, ut facete totum videatur illatum, quando obaeratus ſit ſub hujuſmodi poena: nec accuſari ab aliquo ſe queritur, neque damnari. HOMINEM EDACEM.] Se ſignificat. SAPIUNT.] Sibi conſulunt.

OBSERV. IN DONAT.

12. *Exercetur.*] Libri pleique veteres, *Exterretur.* Forte legendum, *conteritur.*

13. *Non quae videtur.*] Malim, *Non quia invidetur.*

COMMENTARIUS.

Si nunc me ſuſpendam, meam operam luſerim. Capt. II. 2. 94.

At nihil eſt, ignotum ad illum mittere: operam luſeris:

19. UNDE ALIQUID ABRADI POTEST.] Metaphora a ligno & dolabra. Cic. pro A. Caecina, 7. *Poſteaquam videt, nihil ſe ab A. Caecina poſſe litium terrore* abradere. Mſſ. Bodl. & Graev. ABRIPI. Similis ſententia Phaedri, IV. 5. 12.

Periclitatur magnitudo principum:
Minuta plebes facili praeſidio latet.

20. DUCENT DAMNATUM DOMUM.] Ampliſſimus Senator, Corn van Bynkershoek ſuper hoc loco a me conſultus, quando nimirum & qua lege crudelis ille mos abrogatus fuerit, haec perhumaniter reſcribebat: „ Debitores ſcilicet „ creditoribus addicebantur in ſervitutem, do„ nec ſolverent. De quo more, & de diffe„ rentia inter *ſervos* & *addictos* agit Quincti„ lianus L. VII. Inſtit. Orat. C. 3. Adde Sa„ muelem Petitum ad LL. Atticas L. IV. p. „ 369. & ſeqq. difficile eſt legem notare, quae „ abrogaverit morem veterem. Apud Romanos „ ex Lege XII. Tabb. graviſſime olim ſaevitum „ in corpora debitorum, qui judicatum non „ ſolvebant, ſic enim vulgo creditur, ut dixi „ Obſervat. I. c. 1. Ita certe credidit Fabius „ L. III. Inſtit. Orat. c. 6. Tertullianus Apo„ log. c. 9. ſed duram legem mos publicus re„ pudiavit, ait ille, & conſenſu publico crude„ litas poſtea eraſa eſt, ait hic d. locis. Uſus „ ſaepe corrector Legum, ſine Lege abrogante. Haec Ille. Verba XII. Tabb. refert Gellius XX. 1. vide ſupra ad verſ. 11. Iidem autem & *judicati*, & *addicti*, & *nexi* dicebantur. Conſule Gronov. Obſerv. II. 11. Reſpexit huc Peniculus itidem Paraſitus, apud Plaut. Menaechm. I. 1. 20.

Nam

Pro maleficio ſi beneficium ſummum nolunt reddere.

Ge. Non poteſt ſatis pro merito ab illo tibi referri gratia.

Ph. Immo enim nemo ſatis pro merito gratiam regi refert.

Ten'

DONATI.

22. PRO MALEFICIO SI BENEFICIUM SUMMUM NOLUNT REDDERE.] Paraſitice BENEFICIUM SUMMUM dixit ALERE. PRO MALEFICIO.] Pro injuria. REDDERE.] Retribuere, reponere.

23. NON POTEST SATIS PRO MERITO AB ILLO TIBI REFERRI GRATIA.] Multum promittit Geta paraſito, quum dicat, nihil futurum, quod pro merito poſſit accipere. NON POTEST SATIS PRO MERITO AB ILLO.] Hujuſmodi ſententias inferunt Poëtae parentheſi, cum his quae volunt inferre. AB ILLO TIBI REFERRI GRATIA.] Non ab eo, qui te *damnatum duxerit:* ſed Antiphone. de quo ſermo eſt.

24. IMMO ENIM NEMO SATIS PRO MERITO GRATIAM REGI REFERT.] Bene paraſitus, quidquid praeſtat, debere ſe dicit. Et eſt proprium perſonae inferioris. [14] *Virgilius*,

Tu mihi quodcunque hoc regni, tu ſceptra, Jovemque
Concilias: tu das epulis accumbere Divum.

GRATIAM.] Vicem. NEMO SATIS PRO MERITO GRATIAM REGI REFERT.] *Rex* alias regnator, alias dominus, alias dives ſignificat. Sed nunc [15] rationem habet nominis ad aliquid dicti, ad ſignificandum paraſitum. ut enim paraſitus regis eſt, & libertus patroni: ſic e contrario rex paraſiti eſt, & patronus liberti. quod ſi non eſſet, non NEMO tantummodo, ſed *nemo paraſitus* diceret.

OBSERV. IN DONAT.

14. *Virgilius.*] Aen. I. 82.
15. *Rationem habet nominis.*] MſT. Hulſt. & Boend. cum edd. vett. *nomen habet nominis.* An legendum, *Sed nunc rex nomen habet hominis ſatis divitis ad ſuſtentandum paraſitum?* An id vult, τὸ *Rex* ita ſe habere ad τὸ *paraſitus*, uti relatum ad correlatum? ἐπέχω.

COMMENTARIUS.

Nam ego ad Menaechmum nunc eo, quo jam diu
Sum judicatus, *ultro eo ut me vinciat.*

Et Damaenetus ab uxore in adulterio deprehenſus, Plaut. Aſin. V. 2. 87.

Male cubandum eſt: judicatum *me uxor adducit domum.*

Bacch. V. 2. 87. Philoxenus ſenex de ſe & Nicobulo itidem ſene Bacchides ſequentibus:

ducite nos, quo lubet, tanquam quidem addictos.

Senec. Benef. III. 8. *Pecuniam pro* addicto *dependit.* Feſtus Pompejus: Addicere *damnare eſt.* Damnati autem proprie *duci* dicebantur. Plin. Lib. X. Epiſt. 97. de Chriſtianis: *Duci juſſi.* Adde denique Boeclerum, & Schott. Obſerv. II. 34. & III. 24.

21. ALERE NOLUNT HOMINEM EDACEM.] Scilicet Decemviri ſanxerunt, *nexos*, ni ſuo viverent, ali a creditoribus. Plautus Menaechm. I. 1. 22. diſtinguit inter *alere* & *educare.* Verba Plauti:

Nam illic homo homines non alit, *verum* educat,
Recreatque: nullus melius medicinam facit.

Nonius Marcellus locum hunc Plauti laudans ait, *Alere & educare* hoc diſtant: Alere, *eſt victu temporali vitam ſuſtentare:* Educare *autem ad ſatietatem perpetuam educere.* Et alibi: Paſcere, *&* Alere, *hoc diſtant auctoritate, ut ſit* Alere, *ſufficiendi generis curam habere*; Paſcere, *natos cibo ſaginare.*

MEA QUIDEM SENTENTIA.] Faërnus delet τὸ QUIDEM, auctoritate Codicis Bembini.

22. PRO MALEFICIO.] Phaed. I. 17. 1.

24. IMMO ENIM.] Obſcuritatis arguit hos quinque verſus Jul. Caeſar Scaliger, Poëtices Lib. IV. cap. 1. Guyetus tres priores recidit, duos reliquos pro ſuſpectis habet.

REGI.] Praeter quas Donatus memorat notiones, *Rex* etiam convivii magiſter dictus, vocans invitansque alios.

25. TEN'

Ten' aſymbolum venire! unctum, atque lautum e balneis,
Otioſum ab animo: quum ille & cura, & ſumtu abſumitur,
Dum

DONATI.

25. TAN' ASYMBOLUM VENIRE! UNCTUM, ATQUE LAUTUM E BALNEIS.] Haec non ab Apollodoro, ſed [16] e ſexto ſatyrarum Ennii tranſlata ſunt omnia:

Quippe ſine cura, laetus, lautus, quom advenis,
[17] *Infertis malis,* [18] *& expedito brachio,*
Alacer, celſus, [19] *lupino exſpectans impetu,*
Mox dum alterius abligurias bona: quid
Cenſes dominis eſſe animi? pro divûm fidem!
Ille triſtis cibum dum ſervat, tu ridens voras.

TEN' ASYMBOLUM VENIRE!] Et hoc nomen conſtat inter paraſitos confictum, atque compoſitum eſſe. Contra illud in Andria, *Symbolam dedit, coenavit.*

26. OTIOSUM AB ANIMO.] Πλεονασμός. Nam addidit AB, quum ſufficeret ANIMO. QUUM ILLE ET CURA, ET SUMTU ABSUMITUR.] CURA in apparando, SUMTU in coëmendo.

OBSERV. IN DONAT.

16. *E ſexto ſatyrarum.*] Hinc arguitur error Porphyrionis, ad Horat. Sat. I. 10. dicentis, Ennium ſatyrarum libros quatuor reliquiſſe. niſi forte ſcripſit VI. quod mutatum in IV.

17. *Infertis.*] Libri quidam, *Infertis,* quomodo & Cl. Heſſelius edidit.

18. *Et expedito.*] Τὸ *&* abeſt a pleriſque Libris veteribus.

19. *Lupino exſpectans impetu.*] Codd. veteres: *lupino impetu exſpectans.* Sed forte legendum: *Infertis malis, expedito brachio, alacer, celſus, lupino exſpectans impetu.*

COMMENTARIUS.

25. TEN' ASYMBOLUM.] Similis fere conſtructio eſt illa Horatii, Serm. II. 8. 67.

Tene, ut ego accipiar laute, torquerier omni
Sollicitudine diſtrictum; ne panis aduſtus,
Ne male conditum jus adponatur; ut omnes
Praecincti recte pueri comtique miniſtreat?

Varie autem exhibent Codices Mſſ. & impreſſi veteres: Mſſ. Witt. Mark. Bodl. Graev. Boend. & Leidenſ. unus, AD SYMBOLUM. Mſ. Lipſ. AD SYMBOLAM. Eſt vero Ἀσύμβολος immunis, qui nil ſymbolae loco confert in convivium. Cui contrarium eſt And. I. 1. 61. *Symbolam dedit.* Unde eleganter Gellius VI. 13. *Quum domum ſuam nos vocaret, ne omnino, ut dicitur, immunes &* aſymboli *veniremus, conjectabamus ad coenulam non cupedias ciborum, ſed argutias quaeſtionum.* Menander:

Λυσάμενοι εἰ λογάρια δειπνοῦμεν, μικρὰς
Οὐκ ἂν τελοίην συμβολὰς ἀκροώμενος.

Ex Athenaeo citat Grotius, ſed locum non nominat. Videntur itidem eſſe verba paraſiti. Notat Turnebus, Adverſ. XXVIII. 4. Athenienſium conſuetudine, qui de ſymbolis nonnunquam comeſſe ſolebant, & ſigillatim collectam exigere a convivis omnibus, paraſitos dictos eſſe *Aſymbolos*, quia pro iis ſolverent Reges. Citat porro locum ex Athenaeo, VI. 9. ubi Dromon de Tithymallo paraſito:

ὑπερῃσχυνόμην
Μέλλων ἀσύμβολος πάλιν δειπνεῖν. πάνυ
Αἰσχρόν. Ἀμέλει τὸν Τιθύμαλλον νῦν ἀεὶ
Ἐρυθρότερον κόκκου περιπατοῦντ' ἴσθ' ὁρῶν,
Οὕτως ἐρυθριᾷ συμβολὰς οὐ κατατιθείς.

A. *Pudebat maxime, quod abſque ſymbola coenaturus eſſem denuo.* B. *Valde id quidem turpe.* A. *Ita ſane: ideoque Tithymallum videre licet cocco rubentiorem oberrare, ſic erubeſcentem, quod nunquam ſymbolam conferat.* Idem paullo ſupra ex Epiclero Diodori Sinopenſis:

Ἀπέρχετ' οἴκαδ' οὐ καταβαλὼν συμβολάς.

De differentia autem inter *συμβολὰς* & *σύμβολα* agit Caſaubonus, Animadverſ. in Athen. Lib. III. cap. 31. Adde Herald. Digreſſ. I. 21. p. 243. ad Tertullian. Apolog. 39.

UNCTUM, ATQUE LAUTUM E BALNEIS.] Tangit morem & luxum veterum, quibus unctiones & lotiones erant quotidianae, non ſine maximis ſumtibus. Unde Plautus Rud. II. 7. 22.

Eluas tu, an exungare, ciccum non interduim.

H. e. Lavando, an ungendo bona dilapides. Idem Trin. II. 4. 5.

Comeſum, expotum, exunctum, elotum in balneis.

Ita Turnebus reſtituit, quod vulgo legitur, *exutum.* Perſ. I. 3. 10.

lautum, *crede*, a balneis
Jam hic affuturum.

Cic. pro Dejot. 6. *Huc te e balneo, priuſquam accumberes, ducere volebat.* Et cap. 7. *Quid igitur*
cauſae

Digitized by Google

Dum tibi ſit, quod placeat: ille ringitur, tu rideas:
Prior bibas, prior decumbas: coena dubia apponitur?

Ge.

DONATI.

27. Dum tibi sit quod placeat.] Acuenda vox in eo, quod ait Tibi. Et hoc eminenter adjectum eſt, non ſui curam, ſed convivarum gerere illum qui vocat. Ille ringitur, tu rideas.] Poëtico lepore & iiſdem ſyllabis diverſa ſignificantia prope invicem poſuit, Ringitur & Rideas. Illa ringitur, to rideas.] Varie: nam pronuntiativo conjunctivum miſcuit. Non enim dixit, *Ringatur*. *Ringi* eſt ſtomachari tacitum. eſt enim tranſlatio a canibus latraturis.

28. Prior bibas, prior decumbas.] Hoc ad procacitatem paraſitorum retulit. Prior decumbas.] [20] Sic alibi, *Mature veniunt: diſcumbitur*, inquit. Coena dubia apponitur?] Et hoc adeo paraſiticum verbum eſt, ut id non intelligat Geta.

OBSERV. IN DONAT.

20. *Sic alibi.*] Credas ex hac lectione, citari verba Comoediae deperditae. Legendum autem: *Cic. alibi.* ſunt enim verba Ciceronis, Verr. I. 26.

COMMENTARIUS.

cauſae excogitari poteſt, cur te lautum volueris, coenatum nolueris occidere? Balneae enim coenas antecedebant. Plura vide apud Coel. Rhodiginum, Lect. Antiq. XXX. 17. 18. 19. Ariſtophanes, Pluto, 615.

καὶ λυσάμενος,
Λιπαρὸς, χωρῶν ἐκ βαλανείου.

Ubi Scholia: *Λιπαρός.*] Ἠ ἀντὶ τοῦ τρυφηλὸς νοητέον· ἢ διότι ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς, μετὰ τὸ λελοῦσθαι, ἐλαίῳ δι' ὅλου τοῦ σώματος ἀλείφεσθαι. ἵνα οἱ πόροι ὑπὸ θέρμης ἀνεῳχθέντες, κλεισθῶσιν ὑπὸ τοῦ ἐλαίου ἐπιπωματικοῦ ὄντος, καὶ μὴ δέξωνται ἀέρα ἔντοθεν.

26. Otiosum ab animo.] Verſus hic cum quinque ſeqq. mire eſt turbatus in edit. anni 1469. Aliter And. V. 2. 1.

Animo *nunc jam* otioſo *eſſe impero.*

Ad eundem modum dixit Plautus, Truc. IV. 3. 59.

Sive adeo caret temeto, tamen ab ingenio *eſt* improbus.

Cura, et sumtu absumitur.] Conficitur. *παράλληλον* eſt Heaut. III. 1. 53. *Quem aſſidue exedent.* Liv. *Quos peſtilentia* abſumſit. Magis proprie Horatius Epiſt. I. 15. 26.

Maenius, ut rebus *maternis atque paternis*
Fortiter abſumtis *urbanus coepit haberi.*

27. Dum tibi sit.] An, Dum tibi fit? quomodo Bemb. & Victor. Codd. cum membranis Werdenſibus, quas laudat Janus Gulielmius in Capt. Quaeſt. cap. 4. Adde Schefferum ad Petron. Fragm. Tragur. init. Horatius tamen de coena, Serm. II. 8. 3.

ſic, ut mihi *numquam*
In vita fuerit melius.

Guyetus hunc & quatuor ſequentes verſus inſititios vocat.

Ringitur.] L. Pomponius, Piſtore:

Fit deſubito hilarus, triſtis: ſaltat, ridens ringitur.

Cic. Att. IV. 5. *Si & ille libenter accipiet, & hi* ſubringentur, *qui villam me moleſte ferunt habere.* Et Nonius Marcellus *iraſcitur* exponit. Videtur proprie a canibus invidia ringentibus tranſlata locutio. Ita diſerte Plautus Moſtell. I. 1. 48.

Quaſi invidere *mihi hoc videre, Grumio.*
Quia mihi bene eſt, & tibi male eſt: digniſſimum eſt.
Decet me amare, & te bubulcitarier:
Me victitare pulcre, te miſeris modis.

Ex qua Scena integer hic locus exſcriptus eſt.

28. Prior bibas.] *Ὑστερολογία*, pro, Coena dubia apponitur. prior decumbas: prior bibas. non intellexerim autem de coena antecurſoria Apuleji, Metam. IX. quae *promulſis* dicitur Ciceroni, Fam. IX. 20. *guſtatio* Petronio. Vide P. Colvium ad Apulej. loc. cit. ſed de ordine bibendi. uti enim prior decumbens honoratur prae ceteris, ſic & prior bibens. Eugraphius ad illa, Prior bibas, prior discumbas, ſcribens, *Haec utique ſervorum eſt quaedam libertas, ut iſta prius ſibi praeſtent*, alias res agit; paraſitus enim Phor-

Ge. Quid iſtuc verbi eſt? *Ph.* Ubi tu dubites, quid ſumas potiſſimum.

Haec, cum rationem ineas, quam ſint ſuavia, & quam cara ſint:

Ea

DONATI.

29. Quid istuc verbi est?] Ut intelligat populus, idcirco non intelligit, & vult doceri Geta. Oſtendit autem Poëta, pro unaquaque re verba propria eſſe, neque communia cum iis, qui diverſi ſunt actus. Ubi tu dubites, quid sumas potissimum.] Non, *Potius*, ſed Potissimum dixit: ut in te omni aliis alia monſtraret potiora. [21] *Plautus*,

Standum eſt in lecto, ſi quid de ſummo petas.

30. Haec cum rationem ineas.] Intelligas, aeſtimes. Quam sint suavia, et quam cara sint.] Nonnihil philoſophatus eſt Poëta, oſtendendo multis ſuavia eſſe quae cara ſint. Cara.] Magni pretii.

OBSERV. IN DONAT.

21. *Plautus.*] Men. I. 1. 27.

COMMENTARIUS.

mio non ſervus, ſed liber, immo conviva inducitur.

Prior decumbas.] H. e. Accumbas, diſcumbas. quomodo Eugraphius legit. Plaut. Aſin. V. 1. 1.

Agedum, decumbamus *ſis, pater.*

Et ſaepe alibi.

Coena dubia.] Imitatus Horatius, Serm. II. 2. 76. *vides, ut pallidus omnis*

Coena *deſurgat* dubia?

Imitatus & Auſonius, Moſella, 102. de ſalmone piſce:

dubiae *facturus fercula* coenae.

Galli vocant *un ambigu.* Sic *dies dubius*, pro, multis gaudiis referto. Pacuvius apud Nonium: *O multimodis varie* dubium, *& proſperum copem* diem! In quibus verbis *proſperum* valet proſperotum, ut *copem*, copioſum. Martial. III. 77. 6.

Et pulpam dubio *de* petaſone *voras.*

Intellige petaſonem ſemiputidum. Plauto autem Caſ. III. 6. 18. *ebria coena* vel opipara eſt, vel madida, & probe percocta.

Apponitur?] Triclinaria ſunt, *παρατιθέναι* & *apponere.* Plaut. Mil. III. 1. 163.

appoſitum *eſt ampliter.*

Pſeud. III. 2. 26.

Apponunt *rumicem, braſſicam, betam, blitum.*

Trin. II. 4. 69.

Appoſita *ſit coena, popularem quam vocant.*

Horat. Serm. II. 8. 16.

Albanum, Mecaenas, ſive Falernum

Te magis appoſitis *delectat; habemus utrumque.*

Quod & *anteponere* dixit Plautus, Menaechm. II. 2. 1.

Bene obſonavi, atque ex mea ſententia:

Bonum anteponam *prandium pranſoribus.*

Belgice, *voorzetten.*

29. Quid istuc verbi est?] Pari feſtivitate Plautus, Aul. III. 6. 25.

Eu. *Quo quidem agno, ſat ſcio,*

Magis curionem nuſquam eſſe ullam belluam.

Me. *Volo ego ex te ſcire, quid ſit agnus curio.*

Eu. *Qui oſſa atque pellis totus eſt, ita cura macet.*

Quin exta inſpicere in ſole etiam vivo licet,

Ita is pellucet, quaſi laterna Punica.

Legendum enim *Curionem*, non *curioſam*, e Feſto Pompejo patet: Curionem agnum, *Plautus pro macro dixit, quaſi cura macruiſſet.* Ariſtophanes, Ranis, 1330.

Τὸ φλαττοφλαττόθρατ.

Αι. Τί τὸ φλαττόθρατ.

Quid sumas.] Proprie de cibo & potu. Horat. Carm. I. 27. 9.

Vultis ſeveri me quoque ſumere

Partem Falerni?

Phaed. IV. 2. 4.

Nondum matura eſt: nolo acerbam ſumere.

Evang. Joh. XIX. 30. de Servatore: ὅτε οὖν ἔλαβε τὸ ὄξος.

Potissimum.] Priſcianus Inſtit. Grammat. III. facit adjectivum & interpretatur, optimum.

30. Ratio-

Digitized by Google

Ea qui praebet, non tu hunc habeas plane praeſentem Deum?
Ge. Senex adeſt: vide, quid agas. prima coitio 'ſt acerrima.
Si eam ſuſtinueris, poſtilla jam, ut lubet, ludas licet.

DONATI.

31. Ea qui praebet, non tu hunc habeas plane praesentem Deum?] Hoc eſt quod ait, Immo enim nemo satis pro merito gratiam regi refert. Non tu hunc habeas plane praesentem Deum?] *Praeſentes* Dii ſunt, vel qui ſtatim praeſtant: vel qui coluntur, & videntur, ut Sol & Luna. Alii Praesentem pro potentiſſimo accipiunt. ut [22] *Virgilius*,

quo non praeſentius ullum.

32. Senex adest: vide, quid agas.] Intervenit ſenex ultimo. Et quidem, quod extra argumentum per inventionem dici potuit, conſumtum eſt. Vide, quid agas.] Non terrentis eſt, ſed excitantis. Prima coitio 'st acerrima.] Tranſlatio eſt a praelio. nam & congredi milites, & *coire* dicuntur.

33. Si eam sustinueris.] Multum de illo exigit, quando non dicit, *ſi eum repuleris:* ſed potius, Si eam sustinueris. Postilla jam, ut lubet, ludas licet.] In officio militari omne negotium vel pugna, vel ludus.

OBSERV. IN DONAT.

22. *Virgilius.*] Georg. II. 127.

COMMENTARIUS.

30. Rationem ineas.] Cic. Fam. IV. 6. *Quod cum ita ſit, magnae eſt tamen deliberationis, quae* ratio ſit ineunda *nobis, non agendi aliquid, ſed illius conceſſu & beneficio quieſcendi.* Vide ad Heaut. IV. 2. 7. Codd. quidam, Ratione ineas. Mſ. Graev. Cum ratione si ineas.

31. Praebet.] Mſſ. Lipſ. & Witt. Praebeat. Ita quidam legunt Eun. V. 9. 57.

Non tu hunc habeas plane praesentem Deum?] Menander:

Τὸ γὰρ τρέφον με, τοῦτ' ἐγὼ κρίνω Θεόν.

Citat Stobaeus, Tit. LVI. Ἐκ τῶν Ἀδελφῶν. Virgil. Ecl. I. 42.

Nec tam praeſentes *alibi cognoſcere* Divos.

Georg. I. 10.

Et vos, agreſtum praeſentia numina, *Fauni.*

Ovid. Metam. III. 658.

Per tibi nunc ipſum, nec enim praeſentior *illo*
Eſt Deus: *adjuro.*

Plin. Hiſt. Nat. II. 7. Deus *eſt mortali juvare mortalem.* Cl. Mamertinus, Paneg. Maximiano Herculeo dicta, cap. 2. *Qui te* praeſentem *intuemur* Deum. Eſt autem ἀνακόλουθον in verbis, pro, *Neque habere hunc plane praeſentem Deum?* pendent enim a verſu 25.

32. Prima coitio 'st acerrima.] Florus IV. 2. de Gallis Inſubribus: *Sicut primus impetus eis major, quam virorum eſt, ita ſequens minor, quam feminarum.* Videtur autem Geta ludere in ambiguo. Fabrini ſimpliciter, quaſi de praelio: *Il primo aſſalto è difficiliſſimo.* Dacieria itidem: *Le premier choc eſt ce qu'il y a de plus rude.*

33. Postilla.] Sic And. V. 4. 33. Eun. I. 2. 47. Heaut. III. 1. 38. Plautus paſſim. Sunt autem Codices Mſſ. & veteres impreſſi, in quibus eſt, Post illam; ſunt, in quibus eſt, post illum. Mſ. Graev. Post illam jam, ut jubet, ludas.

Ludas.] Simpliciſſimus ſenſus eſt, Ludus erunt reliqua, jocuſque, non praelium, non juſta pugna. Quia vero Donatus etiam *Ludum* ad militare negotium retulit, poſſit videri intelligendum ſimulacrum illud pugnae, quo tirones exercentur. unde illud Horatii, Arte 379.

Ludere *qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis.*

Sed & inde *Ludus gladiatorius* dictus. Ut adeo Geta ambiguitate τοῦ Ludas queat videri elegantiam quaeſiviſſe, q. d. Confligas quidem, ſed ita, ut ludere potius, quam confligere videare.

ACTUS SECUNDI

SCENA TERTIA.

Demipho. Geta. Phormio.

De. EN umquam cuiquam contumelioſius
Audiſtis factam injuriam, quam haec eſt mihi?
Adeſte, quaeſo. *Ge.* Iratus eſt. *Ph.* Quin tu hoc age. ſt!
Jam ego hunc agitabo. Prô Deum immortalium!

Negat

DONATI.

EN UMQUAM CUIQUAM CONTUMELIOSIUS AUDISTIS FACTAM INJURIAM.] *In hac Scena, ut Rhetoribus placet, veluti quaedam controverſia eſt, quae uno tempore ex utraque parte tractatur. Ut ſi quis dicat, legem eſſe, ne de eadem re bis agatur: & item, ut orbam proximus ducat. quidam abſente patre ſub hoc nomine uxorem coactus eſt ducere: vult illam pater adveniens ejicere matrimonio: contradicitur. Meminiſſe autem debemus, in omni contentione ea maxime dici, quae ſimplici patrifamilias & calumnioſo ſycophantae, improbiſſimoque paraſito congruere, Poetae viſa ſunt.*

1. EN UMQUAM CUIQUAM CONTUMELIOSIUS AUDISTIS FACTAM INJURIAM.] Jam inſtructi ſunt advocati: & recte. longum enim fuerat omnia haec poſt ſcenam geri. EN UMQUAM.] EN vim habet indignationis poſt enarratam injuriam.

2. QUAM HAEC EST MIHI?] *Facta injuria*, ſubauditur.

3. ADESTE, QUAESO.] Interim advocati Demiphonem ſequi inducuntur. Et ridicule tacent prius, poſtea locuturi. Et ADESTE proprie. *Adeſſe* enim cauſae, proprie dicuntur patroni & amici. ADESTE, QUAESO.] [1] Proprie advocatis ADESTE dixit. Et quia ipſe properantius pergit, rogat ut aſſequerentur. IRATUS EST.] Hoc ad excitandum Phormionem dicitur. QUIN TU HOC AGE. ST.] Annuit ut taceat. ST ſignificat ſilentium.

4. JAM EGO HUNC AGITABO.] Modo JAM celeritatis eſt ſignum. HUNC cum contemtu dixit. AGITABO, perturbabo. PRÔ DEÛM IMMORTALIUM!] Ἔλλειψις, deeſt *Fidem*, aut quid tale.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Proprie advocatis* ADESTE *dixit.*] Sic Eun. IV. 6. 26.

COMMENTARIUS.

1. EN UMQUAM.] Vide ſupra II. 2. 15.

3. ADESTE.] Ita proprie tres advocatos adloquitur, quorum nomina praefixit Dacieria.

QUIN TU HOC AGE.] Ita pleraeque editiones veteres; Juntina tamen, Aldina, aliae, QUIN TU HOC AGES. Atque ita Mſſ. Leidenſes quatuor, quorum uni ſuprascriptum, *fugies*; Graev. Witt. & Boend. Ex qua lectione conjiciebat Faërnus, ſcriptum a Terentio fuiſſe: QUIN TU HOC AGE. ST. Firmat porro ſuam ſententiam

ex

Digitized by Google

Negat Phanium eſſe hanc ſibi cognatam Demipho?
Hanc Demipho negat eſſe cognatam? *Ge.* Negat.
Ph. Neque ejus patrem ſe ſcire, qui fuerit? *Ge.* Negat.
De. Ipſum eſſe opinor, de quo agebam. ſequimini.

Ph.

DONATI.

tale. 2 *Cicero* in Oeconomico, *Quid igitur, prô Deûm immortalium! primum eam docebas quaeſo?* Prô Deum immortalium!] Artificioſe prior exclamat, ut Demipho qui injuriam paſſus eſt, ultro impetum accuſationis incurrat.

5. Nagat Phanium esse hanc sibi cognatam?] Additum pronomen eſt: quaſi notam omnibus diceret. Phanium essa hanc siai cognatam?] Magno ingenio *Terentius* impudentiam calumniatoris expreſſit. nam & prior incipit, & prior accuſat. Et quia non poteſt dicere, *expellis Phanium Demipho?* Negat cognatam, inquit. Cognatam Damipho?] Haec eſt flagitatio, quae etiam nomen tumultuoſe perſequitur atque exagitat. Ideo callidus ſycophanta patrisfamilias proprium nomen non ſolum invidioſe infert, ſed etiam repetit.

6. Negat.] Una opera Geta in duplici verſatur dolo. nam & audiente jàm ſene, ſe ejus defenſorem tamquam abſentis, aſſimulat: & irritat ad vociferationem Phormionem, qui clamandi ulterius cauſam non haberet, ſi taceret Geta.

7. Neque ejus patrem sa seire, qui fuerit?] Ambiguitas: quae tamen ſenſu diſcernitur.

8. Sequimini.] Apparet, Demiphonem, ut patremſamilias, perturbari non mediocriter: quippe qui & advocatos conquiſiverit adverſus hominem ſine advocatis agentem, & progredi non audeat, niſi illi ſequantur. Sequimini.] Saquimini dicit, qui properantius & concitatiore gradu pergit iratus.

OBSERV. IN DONAT.

2. *Cicero in Oeconomico.*] Ad Lib. I. refertur in Fragm.

COMMENTARIUS.

ex Donato, putatque, ſcripſiſſe Donatum: *annuit ut taceat.* St. *ſignificat ſilentium.* Sed praeterquam quod nemo Commentatorum ita ſe reperiſſe in ullo Mſ. teſtatur, vix junctim reperias, Quin tu hoc age. st. Quod vero exiſtimat idem Faërnus, abſurde dici, *eum qui annuit alteri, ut taceat, ſignificare ſilentium, quum ſignificandi facultas non perſonis, ſed vocabulis attributa ſit*, in eo ipſe fallitur. *Significare* enim vel maxime eſt nutu vel geſtibus indicare. Plaut. Truc. IV. 2. 13.

Ca. *Omnium primum diverſae ſtate, hem ſic: iſtuc volo:*
Neve inter vos ſignificetis.

De phraſi vero, Hoc age, vide ad And. I. 2. 15. & Eun. I. 2. 50. Sic infra 88.

4. Jam ego.] Editio anni 1469. Jam enim.

Agitabo.] Exercebo, perterrefaciam, commotum reddam. Cic. pro Roſcio Amer. 24. *Sua quemque fraus, & ſuus terror maxime vexat, ſuum quemque ſcelus* agitat. Virg. Aen. XI. 770.

Spumantemque agitabat *equum.*

Eodem ſenſu dixit And. V. 2. 23. & Adelph. IV. 2. 48.

Pro Deum immortalium!] Mſſ. Bodl. Graev. Witt. & edit. 1469. Pro Deum immortalium fidem. Mſ. Boend. Pro Deum immortalium atque hominum fidam. Editio Anonyma, Pro Deum immortalium atque hominum. In aliis Codicibus aliter. Rivius τὸ Fidem auctoritate Donati recidit. nec requirit metrum.

6. Hane Demipho negat esse cognatam?] Haec abſunt a Mſ. Witt. & edit. Anon. ſequitur vero poſt verſum 5. continuo octavus, tum ſeptimus. Guyetus hunc verſum agnoſcens, ſuperiorem delet.

7. Neque.] Vide Heaut. I. 1. 12.

8. Agebam.] Edd. anni 1469. & Anon. Ajebam.

Ph. Nec Stilphonem ipſum ſcire, qui fuerit? *Ge.* Negat.
Ph. Quia egens relicta eſt miſera, ignoratur parens:
Negligitur ipſa. vide; avaritia quid facit!
Ge. Si herum inſimulabis avaritiae, male audies.

De.

DONATI.

9. NEC STILPHONEM IPSUM SCIRE, QUI FUERIT?] Haec aſſeveratio mentientis eſt, imitata veritatem. NEC STILPHONEM IPSUM SCIRE.] Quam multa calumniatores clamandi cauſa dicunt, & vociſerandi: ut ipſo ſtrepitu terreant. NEC STILPHONEM IPSUM.] Tantundem quod ſupra, NEQUE EJUS PATREM. Scire debemus, hoc nomen non fictum a paraſito, ſed auditum a puella, quae uxor ducta ſit, dici. NEGAT.] Σύλληψις prima. nam extrinſecus audiendum eſt, *Pater.*

10. QUIA EGENS RELICTA EST MISERA.] Communis locus in avaritiae generalitate approbatior, facilius enim hoc de omnibus, quam de Demiphone credatur: & ideo IGNORATUR dixit, & NEGLIGITUR: non, *Ignorat*, nec, *Negligit Demipho.* IGNORATUR.] Non agnoſcitur, ignorarique fingitur. hoc enim ſignificat modo. PARENS.] Pater. nam ut variaret, *Parentem* dixit, quem ſupra dixerat PATREM. Patrem ergo dicit puellae a Demiphone ignorari.

11. NEGLIGITUR IPSA.] Quia fieri poteſt, ut qui ignoret parentes puellae, id eſt, ignorare ſe dicat, tamen ipſam non negligat puellam. utrumque conqueſtus eſt. VIDE; AVARITIA QUID FACIT!] Haec converſus ad circulum & coronam circumſtantium dicit, & conqueritur. Nulla enim re magis populus concitatur, quam ſi quis egenum contemnat. inde & 3 *Salluſtius*, *Bonis invident, & malos extollunt.* VIDE; AVARITIA.] Proprie VIDE ſtomachantibus convenit, qui indignatione coguntur quaſi cum aliquo colloqui. Sic in Adelphis, *Illud ſis vide, exemplum diſciplinae!* 4 Sunt qui putent illum alicui de corona circumſtantium dicere moraliter.

OBSERV. IN DONAT.

3. *Salluſtius.*] Catil. 37.
4. *Sunt qui putent.*] Putat id Donatus. ſcripſit igitur haec alius quiſpiam.

COMMENTARIUS.

10. QUTA EGSNS RELICTA SST MISERA, IGNORATUR PARENS.] Menander:

ἔργον εὑρεῖν συγγενῆ
Πένητός ἐστιν. οὐδεὶς γὰρ ὁμολογεῖ,
Αὑτῷ προσήκειν τὸν βοηθείας τινὸς
Δεόμενον, αἰτεῖσθαι γὰρ ἅμα τι προσδοκᾷ.

Idem:

Πενία δ' ἄτιμον καὶ τὸν εὐγενῆ ποιεῖ.

Plaut. Stich. IV. 1. 16.

Ut cuique homini res parata eſt, firmi amici ſunt: ſi res laſſa labat,
Itidem amici collabaſcunt. Res amicos invenit.

Ennius, Alexandro:

Multei alii adventant, paupertas quorum obſcurat nomina.

Ubi ex Euripide laudat Columna:

Ἐν τῷ πένεσθαι δ' ἐστὶν ἡ τ' ἀδοξία.

Adde Muretum Lect. Var. II. 6. Sed & *ignorare* eſt notitiam diſſimulare, atque adeo aſpernari. quo ſenſu h. l. explicat Janus Gulielmius in Amphitr. Quaeſt. cap. 6. Vide Donat. ad Eun. V. 9. 59.

RELICTA.] Proprie de orbis altero, vel utroque parente. Heaut. III. 3. 41.

11. NEGLIGITUR.] H. e. Non reſpicitur, contemnitur. Haec pauperiorum fortuna. Sic mox verſu 19. Adde And. I. 1. 44. & Adelph. IV. 3. 16.

VIDE.] H. l. ſtomacbantis vox. Ita Adelph. V. 1. 4.

12. SI HERUM INSIMULABIS.] Plaut. Stich. I. 2. 19.

Quaſi numquam quidquam in *eas* ſimulem.

Per

De. O audaciam! etiam me ultro accuſatum advenit?
Ph. Nam jam adoleſcenti nihil eſt, quod ſuccenſeam,
Si illum minus norat: quippe homo jam grandior,
Pauper, cui opera vita erat, ruri fere

Se

DONATI.

12. SI HERUM INSIMULABIS AVARITIAE.] *Inſimulare*, eſt crimen ingerere. SI HERUM INSIMULABIS.] *Inſimulatio* eſt & falſi & veri criminis incuſatio. ſic [5] *Cicero*, *Nihil eorum quae Galli inſimulabant, negarunt.* *Inſimulo* genitivo jungitur. MALE AUDIES.] Scilicet a me.

13. O AUDACIAM!] Haec exclamatio oſtendit [6] quod abſente patre defenderit filius. O AUDACIAM! ETIAM ME ULTRO ACCUSATUM ADVENIT?] Hic jam oſtenditur, perſuaſum eſſe Demiphoni, vim adhibitam filio ſuo, uxorem ducere: uno, quum hunc *audacem* appellat: altero, quod dicit ETIAM. quae conjunctio & Antiphonem complectitur, & ſic accuſatum.

14. NAM JAM ADOLESCENTI NIHIL EST, QUOD SUCCENSEAM.] Sic ſubtiliter ac latenter purgatur a Phormione apud patrem Antipho. nam quum dicit, NIHIL EST QUOD SUCCENSEAM ADOLESCENTI: oſtenditur, adhuc ſuccenſuiſſe, & inimico fuiſſe animo. Quum autem addit, SI ILLUM MINUS NORAT, oſtenditur contradixiſſe ſibi, & reſtitiſſe judicio. Et ſic dicit, quod ſi adoleſcens non agnoſcens puellam, veniam non meruerit: pater negata cognata ferri non poſſit. NIHIL EST, QUOD SUCCENSEAM.] *Succenſere* dicimus eum, qui quum amare debeat, lacius iraſcitur. Et vide, ut veteratorie oſtendat contradixiſſe adoleſcentem.

15. SI ILLUM MINUS NORAT.] Non dixit *Non norat*: ſed, MINUS NORAT: quaſi & ipſe noſſe debuerit. QUIPPE HOMO.] Repente tranſit ad nominativum, quum ſupra dixerit ILLUM: & deeſt *erat*: quod aſſumitur ab inferiore. JAM GRANDIOR.] Hic comparativus non habet ſignificationem, qua magis ſive minus a poſitivo ſignificet. Ut,

[7] *Jam ſenior; ſed cruda Deo, viridiſque ſenectus.*

QUIPPE HOMO JAM GRANDIOR.] Argumentalis narratio dicitur, quae nunc ſubjecta eſt ad fidem faciendam, & conſtituendam perſonam defenſoris. Et GRANDIOR, non *grandis*: quaſi dicat, *qui grandior fuit, quam ut illum adoleſcens optime noſſe poſſet.* JAM GRANDIOR.] Proprie *grandis* ad ſpeciem refertur aetatis. ut *grandis puer*, & *grandis virgo*: *grandis natu*, ſenex dicitur.

16. CUI OPERA VITA ERAT.] Hic oſtendit quam pauper fuerit. Et OPERA [8] ſexti caſus eſt, & VITA nominativi. CUI OPERA VITA ERAT.]

OBSERV. IN DONAT.

5. *Cicero.*] Catil. III. 5. legendum autem, *negavit.* In ipſo autem Cicerone eſt, *Nihil ex iis.*

6. *Quod abſente patre defenderit filius.*] Mſ. Boend. *Quod abſente patre offenderit filius.*

7. *Jam ſenior.*] Virg. Aen. VI. 304.

8. *Sexti caſus.*] Immo *recti caſus*. Vide Comment. In quibuſdam Codd. eſt, *ſeptimi caſus*.

COMMENTARIUS.

Per tmeſin, pro, *eas inſimulem*. Idem alibi ſaepius.

AVARITIAE.] Variant Mſſ. & impreſſi, vel AVARITIAE legentes, vel MALITIAE. Rivius & Georg. Fabricius AVARITIAE defendunt, quaſi acutius dictum.

MALE AUDIES.] Contrarium eſt ſupra, Prol. 21.

13. ETIAM ME.] Codices quidam non male, ETIAMNE.

ADVENIT?] Mſſ. & editi quidam, VENIT.

15. JAM GRANDIOR.] Mſſ. Traject. Mark. & edit. Anon. JAM NATU GRANDIOR. utrumque Terentianum eſt.

16. CUI OPERA VITA ERAT.] Ita citat Priſcianus, Inſtit. Grammat. Lib. XV. Senſus eſt, Cui opus erat victus; ſeu, qui opus ruſticum faciendo vitam tolerabat, victumque quaeritabat. Unde Fabrini vertit: *Che viveva da le ſue braccia.* Id Belgae vocant, *Met zyne handen de*

koſt

Se continebat: ibi agrum de noſtro patre
Colendum habebat. ſaepe interea mihi ſenex
Narrabat, ſe hunc negligere cognatum ſuum:

At

DONATI I.

ERAT.] [9] OPERA pro victu poſuit. Et OPERA hic ablativus caſus eſt. RURI FERE.] Id eſt, Ruri opera faciendo qnaerebat cibum. Et bene addidit FERE. non enim ſemper, ſed plerumque.[*] RURI FERE SE CONTINEBAT.] Expreſſe oſtendit miſeriam hominis, qui in urbe natus interdixerat ſibi acceſſu ejus, ob pudorem inopiae. nam hoc ſignificat CONTINEBAT: unde *contenti* dicuntur, in malis durantes. Hoc autem veteres faciebant nobiles, quum ad paupertatem redacti eſſent. RURI FERE SE CONTINEBAT.] *Continere ſe* dicitur, qui contra voluntatem ſe continet.

18. COLENDUM HABEBAT.] [10] *Virgilius*,

conductaque pater tellure ſerebat.

SAEPE INTEREA MIHI SENEX NARRABAT.] Miſerabiliter & invidioſe poſitum SENEX: & majore fide NARRABAT dixit, non *Querebatur*. Et vide congeſtionem argumentorum. Et ordo eſt, SAEPE NARRABAT SENEX HUNC SUUM COGNATUM SE NEGLIGERE. SAEPE INTEREA MIHI SENEX NARRABAT.] [11] Habet miſericordiam odioſa narratio.

19. SE NUNC NEGLIGERE COGNATUM SUUM.] Ἀμφιβολία. ſed in ſenſu diſſolvitur. COGNATUM SUUM.] Hoc crimen & cauſa eſt, quod COGNATUM addidit.

OBSERV. IN DONAT.

9. OPERA *pro* victu *poſuit.*] Immo VITA pro *victu poſuit.* Stephanus & Frobenius ediderunt: OPERA *pro actu.* male.

10. *Virgilius.*] Aen. XII. 520.

11. *Habet miſericordiam odioſa narratio.*] Haec abſunt a Mſ. Boend. In Mſ. Hulſt. *otioſa.* male.

COMMENTARIUS.

koſt winnen. Expreſſum igitur e Graeco: ᾧ τὸ ἔργον ἦν ὁ βίος. Plaut. Stich. III. 2. 9.

illa vitam *repperit hodie ſibi.*

Trin. II. 4. 76.

Neque illi concedam quidquam de vita *mea.*

Enn. Annal. II.

nauteiſque mari quaeſentibu' vitam.

Ubi Columna laudat Antipatri illud:

οὐδ' ἐκ πόντοιο ματεύων
Ζωήν.

Evang. Luc. XV. 30. Ὁ *καταφαγών σου τὸν βίον μετὰ πορνῶν.* Eodem ſenſu Salluſtius Jug. 73. *Quorum res, fideſque in manibus ſitae erant.* Athen. Lib. I. cap. 7.

Οὐδὲν ὁ μάγειρος τοῦ ποιητοῦ διαφέρει,
Ὁ νοῦς γάρ ἐστιν ἑκατέρῳ τούτων τέχνη.

Eſt igitur τὸ OPERA caſus rectus, contra ac ſenſit Donatus.

18. SAEPE INTEREA MIHI SENEX NARRABAT, SE NUNC NEGLIGERE COGNATUM SUUM.] Ordo eſt: INTEREA SENEX (Stilpho) SAEPE NARRABAT MIHI, HUNC (Demiphonem) COGNATUM SUUM NEGLIGERE SE.

20. AT QUEM VIRUM!] Formula amplificandi. Sic Eun. III. 5. 42. Cic. Fam. IX. 20. *Habuiſſes enim non hoſpitem, ſed contubernalem.* At quem virum! *Non eum, quem tu es ſolitus promulſide conficere. Integram famem ad ovum affere.* Et poſt pauca: *Qua munditia homines! qua elegantia!*

QUEM EGO VIDERIM IN VITA OPTIMUM.] Donatum imitatus Fabrini, vertens: *nella ſua vita.* Potius ad vitam Phormionis retulerim. q. d. *Optimum eorum, quos ego in vita mea viderim.* Atque ita Dacieria: *Je n'ai jamais vu un ſi homme de bien.* Contra Plautus Bacch. II. 3. 21.

Vulcanus, Sol, Luna, Dies, Dei quatuor,
Sceleſtiorem nullum illuxere alterum.

21. VIDEAS TE, ATQUE ILLUM, UT NARRAS.] Mire variant Interpretes de ſenſu hujus dicti. *Nugarum plena* vocat Boeclerus, nec ipſe interim meliora adfert. Fabrini conſtruit: VIDEAS, UT NARRAS, TE ATQUE ILLUM. vertitque: *Conſidera, come tu ledi te, e lui.* Mihi id velle videtur Geta, *Crediderim, tui ſimilem fuiſſe ſenem illum tuum, quem tantopere laudas, optimumque vocas,*

Digitized by Google

At quem virum! quem ego viderim in vita optimum.
Ge. Videas te, atque illum, ut narras. *Ph.* In malam crucem!
Nam ni ita eum exiſtumaſſem, numquam tam graves
Ob hanc inimicitias caperem in noſtram familiam,

Quam

DONATI.

20. AT QUEM VIRUM!] Qualitas injuriae a dignitate perſonae. multi enim tales fiunt, ut cognitione abdicandi ſint. QUEM EGO VIDERIM IN VITA OPTIMUM.] Modo in vita ac moribus. Et IN VITA, hoc eſt, quum viveret, [12] & in eo quod a vivo fit. QUEM EGO VIDERIM IN VITA OPTIMUM.] Modo IN VITA, in actu, in moribus.

21. VIDEAS TE, ATQUE ILLUM.] Melius hoc clare dictum a ſervo accipimus, ut defendiſſe dominum videretur. VIDEAS TE, ATQUE ILLUM, UT NARRAS.] Hoc eſt, [13] parentem te illi exiſtimo, atque illum tibi. An potius ſervus, ſciens hanc perſonam fingi, vel certe etiam mortuum hominem induci, male precatur paraſito: ut etiam ipſe, aut nuſquam ſit, ut fictus: aut pereat, ut mortuus? An ſic accipiendum? ut ſervus ſubmiſſa voce hoc per jocum dixerit, Tantum in vita te videas optimum, quam fuit ille quem narras. An ſic intelligendum, ut ſervus hoc dicat, Si optimum eſt, victum opera quaerere, & alieno agro eſſe, ita te videas atque illum vidiſti, quem ad hunc modum narras vivere. Et alluſit ad illud quod ait, QUEM EGO VIDERIM IN VITA OPTIMUM. VIDEAS TE, ATQUE ILLUM.] Deeſt, *Vidiſti.* ſcit enim illum non vera dicere. IN MALAM CRUCEM.] Adverbialiter, ut, *Huc viciniae.*

22. NAM NI ITA EUM EXISTUMASSEM.] Ut vita optimum judicarem: NUMQUAM TAM GRAVES.] Hoc non quaſi timidus, ſed quaſi religioſus & fidelis loquitur Phormio.

23. OB HANC.] Tamquam praeſens ſit mulier, de qua lis eſt: ſic demonſtrativa particula uſus eſt, dicendo HANC. OB HANC.] Id eſt, pro filia ipſius. INIMICITIAS CAPEREM.] *Capere* dicimus, quum id quod in nobis eſt, aſſumimus. unde *capere* pro eligendo ponitur.

OBSERV. IN DONAT.

12. *Et in eo quod a vivo fit.*] Haec abſunt a Mſ. Hulſt. Integrum locum autem ita legerim: QUEM EGO VIDERIM IN VITA OPTIMUM.] IN VITA, *Hoc eſt, quum viveret, & quoad vixit, modo* IN VITA, *in actu, in moribus.* Guyetus in ἀνεκδότοις, *melius ſcripſiſſet*, ait, *quum eſſet inter vivos.* quod acumen non capio.

13. *Parentem.*] Forte, *Parem.*

COMMENTARIUS.

cas. Senſus igitur fuerit: VIDEAS TE, ATQUE ILLUM, ſub. *Vides.* Simile fere illi, ſupra II. 1. 37.

Quum ille eſt, hic praeſto eſt.

Mericus Caſaubonus componit illud Eun. III. 2. 6.

hem alterum!

Ex homine hunc natum dicas.

Pareus illa Plautina, Perſ. II. 2. 32.

ſed quid tu? confitere, ut te autumo?

Dacieria vertit: *Que lui & toi ayez été tout ce que tu voudras, que nous importe?* Si autem per Codd. liceret, legerim, UT NARRAT! ut ad ſpectatores converſus Geta cum irriſione hoc dixerit. q. d. *ut lepide nugatur!* Sic Eun. II. 2. 43.

ut falſus animi eſt!

IN MALAM CRUCEM!] Mſſ. Lipſ. Bodl. Witt. Graev. Leidd. duo, cum edd. quibuſdam poſt 1469. ABI HINC IN MALAM CRUCEM. Neque aliter Mſ. Boend. niſi quod τὸ HINC ſupraſcriptum. Editio Anonyma: ABI IN MALAM CRUCEM. Rivius mallet, ABI HINC MALAM CRUCEM. Sed Georg. Fabricius τὸ ABI recidit, ob metrum. Si tamen quarto loco ſtatuatur creticus, ABI illud non offendit. Gr. ἐς κόρακας.

22. TAM GRAVES OB HANC INIMICITIAS CAPEREM IN NOSTRAM FAMILIAM.] Graſſatur hic

 Guyetus

Quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter.
Ge. Pergin' hero abſenti male loqui, impuriſſime?
Ph. Dignum autem hoc illo eſt. *Ge.* Ain' tandem? Carcer!
De. Geta.
Ge. Bonorum extortor, legum contortor. *De.* Geta.

Ph.

DONATI.

24. QUAM IS ASPERNATUR.] Ordo eſt: *ob hanc quam hic aſpernatur.* Ἀπόδοσις QUAM enim ſupra revocavit, ad puellam referens. ut,

[14] *Quem regno Heſperiae fraudo.*

Et [15] *Salluſtius: Nam Syllae dominationem audebat.* Et interpoſitis quibuſdam, *Neque eſt offenſus dominationem Syllae.* QUAM IS ASPERNATUR NUNC TAM ILLIBERALITER.] *Aſpernari* eſt averti, non ſolum corpore, ſed etiam animo. *Aſpernari*, recuſare, avertere, non agnoſcere. Eſt autem dictum a ſperno. ILLIBERALITER.] Apud veteres ILLIBERALITER dicebant *factum*, ſi quis exceſſiſſet omne genus maleficii. Sic in Adelphis,

factum a vobis duriter,
Immiſericorditerque: atque etiam, ſi eſt, pater,
Dicendum magis aperte, illiberaliter.

Vides more αὐξητικῶς ILLIBERALITER pro *magno* hic ultimum poni.

25. PERGIN' HERO ABSENTI MALE LOQUI.] Ἀπόστροφος per παρένθεσιν. MALE LOQUI, pro, *male dicere.* Et quaerit *Probus*, quis ante *Terentium* dixerit. HERO ABSENTI.] Argute HERO ABSENTI: ut videatur fidelior, qui defendat abſentem: quod praeſtans argumentum eſt, id in animo habuiſſe Getam, etiam peregrinante domino. IMPURISSIME?] Improbiſſime.

26. DIGNUM AUTEM HOC ILLO EST.] Non negat *male loqui*: ſed hoc eſſe dignum contendit malo homine. AIN'.] Ἀπόστροφος nota eſt, quae ſeparat *E* ab *N*, & intermittit *S* literae ſonum: eſt enim integrum, *aisne?* AIN' TANDEM? CARCER!] Non *carcerarium*, ſed *carcerem* aſperius appellavit. ſic [16] *Lucilius*,

Carcer vix carcere dignus.

Et *Vix* pro *Non*.

27. BONORUM EXTORTOR.] Ingenioſe de ipſo negotio ſunt inventa convicia. BONORUM EXTORTOR, LEGUM CONTORTOR.] Fingit illi crimina de cauſa, & de negotio.

OBSERV. IN DONAT.

14. *Quem regno.*] Virgil. Aen. IV. 355.
15. *Salluſtius.*] In Fragmentis.
16. *Lucilius.*] Integrum Lucilii verſum ex Merula reſtituit Nob. Douza:

Hic ſcurra: hic carcer: carcer vix carcere dignus.

Vide ad And. I. 2. 12.

COMMENTARIUS.

Guyetus legens, OB HUNC, & mox, QUEM IS ASPERNATUR, intelligens Stilphonem; ſed praeter Codd. fidem. Praeterea non Stilphonem aſpernabatur Demipho, ſed Phanium, nolens eam cum filio nuptam unum diem. Porro delet Guyetus verſum 22. quo ipſo omnis vis indignantis Phormionis perit. Sed & verſu 50. legit, COGNATUS IS ESSET, pro, COGNATA EA ESSET. Codices quidam praeferunt, IN VOSTRAM FAMILIAM.

24. QUAM IS ASPERNATUR.] Intellige *puellam*, cujus cognatum ſe non fingit Phormio, ſed paternum amicum. Vide ſupra I. 2. 78. Mſ. Witt. Is DEMIPHO ASPERNATUR.

25. HERO ABSENTI MALE LOQUI.] Quod Probus quaerebat, nec Donatus expediebat, ita ante Terentium dixit Plautus, Capt. III. 4. 31. *at etiam, furcifer,*
Male mihi loqui *audes?*
Adde Menaechm. I. 2. 16. Poen. III. 3. 13. & 16. Truc. II. 2. 10. Mſ. Boend. Edd. 1469. & Anon. ABSENTE.

26. AIN' TANDEM.] Vide ad And. V. 3. 4.

CARCER!] Mſſ. Bodl. Graev. Witt. edit. 1469. CARCERE.

27. BONORUM EXTORTOR, LEGUM CONTORTOR.]

Digitized by Google

Ph. Reſponde. *Ge.* Quis homo eſt? ehem! *De.* Tace. *Ge.* Abſenti tibi
Te indignas, ſeque dignas contumelias
Numquam ceſſavit dicere hodie. *De.* Ohe! deſine.
Adoleſcens, primum abs te hoc bona venia peto,

Si

DONATI.

28. Reſponda.] Timnit Poëta; ne hujuſmodi vociferatio Getae, quaſi veram diſcordiam apud populum fingeret: & ideo facit jam, a Phormione ipſum admoneri. Quis homo est?] Mire ſervus finxit, ſe non vidiſſe ſenem: ut ea quae dixerit, in Phormionem ſincere dixiſſe credatur. Et mira diſſimulatione addidit Homo: ut videatur nihil de praeſentia domini cogitaſſe. Absenti tibi.] Tunc fidelis opera eſt, ſi abſens aliquis defendatur. hoc ergo confirmat, velut indicando. Sic in Andria,

O Chreme, per tempus hic advenis.
Auſculta.

29. Seque dignas contumelias.] Id eſt, quas ipſe debet audire.

30. Ohe! desine.] Hac voce oſtendit, plus juſto pro ſe locutum videri Getam. nam Ohe interjectio eſt, [17] ſatietatem uſque ad faſtidium deſignans. Desine.] Imponit ſilentium Getae: quaſi validiora dicturus ſit. Et ſupra Tace dixit ſenex.

31. Adolescans, primum abs te.] [18] Et haec auctoritas in ſenibus, ut qui minoris aetatis fuerint, illos appellatione pueri, vel adoleſcentis, vel juvenis etiam oſtendant: ut hoc de nomine illis quidem detrahant, ſibi vero auctoritatem attribuant. Sic [19] *Virgilius:*

O praeſtans animi juvenis, quantum ipſe feroci
Virtute exſuperas.

Bona venia.] Sine ira, ſine diſcordia.

OBSERV. IN DONAT.

17. *Satietatem.*] Exſcripſit Haec Calphurnius ad Heaut. V. 1. 6.

18. *Et haec auctoritas.*] Codd. quidam rectius: *Eſt haec auctoritas.*

19. *Virgilius.*] Aen. XII. 19.

COMMENTARIUS.

tor] Cic. in L. Piſon. 27. *Age, Senatus odit te, quod eum tu facere jure concedis, afflictorem, & perditorem, non modo dignitatis & auctoritatis, ſed omnino ordinis, ac nominis ſui.* quae lectio praeſtat prae aliorum, *proditorem*, &, *praedatorem*. Priſcianus Inſtit. Grammat. Lib. IX. Bonorum contortor, legum distortor.

28. Responde.] Hero nimirum Demiphoni. Dicit autem hoc clanculum, ne Demipho exaudiat.

29. Te indignas, seque dignas contumelias.] H. e. Te indecentes, ſe vero decentes. Plaut. Curc. IV. 2. 27.

Indignis ſi maledicitur, maledictum id eſſe dico:
Verum ſi dignis dicitur, benedictum 'ſt, meo quidem animo.

Val. Max. IX. 2. 1. ext. de Reguli cruciatibus: *Tormenti genus haud* dignum *paſſo, auctoribus* digniſſimum. Vide Eun. V. 2. 27.

Contumelias numquam cessavit dicere.] Plaut. Pſeud. IV. 7. 77.

Contumeliam *ſi* dices, *audies.*

30. Hodie. De. Ohe!] Haec abſunt a Mſſ. Bodl. Graev. & edit. Anon.

31. Adolescens.] Ita compellans Phormionem Demipho, addenſque, Bona venia, mitis jam factus benevolentiam captat, ſimulque cavet, ne ira impulſus prave inſiſtat, minuſve impetret.

Peto.] Mſ. Lipſ. Expeto. Mſſ. Bodl. Graev. Witt. Exspecto.

Si tibi placere potis eſt, mihi ut reſpondeas:
Quem amicum tuum ais fuiſſe iſtum? explana mihi:
Et qui cognatum me ſibi eſſe diceret.
Ph. Proinde expiſcare, quaſi non noſſes. *De.* Noſſem? *Ph.* Ita.
De. Ego me nego: tu, qui ais, redige in memoriam.
Ph. Eho! tu ſobrinum tuum non noras? *De.* Enicas:
Dic nomen. *Ph.* Nomen? maxume. *De.* Quid nunc taces?
Ph. Perii hercle! nomen perdidi. *De.* Hem! quid ais? *Ph.* Geta,

Si

DONATI.

32. SI TIBI PLACARA POTIS EST.] Pro *Poteſt.* MIHI UT RESPONDAAS.] Bene MIHI: utpote patri adoleſcentis, vel domino Getae, vel etiam ſeni. Et verbum eſt ſcrupuloſe aliquid interrogantium. Sic [10] *Virgilius*,

mihique haec ediſſere vera roganti.

Et,

[11] *Dic mihi, Damoeta, cujum pecus?*

33. QUAM AMICUM TUUM AIS FUISSE?] AIS dicimus de iis, qui vana loquuntur: *Dicere* autem dicimus de iis, qui validiora. EXPLANA.] Manifeſta, expone.

34. ET QUI COGNATUM.] QUI, quomodo, unde.

35. PROINDE EXPISCARE, QUASI NON NOSSES.] [12] PROINDE, ita ſimilitudinis adverbium eſt modo, non conjunctio. ut, *Proinde tona eloquio ſolitum tibi.* EXPISCARI, eſt diligentiſſime quaerere, ubinam piſces lateant: ergo verbum eſt tractum a piſcatoribus.

36. EGO ME NEGO: TU QUI AIS.] Subauditur ad omnia, *noſſe.*

37. EHO! TU SOBRINUM TUUM.] Populari quadam, vulgarique fatigatione, utpote ſcurra, reſpondit.

38. NOMEN? MAXUME.] Falſa non habent memoriam. hic ergo deeſt, *neſcio*, vel, *neceſſarium eſt?* QUID NUNC TACES?] Urget ſenex: quia intelligit eum nomen neſcire.

OBSERV. IN DONAT.

10. *Virgilius.*] Aen. II. 149.
11. *Dic mihi.*] Virg. Ecl. III. 1.
12. PROINDE, *ita ſimilitudinis.*] Integrum locum ope Mſſ. & edd. veterum ita ordino: PROINDE.] *Ita ſimilitudinis adverbium eſt, non conjunctio.* PROINDE.] *Tonat eloquio, ſolitum ſibi.*

COMMENTARIUS.

35. EXPISCARA.] Exquiris, exploras. Cic. Fam. IX. 19. *Neſcis me ab ille omnia* expiſcatum. Pareus perperam imperandi modum ſtatuit, vertens, *diligenter exquire.*

36. REDIGE IN MAMORIAM.] Cic. Fam. I. 9. *Quidque ſibi is de me recepiſſet*, in memoriam redegit.

37. SOBRINUM.] Quem *cognatum* generatim dixerat, nunc SOBRINUM vocat, ut tanto magis iniquitatis & ſuperbiae convincat Demiphonem, quippe qui tam arcta cognatione ſibi junctum hominem ignorare ſe diceret. Cicero Oratore, 47. laudat, EHO, TU COGNATUM TUUM NON NORAS? Et ibidem quod mox ſequitur: STILPHONEM, INQUAM, NOVERAA?

39. PERII HERCLE! NOMAM PARDIDI.] Mirum, qui modo, verſu 9. Stilphonem vocaverit. Neque εἰρωνικῶς dici, quod exiſtimat Pareus, argumento eſt, quod Getam tacite quaerit nomen, iſque ſuggerit, Demiphone non audiente.

40. OLIM.] An perturbatis ſenſibus loquitur,

qui,

Si meminiſti id quod olim dictum eſt, ſubjice. hem!
Non dico. quaſi non noris, tentatum advenis.
De. Egone autem tento? *Ge*. Stilpho. *Ph*. Atque adeo quid mea?
Stilpho eſt. *De*. Quem dixti? *Ph*. Stilphonem, inquam, noveras?
De. Neque ego illum noram: neque mihi cognatus fuit
Quiſquam iſthoc nomine. *Ph*. Itane? non te horum pudet?
At ſi talentûm rem reliquiſſet decem.
De. Di tibi male faciant! *Ph*. Primus eſſes, memoriter

Pro-

DONATI.

40. Subjice.] Suggere.

41. Non dico. quasi non noris.] Mire: nam videtur arte celare id, quod invitus neſciebat.

43. Stilpho.] Σύλληψις. nam reddit ad nominativum, est: utique Stilpho: ut rurſus ad accuſativum, Noveras, Stilphonem ſcilicet. Stilphonem, inquam, noveras?] Figura ἐπιτροχασμός. Eſt autem ἐπιτροχασμὸς verborum ſuper ſe invicem effuſio, quae fit adverſarii cauſa turbandi. [23] *Virgilius:*

nec longe ſcilicet hoſtes
Quaerendi nobis: circumſtant undique muros.
Imus in adverſos? quid ceſſas? an tibi Mavors
Ventoſa in lingua, pedibuſque fugacibus iſtis
Semper erit?

Stilphonem, inquam, noveras?] Quaſi dicat, *Convincam, ſi neges.*

46. At si talentum rem reliquisset.] Ἀξιόπιστον illud fecit. At si talentum rem reliquisset decem.] More Romanorum, apud quos haereditas pecuniae erat. Talentum autem quod dixit, [24] more Graecorum admiſcuit.

OBSERV. IN DONAT.

23. *Virgilius.*] Aen. XI. 187.

24. *More Graecorum admiſcuit.*] Id gratis dicitur.

COMMENTARIUS.

qui, quod modo hac ipſa Scena dictum fuerat, Olim dictum ait?

Subjice.] Suggere, ſubmone. Virgil. Aen. III. 314.

vix pauca furenti
Subjicio, *& raris turbatus vocibus hiſco.*

41. Non dico. quasi non noris, tentatum advenis.] Artificioſe, fingit ſe dicere nolle, quod re vera neſciebat. Cic. Verr. I. 39. *Alia porro pecunia, ne accuſaretur, data. Cui ſit data, nihil ad me, nihil ad rem pertinere arbitror.* Ubi Aſconius Pedianus citat hunc Terentii locum, En, non dico. quod forte natum ex Em pro Hem.

46. Si talentum rem reliquisset decem.] *Mille ſeptingentos & quinquaginta libras* interpretatur Adrianus Barlandus. Dixit autem Talentum rem, vel, uti Phaedrus IV. 7. 4.

ſi qua res eſſet cibi.

Graeciſmo uſitato. vide Interpretes, & Muret. Var. Lect. VI. 9. vel Rem valet οὐσίαν. Menander,

Τῶν ἐντυχόντων πάντες εἰσὶν συγγενεῖς.

 49. Ita

Progeniem veſtram uſque ab avo atque atavo proferens.
De. Ita ut dicis. ego tum ſi adveniſſem, qui mihi
Cognata ea eſſet, dicerem. itidem tu face.
Cedo, qui eſt cognata? *Ge.* Eu, noſter! recte: heus tu! cave.
Ph. Dilucide expedivi; quibus me oportuit
Judicibus. tum, ſi id falſum fuerat, filius
Cur non refellit? *De.* Filium narras mihi?

Cujus

DONATI.

49. ITA UT DICIS.] *Ita ſum*, inquit, *ut dicis*, avarus & ſuperbus. Et vide ſenem de injuria non agere: quia juſtae confidit, & nititur cauſae. Plerumque enim hac conſtantia animi fulciuntur, qui juri confidunt. At contra, ei qui nullo jure freti ſunt, litigant, & ad injurias proſiliunt: ut his ſaltem perturbent adverſarium, qui jure non valent. *Condono igitur*, inquit, *tibi omne contumeliae genus.* EGO TUM SI ADVENISSEM.] Deeſt *Ad judicium*: ut ſit, Quum ad judicium veniſſem. QUI MIHI COGNATA.] Qui, unde, quomodo.

51. EU, NOSTAR! RECTE.] Geta ſic laudat ſenem, ut optet vincere Phormionem. EU, NOSTER! RACTE.] Plaudit ſibi *Terentius*, ſuppoſita perſona: quaſi recte dixiſſet.

52. QUIBUS ME OPORTUIT JUDICIAUS.] Probavi judicibus, inquit.

54. FILIUS CUR NON RAFALLIT?] *Refellere*, eſt arguendo falſum oſtendere.

OBSERV. IN DONAT.

25. *Qui nullo jure freti ſunt, litigant, & ad injurias proſiliunt.*] Forte, *Qui nullo jure freti litigant, ad injurias proſiliunt.*

COMMENTARIUS.

49. ITA UT DICIS.] Conſtans quidem lectio, ſed non eodem modo explicita a Viris doctis. Fabrini: *Ella è come tu di. io ſono coſi come tu di.* neque aliter Dacieria: *Juſtement. comme vous dites.* quaſi per ironiam. Guyetus UT DICIS legit: vertitque: *Cela vous plaiſt à dire.* Plane uti Belgae: *Dat gelieſt u zoo te zeggen.* quo ſenſu modeſte a ſe Demipho amolitur dictum Phormionis. Alii ſimpliciter capiunt reſponſum, q. d. *Fateor, ita eſſe, ut dicis.* An ſcripſit Terentius, ITA TU DICIS. quae reſponſio aequipollet affirmanti. Plaut. Mil. III. 3. 32.

AC. *Nempe ludificari militem tuum herum vis?* PA. Elocuta es.

Neque ſane aliter Servator rogatus a Pilato, eſſetne Rex Judaeorum? reſpondit: Σὺ εἶπας, Matth. XXVI. 64. Luc. XXII. 70. Joh. XVIII. 37. Paullo aliter Plautus Moſtell. IV. 2. 31.

PH. *Herus hic noſter potat.* TH. *Herus hic voſter potat?* PH. Ita loquor.

51. CEDO, QUI EST COGNATA?] Verſum hunc ab interpolatore eſſe additum ait Guyetus.

EU NOSTER! RECTE.] Haec clare pronunciat, quaſi laudans ſenis conſtantiam. Sic Eun. I. 2. 74. & infra III. 1. 14.

HEUS TU! CAVA.] Haec averſus Phormioni dicit. Senſus autem eſt, *Tu interim cave, ne herus argumentis te vincat.*

52. DILUEIDA EXPEDIVI.] Cic. Divin. I. 51. *Explicata dilucide.* Liv. XXXIX. 47. *Nihil horum neque Demetrium* docere dilucide, *nec ſe ſatis* liquido diſcere *ab eo ſenatus quum cerneret poſſe*

54. FILIUM NARRAS MIHI?] Ita ſolent per contemtum vel admirationem loqui, & ſtomachum. And. II. 2. 30. Heaut. III. 2. 9. Adelph. IV. 2. 18.

56. TU, QUI SAPIENS ES.] Sarcaſmus, qualis ille Cic. Philipp. II. 5. *Haec tu*, homo ſapiens, *non ſolum eloquens apud eos, quorum conſilio, ſapientiaque geſta ſunt, auſus es vituperare?* Forte ad hunc Terentii locum reſpexit Phaedrus, III. 14. 6. ubi Aeſopus ad delirum:

Heus,

Cujus de ſtultitia dici, ut dignum eſt, non poteſt.
Ph. At tu, qui ſapiens es, magiſtratus adi;
Judicium de eadem cauſa iterum ut reddant tibi:
Quandoquidem ſolus regnas; & ſoli licet
Hic de eadem cauſa bis judicium adipiſcier.
De. Etſi mihi facta injuria 'ſt, verumtamen
Potius, quam lites ſecter, aut quam te audiam,

Itidem

DONATI.

55. Cujus de stultitia dici, ut dignum est.] Compendium conviciorum eſt, nihil dignum invenire, pro magna injuria, quod reſpondeas.

58. Quandoquidem solus regnas.] Quoniam regnum ſolutum legibus eſt, & opprimens libertatem. Sic alibi, *Regnumne, Aeſchine, hic tu poſſides?*

59. Hic de eadem causa.] Hic, videlicet apud Athenas, ubi leges, ubi libertas omnibus communis eſt.

61. Potius, quam lites secter, aut quam te audiam.] Bis poſuit Quam. Quod genus figurae primo ζεύγματι contrarium eſt. Ut in Heautontimorumeno, *Propter quam in ſumma infamia ſum, & meo patri minus obſequens.* Item, *Cepi rationem, ut neque egeres, neque ut haec poſſes perdere.*

COMMENTARIUS.

Heus, inquit, ſapiens, *expedi, quid fecerim.*

57. Judicium de eadem causa iterum ut reddant tibi.] Conſuli hic merentur Lindenbruchius & Weitzius. Adde Donatum ad And. III. 1. 7. *Haec res ſecundum jus civile dicitur: in quo cavetur, ne quis rem actam apud judices repetat.* Hermogenes, laudante Pareo: Δὶς περὶ τῶν αὐτῶν δίκας μὴ εἶναι. Ampliſſimus Senator, Corn. van Bynkershoek ſuper hoc loco a me rogatus ſententiam, reſpondit: „ Res quidem „ judicata, inter eaſdem perſonas, pro veritate habetur. Sed hic damnatus erat filius, „ non pater. Quid ergo prohibebat, quo minus pater, jure poteſtatis patriae, eandem „ litem ageret, apud eoſdem judices, & ſua „ intereſſe probaret, filium, ſe invito, non elocari? Abſente, nec audito patre, judicium „ actum erat. Poterat igitur ipſe judices adire, „ & cauſam, non tam filii, quam ſuam agere. „ Si ita haec intelligas, de Appellationibus ex „ Jure Attico inanis eſt omnis diſputatio.

58. Solus regnas.] Haec dicit, ad invidiam Demiphoni excitandam; quod Athenis aeque atque Romae odioſum eſſet in libera republica Regum & Regnandi vocabulum. Cic. pro A. Mil. 16. *Quam idem in Clodio non dubitandum, quin ſe ille, interfecto Milone*, regnaturum *putaret?* Liv. III. 11. *Exſpectate, dum Coſ. aut Dictator fiat, quem privatum viribus & audacia* regnantem *videtis.* Idem VI. 40. *L. illum Sextium, & C. Licinium perpetuos, ſi Diis placet, Tribunos, tantum licentiae novem annis, quibus* regnant, *ſumſiſſe, ut vobis negent poteſtatem liberam ſuffragii, non in comitiis, non in legibus jubendis, ſe permiſſuros eſſe?* Adde ad Adelph. II. 1. 21.

59. Judicium adipiscier.] Plaut. Rud. Prol. 16. de Jove:

Cotidie ille ſcit, quis hic quaerat malum.
Qui hic litem adipiſci *poſtulant perjurio,*
Mali res falſas qui impetrant apud judicem:
Iterum ille eam rem judicatam judicat.

60. Etsi mihi facta injuria 'st.] Ad mentionem de judicio ſecundo quum non haberet, quod reponeret Demipho, eo confugit, quod ex altera legis parte reſtare videbatur, de tranſactione, & dotanda potius, quam ducenda orba & paupere cogitans.

61. Potius, quam lites secter.] Sic And. IV. 5. 16. Adelph. II. 2. 40.

62. Ita-

Itidem ut cognata ſi ſit, id quod lex jubet
Dotem dare, abduce hanc; minas quinque accipe.
Ph. Ha, ha, he! homo ſuavis. *De.* Quid eſt? num iniquum poſtulo?
An ne hoc quidem adipiſcar ego, quod jus publicum eſt?
Ph. Itane tandem, quaeſo? item, ut meretricem, ubi abuſus ſis,
Mercedem dare lex jubet ei, atque amittere? an,
Ut ne quid turpe civis in ſe admitteret,

Pro-

DONATI.

62. ID QUOD LEX JUBET DOTEM DARE.] ID, pro *Ob id*.

63. ABDUCE HANC, MINAS QUINQUE ACCIPE.] Modo id agit, quod reprehendit a filio non eſſe factum, DOTEM DABETIS: QUAERERET ALIUM. Et DOTEM voluit cuſtodem eſſe pudoris.

64. HA, HA, HE!] Hic riſu deſtruxit, quod ſerio intendebat ſenex. HOMO SUAVIS.] Praeſcriptio, quum jam alterum factum ſit, fieri utrumque non poſſe.

65. AN NE HOC QUIDEM ADIPISCAR EGO.] Quis enim a lege ſtat, recitat tantum id, quod ſcriptum eſt.

66. ITANE TANDEM, QUAESO?] Majora argumenta ſunt quae per interrogationem proferuntur. UBI ABUSUS SIS.] A ſcripti voluntate. [26] *Utimur* cum honore, *abutimur* cum injuria.

67. ATQUE AMITTERE?] Bene AMITTERE: quia finis cupiditatis amiſſio eſt.

68. AN, UT NE QUID TURPE CIVIS IN SE ADMITTERET.] Idoneum teſtimonium eſt, [27] bonorum eſſe natalium, Civem dixiſſe. [28] Nam apud veteres peregrinae mulieres in meretricum numero habebantur. Sic ipſe alibi,

Adeon' eſt demens? ex peregrina?

Et alibi,

Samia mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.

Et Parmeno comprobans reſpondit, *Poteſt taceri hoc.* id eſt, meretricem matrem te habuiſſe. AN, UT NE QUID CIVIS TURPE IN SE ADMITTERET.] A voluntate.

OBSERV. IN DONAT.

26. *Utimur.*] Aliam diſtinctionem vide ad And. Prol. 5.
27. *Bonorum eſſe natalium, Civem dixiſſe.*] Videtur junctim legendum, ſine κόμματος ſigno.
28. *Nam apud veteres.*] Vide ad And. III. 1. 11.

COMMENTARIUS.

62. ITIDEM UT COGNATA SI SIT.] Ὑστερολογία eſt in duobus hiſce verſibus. ita autem ordinandi: ACCIPE QUINQUE MINAS, ID QUOD LEX JUBET DOTEM DARE, ABDUCE HANC, ITIDEM UT COGNATA SI SIT. Delendum igitur eſt κόμματος ſignum poſt LEX JUBET.

63. MINAS QUINQUE ACCIPE.] Intelligit dotales, videturque manu in ſacculum inſerta expromere hos nummos. Fabrini vertit *cinquanta ſcudi.* Ex Harpocratione citat Meurſius, Spicilegio ad Theocritum, Idyll. XVIII. Ἐπάναγκες δὲ ἦν τοῖς ἔγγιστα γένους τὰς θήσσας ἢ λαμβάνειν πρὸς γάμον, ἢ πέντε μνᾶς διδόναι. ὡς καὶ Ποσίδιππός πυ ὁ κωμικός φησι.

66. ITEM, UT MERETRICEM.] Mire variant Codd. Mſſ. & impreſſi. in aliis eſt: ITIDEM, UT MERETRICEM, in aliis, CIVEM ITEM UT MERETRICEM. rurſus in aliis, CIVEM ITIDEM UT MERETRICEM. In Mſ. Graeviano inter QUAESO & MERETRICEM lacuna eſt. Mſ. Boend. ITIDEM UBI MERETRICEM ABUSUS SIS. Eraſmus & Rivius, ITIDEM UT MERETRICEM UBI ABUSUS SIS, defendunt. Sed ſi τὸ CIVEM tollas, neſcio quid elegantiae perit.

UBI ABUSUS SIS.] Ita vetus Interpres vertit locum Judic. XIX. 25. *Qua cum tota nocte* abuſi *eſſent*,

Propter egeſtatem, proximo juſſa 'ſt dari,
Ut cum uno aetatem degeret? quod tu vetas.
De. Ita, proxumo quidem: at nos unde? aut quamobrem? *Ph.* Ohe!
Actum, ajunt, ne agas. *De.* Non agam? immo haud deſinam,
Donec perfecero hoc. *Ph.* Ineptis. *De.* Sine modo.
Ph. Poſtremo tecum nihil rei nobis, Demipho eſt.
Tuus eſt damnatus gnatus, non tu: nam tua
Prae-

DONATI.

70. UT CUM UNO AETATEM DEGERAT?] Quid enim eſt pudicitia, niſi [29] unius ſcientia viri?

72. ACTUM, AJUNT, NE AGAS.] AJUNT dicimus, quum proverbium ſignificamus. *Acta res* eſt, de qua ſententia prolata ſit.

73. DONEC PERFECERO HOC.] [30] *Virgilius,*

donec me flumine vivo
Abluero.

PERFECERO.] Pro *Perficiam.* INEPTIS.] Ut a *Sapientia, Sapis* dicimus: ita ab *Ineptia, ineptis.* SINE MODO.] Haec minantis ſunt verba: & bene. imitatus eſt enim comminantem.

75. TUUS EST DAMNATUS GNATUS, NON TU.] Ludit Phormio quum dicit, NON TU: & contemtibiliorem in hac cauſa ſibi ſenem, quam Antiphonem fuiſſe, dicit: ſimulque aetatem illius eſſe deſpectam. TUUS EST DAMNATUS GNATUS, NON TU.] Pro voluntate contendentis eſt prolatio ſententiae.

OBSERV. IN DONAT.

29. *Unius ſcientia viri.*] Idem ἄνδρα γινώσκειν, dicunt Graeci. Evang. Luc. I. 14. Et contra, γινώσκειν γυναῖκα, Matth. I. 25. Vide Commentatores. *Feminas notitiam habuiſſe* dixit Caeſar B. G. VI. 21. Eandem uſum habet Hebraeorum ידע *Cognovit.*

30. *Virgilius.*] Aen. II. 719.

COMMENTARIUS.

eſſent, dimiſerunt eam. Plaut. Perſ. I. 3. 47.

filiam utendam *tuam*
Mihi da.

68. CIVIS.] Abeſt haec vox a quibuſdam Codicibus.

IN SE ADMITTERET.] Plaut. Menaechm. V. 1. 12.

Quid tandem admiſi in me, *ut loqui non audeam?*

70. UT CUM UNO AETATEM DEGERET.] Videtur igitur eadem Solonis lege Polygamia prohiberi; quam Moſes non probat, Paulus Apoſtolus diſerte vetat. Plaut. Ciſtell. I. 1. 79.

illum unum mihi exoptavi, quicum aetatem degerem.
GY. *Matronae magis conducibile eſt iſtuc, mea Silenium,*
Unum amare, & cum eo aetatem exigere, *quoi nupta eſt ſemel.*
Verum enim meretrix fortunati eſt oppidi ſimillima,
Non poteſt ſuam rem obtinere ſola ſine multis viris.

71. NOS UNDE?] Vide ad And. IV. 1. 11.

72. ACTUM, AJUNT, NE AGAS.] Plaut. Pſeud. I. 3. 28. *Stultus es:* rem actam agis.
Cic. Amic. 22. *Praepoſteris enim utimur conſiliis, & acta agimus, quod vetamur veteri proverbio.* Idem Att. IX. 6. *Me miſerum, quod tu non valuiſti! una fuiſſemus: conſilium certe non defuiſſet,* Σύν τε δύ' ἐρχομένω. *Sed* acta ne agamus: *reliqua paremus.* Et Epiſt. 18. *Tu, malum, inquies,* actum ne agas. Videtur ergo omnino *Actum agere* eſſe, de ea re cogitare, quam jam antea factam oportebat, & cujus gerendae tempus opportunum jam praeteriit.

73. SINE MODO.] Comminantis formula. Vide ad Eun. I. 1. 20.

Praeterierat jam ad ducendum aetas. *De.* Omnia haec
Illum putato, quae ego nunc dico, dicere:
Aut quidem cum uxore hac, ipſum prohibebo domo.
Ge. Iratus eſt. *Ph.* Tute idem melius feceris.
De. Itane es paratus facere me advorſum omnia,
Infelix? *Ph.* Metuit hic nos, tametſi ſedulo
Diſſimulat. *Ge.* Bene habent tibi principia. *Ph.* Quin, quod eſt
Ferendum, feras. tuis dignum factis feceris:
Ut amici inter nos ſimus. *De.* Egon' tuam expetam

Ami-

DONATI.

77. Illum putato, quaa ego nunc dico, dicera.] Definitive reſpondit.

78. Cum uxora hac.] Id eſt, tali.

79. Tute idam melius fecsris.] Locus eſt hic, ut oſtendat Phormio, de compacto egiſſe cum Antiphone. Tute idem melius fecs-ris.] Quidam ſic intelligunt, Tuta idem ma-lius feceris, ut ſenex potius exeat, quam ejiciat filium. Artificioſe autem loquitur Phormio, ut adimat ſuſpicionem ſeni ¹¹ conſenſionis & cohibentiae inter parſitum & filium.

81. Sedulo.] Sine dolo, inſtanter.

82. Dissimulat.] Fingit, mentitur. Quin, quod sst ferendum, feras.] Cur non, inquit, accomodas neceſſitati voluntatem?

OBSERV. IN DONAT.

31. *Conſenſionis & cohibentiae.*] Haec varie leguntur. Mſ. Hulſt. *Confeſſionis & veritatis.* Mſ. Boend. *Conſenſionis & conventionis.* Mſ. Lind. *Conſenſionis & conventiae.* Mallet Boeclerus: *Conſenſionis & convenientiae.* i. e. *conventionis.* Sic infra III. 1. 10. Guyeti *conniventiae* abſurdum eſt. Impreſſorum optimi exhibent lectionem Mſ. Boend. quae praeſtare videtur.

COMMENTARIUS.

76. Ad ducandum aetas.] Muretus ex Mſſ. Ducsndi astas. quomodo & Boeclerus in Mſ. uno legit.

Omnia haec illum putato, quae ego nunc dico, dicere.] Sic Heaut. III. 3. 49. Cicero Bruto, 32. *Ut pro Bruto etiam reſpondeam.* Et ſaepius alibi.

78. Aut quidsm cum uxors hac, ipsum prohibsso domo.] Ita mox verſu 90. Adelph. I. 2. 39.

79. Tuts idam mslius fecsris.] Sic Eun. III. 1. 63. Mire variant Interpretes in hac ſententia caplicanda. Dacieria: *Vous ne ferez pas ſi mechant, que vous ditez.* Sed in Notis: *Ah, Monſieur, vous ferez mieux que vous ne ditez.* Fabrini: *Voi farete bene à cacciarlo via. Voi farete meglio ad andarvi con Dio.* Eugrephius exponit: *Hoc ipſum tu recte feceris.* Mihi aſteiſmus eſſe videtur, cujuſmodi eſt And. I. 2. 33.

Bona verba, quaeſo.

Eun. V. 9. 36. *Non cognoſco veſtrum tam ſuperbum.* ſub. ingenium. Heaut. III. 3. 50. *Optata loquere.*

80. Paratus.] Palmerius e Mſſ. Pactus tuetur.

81. Infelix?] *Felices & infelices* dicuntur etiam, per quos alii ſeu felices ſeu infelices ſunt. Virg. Ecl. V. 65.

Sis bonus, ô, felixque tuis!

Idem Aen. VII. 308.

Aſt ego, magna Jovis conjux, nil linquere inauſum
Quae potui infelix, *quae memet in omnia verti,*

Vincor

Digitized by Google

Amicitiam? aut te viſum, aut auditum velim?
Ph. Si concordabis cum illa, habebis, quae tuam
Senectutem oblectet. reſpice aetatem tuam.
De. Te oblectet! tibi habe. *Ph.* Minue vero iram. *De.* Hoc age:
Satis jam verborum eſt. niſi tu properas mulierem
Abducere, ego illam ejiciam. dixi, Phormio.
Ph. Si tu illam adtigeris ſecus, quam dignum eſt, liberam,
Dicam tibi impingam grandem. dixi, Demipho.
Si quid opus fuerit, heus! domo me. *Ge.* Intelligo.

DONATI.

86. QUAE TUAM SENECTUTEM OBLECTET.] Non *Te*, ſed SENECTUTEM TUAM.

88. MINUE VERO IRAM.] Contemnentis eſt diſſuadere iracundiam. HOC AGE.] Annuentis eſt.

90. DIXI, PHORMIO.] DIXI ſolent dicere perorata cauſa.

92. DIXI, DEMIPHO.] Mire comminationem & ferocitatem ejus imitatus eſt ſimili verbo.

93. SI QUID OPUS FUERIT.] Haec repentina diſceſſio habet aliquam majorem litigaturi denuntiationem. Et bene breviter: ne multiloquio infringeretur ſuperior comminatio.

COMMENTARIUS.

Vincor ab Aenea.

Vide Servium ad utrumque locum.

METUIT HIC NOS.] Mſſ. Bodl. & Graev. METUIT HIC ME.

82. QUIN, QUOD EST FERENDUM, FERAS.] Suſtuli interrogandi notam. neque enim interrogatio eſt, niſi legas, QUIN, QUOD EST FERENDUM, FERS? Quod eſt in quibuſdam Codd. Aliter tamen Donatus. Horat. Carm. I. 24. 19.

Durum: ſed levius fit patientia,
Quidquid corrigere eſt nefas.

Vide And. V. 4. 18.

83. TUIS DIGNUM FACTIS FECERIS.] Sic infra V. 3. 1. *Ut ſoles.* & V. 8. 31. *Ut alia facta tua ſunt.*

84. AMICI INTER NOS.] Sic Heaut. III. 1. 91. Adelph. V. 3. 42.

86. CONCORDABIS CUM ILLA.] Hos tres verſus ſuppoſititios vocat Guyetus.

89. PROPERAS.] Mſſ. Bodl. & Boend. cum edd. 1469. & Anon. PROPERES.

90. EGO ILLAM EJICIAM.] Sic infra IV. 3. 22. Cic. Philipp. II. 38. *Sororem tuam* ejeciſti, *alia conditione quaeſita.*

DIXI.] Ita ſolebant perorata cauſa. Vide Hec. IV. 3. 6. Eſt autem h. l. comminantis. unde mox reponitur Demiphoni a Phormione.

92. DICAM TIBI IMPINGAM GRANDEM.] Vide ſupra I. 2. 77. *Impingere* pugnam, compedes, vulnus, culpam, ſavium, Plautus; *impingere* epiſtolam, beneficium, Seneca dixerunt.

93. SI QUID OPUS FUERIT.] Haec abiens Phormio clam dicit Getae, ne eos conſuſurrare Demipho ſentiat. Donatus non cepit. Videtur autem de ſolennibus antiquitatis Romanae formulis depromtum. Plaut. Aſin. I. 1. 104.

LI. *Nempe in foro?* DE. *Ibi.* ſi quid opus
fuerit. LI. *Meminero.*

Ciſtell. IV. 2. 56.

ſi quid eſt opus, *dic*, *impera.*

Cic. Att. XIII. 49. *Erat enim, ſi meminiſti, in conſulatus petitione per te mihi pollicitus*, ſi quid opus eſſet.

ACTUS SECUNDI

SCENA QUARTA.

DEMIPHO. GETA. HEGIO. CRATINUS. CRITO.

De. QUANTA me cura & ſollicitudine afficit
Gnatus, qui me & ſe hiſce impedivit nuptiis!
Neque mihi in conſpectum prodit; ut ſaltem ſciam,
Quid de hac re dicat, quidve ſit ſententiae.
Abi tu; viſe, redieritne jam, an nondum, domum.
Ge. Eo. *De.* Videtis, quo in loco res haec ſiet.

Quid

DONATI.

QUANTA ME CURA ET SOLLICITUDINE.] *Haec deliberativa eſt, in qua tres advocati ſunt: quorum unus ſuadet, alter diſſuadet, tertius, qui ſe alterutri addere debuiſſet, ejuſmodi ſententiam dicit, ut rurſum deliberatione opus eſſe videatur.*

I. QUANTA ME CURA ET SOLLICITUDINE AFFICIT GNATUS.] *Cura* eſt in ſpe bonorum: *Sollicitudo* in metu malorum.

COMMENTARIUS.

Hanc Scenam ſuperiori attexuerunt quidam.

1. AFFICIT.] Mſſ. Graev. & Witt. cum edit. 1469. ADFECIT.

2. IMPEDIVIT.] Vide And. III. 5. 11.

3. NEQUE MIHI IN CONSPECTUM PRODIT.] Plaut. Bacch. IV. 9. 84.

Pudet prodire *me* ad te in conſpectum, *pater.*

Et alibi ſaepius.

UT SALTEM SCIAM, QUID DE HAC RE DICAT, QUIDVE SIT SENTENTIAE.] Videtur igitur rem factam, & tranſactam nolle reſcindere irritamve facere; neque adeo cogere filium, uxorem, quam amet, dimittere. Similis eſt locus apud Senecam, Controv. I. 6. Guyetus in Scholiis ineditis legit, CUJUSVE SIT SENTENTIAE.

6. VIDETIS, QUO IN LOCO RES HAEC SIET.] Sic infra III. 1. 9. Heaut. II. 3. 118. Plaut. Epid. I. 1. 75.

quo in loco haec res ſit, vides.

7. QUID AGO?] Formula conſilium petentium. Cic. pro P. Quint. 16. *Quintius ad vadimonium venit.* Quid ago? Germ. *Wie ſol ich es machen?* Neque aliter Belgae, *Hoe zal ik het maken?*

DIC, HEGIO] Solennis formula, qua utebantur, qui advocatos narrare cauſam volebant; ſed & Coſſ. quoties Senatores dicere ſententiam jubebant. Vide Briſſon. de Form. Lib. V.

EGO CRATINUM CENSEO.] Ita diſtinguo. Subauditur autem, *conſulendum prius.* Sunt, qui Donatum ſequuti diſtinguant poſt τὸ EGO, quaſi Hegio interrogans dixerit, EGO? CRATINUM CENSEO. Sed neſcio quomodo Terentianum non videtur, poſt DIC, HEGIO, inferre, EGO? Tum gravior eſt ſententia, ſi unica ſit. Porro, qui minus Critonis ſententia ita diſtinguatur. verſu 17. EGO? AMPLIUS DELIBERANDUM CENSEO.

Digitized by Google

Quid ago? dic, Hegio. *He.* Ego Cratinum cenſeo,
Si tibi videtur. *De.* Dic, Cratine. *Cra.* Mene vis?
De. Te. *Cra.* Ego, quae in rem tuam ſint, ea velim facias. mihi
Sic hoc videtur: quod te abſente hic filius
Egit, reſtitui in integrum, aequom eſt, & bonum,
Et id impetrabis. dixi. *De.* Dic nunc, Hegio.
He. Ego ſedulo hunc dixiſſe credo. verum ita eſt,
Quot homines, tot ſententiae: ſuus cuique mos.

Mihi

DONATI.

7. Ego Cratinum censeo.] Poteſt Ego ſub. diſtingui: ut ſubaudiatur, *Ego dicam?*

9. Quas in rem tuam sint.] Bene principio, ' *ἀπὸ τῆς* ΤΗΟΛΚΙΣ * ΑΑΙΤΟΥ *συμβουλεύοντος*, benevolentiam ſuam commendavit: & ſic conſilium dedit.

11. Aequom est.] Ab honeſto. Et bonum.] Ab utili.

12. Et id impetrabis.] A poſſibili. Et breviter deliberativae tres locos tetigit, juſtum, utile, & poſſibile.

13. Ego sedulo hunc dixisse credo.] Artificioſe perſonam defendit, ſententiam repreheſurus: ne ſi inimicus ſit, adimat auctoritatem ſententiae ſuae. Verum ita est.] Subjunxit locum *ἀποκρίσεως* oratoriae: ut ' invidiae contradicturus occurreret.

OBSERV. IN DONAT.

1. Α'πὸ τῆς.] In Codicibus veteribus vel lacuna eſt, vel continue legitur, *Bene principio benevolentiam.* Graecis omiſſis. Lindenbruchius, ΚΑΙ ΤΟΥ.

2. *Invidiae contradicturus.*] Libri quidam: *Invidit contradicturus.*

COMMENTARIUS.

550. quod tamen nemo facile probet. Denique ſingulorum ſententiae ut ſatis graves videantur, τὸ Ego initiale habent. Vide Donatum ad Eunuch. V. 9. 42.

9. Mihi sic hoc videtur.] Videtur ſolennis formula in reſponſis prudentum; quia & Cratinus & Hegio ea utuntur.

11. Restitui in integrum.] Ut facta habeantur pro infectis, & irrita ſiant. Digeſt. Tit. de in integrum reſtitutione. Brutus ad Ciceronem, Epiſt. 16. *De Caeſare vero, quod fieri potuit, ac debuit, tranſactum eſt: neque jam* revocari in integrum *poteſt.* Cicero Verr. V. 6. *Perditae civitates, deſperatis omnibus rebus, hos ſolent exitus exitiales habere, ut damnati* in integrum reſtituantur, *vincti ſolvantur, exules reducantur, res judicatae reſcindantur.* Ampliſſimus Senator, Corn. van Bynkershoek ſuper hoc loco a me conſultus, ita reſpondit: *Reſtitutiones in integrum etiam propter abſentiam conceduntur. Et eo reſpexit Cratinus. Ceterum de hoc loco Terentii prolixe egit Samuel Petitus, ad L.L. Atticas, L. IV. T. 8. pag.* 361. & *ſeqq.*

Aequom est, et bonum.] Haec varie leguntur: Aequom ac bonum est. Aequom ac bonum esse. Aequom esse et bonum. Poſterius tuetur Guyetus.

12. Et id impetrabis.] *Καὶ τούτου ἐπιτεύξῃ.*

Dixi.] Magnifice, ſed ſimul ridicule unico reſponſo τὸ Dixi ſubjicitur:

14. Quot homines, tot sententiae.] Idem varii varie extulerunt. Homerus, Odyſſ. Ξ. 228.

Ἄλλος γάρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις.

Philemon, laudante Stobaeo:

Ἡμῶν δ' ὅσα καὶ τὰ σώματ' ἐστὶ τὸν ἀριθμὸν
Καθ' ἕνα, τοσοῦτοι εἰσὶ καὶ τρόποι ἰδεῖν.

FFFF fff 3 Virgil.

Mihi non videtur, quod ſit factum legibus,
Reſcindi poſſe: & turpe inceptu eſt. *De.* Dic, Crito.
Cri. Ego amplius deliberandum cenſeo:
Res magna eſt. *He.* Numquid nos vis? *De.* Feciſtis probe:
Incertior ſum multo, quam dudum. *Ge.* Negant
Re-

DONATI.

15. MIHI NON VIDETUR.] A poſſibili. QUOD SIT FACTUM LEGIBUS.] Hic alio ordine locos ſuaſoriae tetigit: primum a poſſibili, ſecundum ab honeſto.

16. ET TURPE INCEPTU EST.] Ab honeſto. 1 Utilitatem autem praetermiſit per artem, quae, ubi non poteſt fieri, fruſtra ſpectatur.

18. RES MAGNA EST.] Cauſa ampliandi ſententiam.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Utilitatem autem praetermiſit.*] Codd. plerique veteres, *M literam praetermiſit*; quaſi id dicatur, INCEPTU dictum, pro INCEPTUM. Sic infra III. 3. 2. *ſecundum V pronunciari debet.* Quae ſequuntur, videntur in mendo cubare; ita varie leguntur.

COMMENTARIUS.

Virgil. Ecl. II. 65.

trahit ſua quemque voluptas.

Horat. Sat. II. 1. 27.

quot capitum vivunt, totidem ſtudiorum Millia.

Perſius Sat. V. 52.

Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor uſus.
Velle ſuum cuique eſt.

SUUS CUIQUE MOS.] Codices quidam: SUUS CUIQUE MOS EST. Citra neceſſitatem ſententiae & metri. Et omiſit Priſcianus, Inſtit. Grsmmat. Lib. XVII. Unde Gellius, V. 8. Eſt *autem*, erat, & fuit, *plerumque abſunt, cum elegantia, ſine detrimento ſententiae.* Exemplum eſt in verbis Cic. Verr. I. 45. *Si poſſeſſor, ſponſionem non faciet.* ad quae verba Aſconius Pedianus; *Subauditur*, eſt; *hoc eſt, ſi poſſeſſor eſt, ſponſionem non faciet.*

15. QUOD SIT FACTUM LEGIBUS, RESCINDI POSSE.] Quintil. Declsm. CCCLXXII. *Quidquid lege factum eſt, vindicari lege non ſolet.* Ibidem: *Judicia tamen judicus* reſcindi *non poſſunt.* Adde Cic. ad verſ. 11.

16. INCEPTU.] Mſſ. Mark. Traject. Witt. Leidd. tres cum edd. Anon. & anni 1469. INCEPTUM. q. d. Gall. *un attentat.* Idem ex Codd. Bemb. & Victor. laudat Faërnus, & ex Mſ. Lovsnienſi Pulmannus; placetque Guyeto in Scholiis ineditis.

17. AMPLIUS DELIBERANDUM.] Cicero in Bruto, cap. 22 *Cum Conſules, re audita,* amplius *de conſilii ſententia pronunciaviſſent.* i. e. amplius deliberandum. Idem & *ampliare* dicebant, h. e. differre ſententiam, diutius de cauſa deliberare. Aſcon. Ped. ad Cic. Verr. I. 9. Et Donat. ad h. l. Similis in re ſimili formula erat; NON LIQUET. Adi Turneb. Adverſ. I. 3. Menander:

πάντα τὰ ζητούμενα
Δεῖσθαι μερίμνης, φασὶν οἱ σοφώτεροι.

18. RES MAGNA EST.] Plsut. Aul. IV. 10. 41.

Magna eſt res, *quam ego tecum otioſe, ſi otium eſt, cupio loqui.*

Virgil. Ecl. III. 54.

Senſibus haec imis (res eſt non parva) *reponas.*

Apulej. Metam. III. *Neque parva res eſt.* Cic. Att. X. 1. *Nihil enim mihi adhuc accidit, quod majoris conſilii eſſet.*

19. INCERTIOR SUM MULTO, QUAM DUDUM.] Non abſimile eſt Phaedri illud, III. 3. 12. de hariolis conſultis:

Quid

Rediſſe. *De.* Frater eſt exſpectandus mihi:
Is quod mihi dederit de hac re conſilium, id ſequar.
Percontatum ibo ad portum, quoad ſe recipiat.
Ge. At ego Antiphonem quaeram, ut, quae acta hic ſint, ſciat.
Sed eccum ipſum video in tempore huc ſe recipere.

DONATI.

19. INCERTIOR SUM MULTO, QUAM DUDUM.] Ex tribus enim unus ſuaſit, alter diſſuaſit, tertius nihil dixit.

24. IN TEMPORE HUC SE RECIPERE.] *Εὐκαίρως.* ⁴ *Salluſt. Maximeque ferocia regis Mithridatis in tempore bellaturi.*

OBSERV. IN DONAT.

4. *Salluſtius.*] In Fragmentis.

COMMENTARIUS.

Quid multa? variis diſſident ſententiis;
Hominiſque curam cura majore adgravant.
De voce DUDUM vide Donat. ad And. III. 4. 3. valet autem h. l. *paullo ante*, Gall. *tantoſt*.

20. FRATER EST EXSPECTANDUS MIHI.] Mirum, haec verba cum verſu ſeq. effugiſſe cenſuram Guyeti; tanto magis, quia fere leguntur etiam Adelph. III. 4. 53. 54.

21. IS QUOD MIHI DEDERIT DE HAC RE CONSILIUM, ID SEQUAR.] Mſ. Bodl. SI QUOD MIHI DEDERIT DE HAC RE CONSILIUM, ID EXSEQUAR. Et τὸ EXSEQUAR eſt in Mſſ. Graev. Lipſ. Witt. cum edd. 1469. & Anon. atque ita legit Gambarellus. Exhibeo lectionem Faërni, Guyeto probatam.

22. PERCONTATUM.] Certatim de vera lectione contendunt hic Guyetus & Daceria. Ille hunc verſum expungit, quaſi effictum ex ultimo hujus Scenae; Haec ultimum recidit, quaſi ex hoc formatum. Legitur autem uterque in Codd. quos vidi, omnibus.

23. SINT.] Bona Codd. pars legit, SUNT.

24. IN TEMPORE.] Heaut. II. 3. 123.

ACTUS

ACTUS TERTII

SCENA PRIMA.

Antipho. Geta.

An. Enimvero, Antipho, multimodis cum iſthoc animo es vituperandus,
Itane hinc abiſſe: & vitam tuam tutandam aliis dediſſe?
Alios tuam rem credidiſti magis, quam tete, animadverſuros?
Nam, ut ut erant alia, illi certe, quae nunc tibi domi eſt, conſuleres,
Ne quid propter tuam fidem decepta pateretur mali.

Cujus

DONATI.

1. Enimvero, Antipho, multis modis cum isthoc animo.] Cum isthoc animo: pro, *hujus animi.* [1] *Ennius:*

Omnia cum pulchris animis Romana juventus.

2. Itane hinc abisse: et vitam tuam.] Ἐν ὑπεξαιρέσει, ut,

[2] *Invidiſſe Deos, patriis ut redditus oris*
Conjugium optatum & pulchram Calydona viderem?

Et,

Servon' fortunas meas me commiſiſſe futili?

3. Alios tuam rem.] Ab infinitivo ad indicativum tranſitum fecit. Credidisti.] Pro, *Putaſti.*

5. Pateretur mali.] Legitur & Potiretur, quia *potiri τῶν μέσων* fuit. [3] Plautus,

Hoſtium potitus eſt.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Ennius.*] Fragmentum incerti Libri. Cl. Heſſelius edidit:
Optuma cum polcreis animeis Romana juventus.
2. *Invidiſſe.*] Aen. XI. 270.

3. *Plautus.*] Epid. IV. 1. 35. ubi legitur, *Hoſtium eſt potita.* ſub. *ſita.* i.e. in hoſtium poteſtatem venit. quo ſenſu *potiri mali* foret, a malo opprimi.

COMMENTARIUS.

1. Enimvero, Antipho.] Ita ſe adloquitur, uti Davus And. I. 3. 1.

Cum isthoc animo.] H. e. Ob iſtum animum. Vide ad And. V. 4. 38.

2. Itane hinc abisse.] Faërnus Itane te hinc abisse laudat. Atque ita Mſſ. & editi quidam exhibent.

Vitam tuam tutandam.] Codd. quidam, Vitam tutandam. omiſſo Tuam.

3. Alios tuam rem credidisti magis, quam tete, animadversuros?] Id eſt, Curaturos. Adversuros laudat Rivius. Idem feſtivo apologo docuit Aeſopus apud Gell. II. 29. qui & Q. Ennii inde formatos verſus citat:

Hoc erit tibi argumentum ſemper in promtu ſitum;
Ne quid exſpectes amicos, quod tute agere poſſies.

Bona

Cujus nunc miſerae ſpes opeſque ſunt in te uno omnes ſitae.
Ge. Equidem, here, nos jam dudum hic te abſentem incuſamus, qui abieris.
An. Te ipſum quaerebam. *Ge.* Sed ea cauſa nihilo magis defecimus.
An. Loquere, obſecro! quonam in loco ſunt res, & fortunae meae:
Numquid patri ſubolet? *Ge.* Nihil etiam. *An.* Et quid ſpei porro 'ſt? *Ge.* Neſcio. *An.* Ah!

Ge.

DONATI.

6. SPES OPESQUE SUNT.] Haec quidem de his ſunt, ⁴ quae amant jungi. SPES OPESQUE SUNT.] Ut, *Res fortunaeque.*

7. QUI ABIERIS.] Mollius, quam *Fugeris.*

8. SED EA CAUSA.] Quia abieris.

10. NUMQUID PATRI SUBOLET?] ⁵ Sub convenientia ſua & Phormionis dicit.

OBSERV. IN DONAT.

4. *Quae amant jungi.*] Proba lectio, pro qua in Codd. quibuſdam vett. *quae amanti**.

5. *Sub convenientia ſua & Phormionis dicit.*] Primum τὸ *Sub* tollendum; tum ex mente Guyeti legendum, *convenientia ſua & Phormionis.* demum τὸ *dicit* recidendum videtur.

COMMENTARIUS.

Bona pars Mſſ. & editorum quidam, QUAM TE. Guyetus ob metrum legit: MAGE, QUAM TED ANIMADVERSUROS.

4. UT UT ERANT ALIA.] Utcunque, quomodocunque. Infra V. 4. 1. Heaut. I. 2. 26. Plaut. Bacch. V. 2. 73. *Ut ut eſt.* Et ſaepins alibi.

QUAE NUNC TIBI DOMI EST.] Elegantior lectio, quam quorundam Mſſ. & impreſſorum, QUAE NUNC TUAE DOMI EST. Intelligit autem Phanium. Sic infra III. 2. 19. & 21.

5. PROPTER TUAM FIDEM DECEPTA.] Sic And. I. 5. 36. Infra V. 7. 34. Plaut. Rud. I. 2. 39.

> propter *ejuſmodi viros vivo miſer.*

Eſt autem *propter quem* idem, quod culpa alterius.

PATERETUR.] Ita Mſſ. plerique omnes, cum editis vetuſtis. Plaut. Aſin. II. 2. 58.

> *Fortiter* malum *qui* patitur, *idem poſt* patitur bonum.

Phaedrus ad eundem modum, I. 2. 29.

> *Quia noluiſtis veſtrum* ferre, *inquit*, bonum;
> Malum perferte.

Sed & κακὸν καὶ ἀγαθὸν πάσχειν dixerunt Graeci. Gulielmius alteram Donati lectionem ſequutus, POTIRETUR MALI legit. Guyetus, NE QUI POTIRETUR MALI.

6. CUJUS NUNC MISERAE SPES OPESQUE SUNT IN TE UNO OMNES SITAE.] Salluſt. Jug. 114. de Mario: *Spes atque opes civitatis in illo ſitae erant.* Vide ad Adelph. III. 2. 33.

7. QUI ABIERIS.] H. e. Propterea quod abieris. Habet enim pronomen relativum QUI vim particulae cauſalis. Plaut. Amph. Prol. 57.

> *Quaſi neſciam vos velle*, qui *divus ſiem.*

Bacchid. I. 1. 58.

> *Sumne autem nihili*, qui *nequeam ingenio moderari meo!*

Et V. 2. 50.

> *Non homo tu quidem es*, qui *iſtoc pacto tam lepidam illepide appelles.*

8. DEFECIMUS.] Sic ſupra I. 4. 53.

9. SUNT.] Mſſ. Leidd. tres, Bodl. Graev. Witt. Boend. SINT. atque ita editi quidam veteres.

10. NUMQUID PATRI SUBOLET?] Subaudi, Rem ex compacto geſtam, & me mea volun-

Ge. Niſi Phaedria haud ceſſavit pro te eniti. *An.* Nihil fecit novi.

Ge. Tum Phormio itidem in hac re, ut in aliis, ſtrenuum hominem praebuit.

An. Quid is fecit? *Ge.* Confutavit verbis admodum iratum patrem.

An. Eu! Phormio. *Ge.* Ego quod potui, porro. *An.* Mi Geta, omnes vos amo.

Ge.

DONATI.

13. Confutavit verbis.] Convicit: ut ſi diceret, *Refutavit.* ſed *Refutatio* in rem eſt: [6] *Confutatio* in perſonam.

14. Ego quod potui, porro.] De ſe mediocriter per ἔλλειψιν, moraliter ſatis. Ego quod potui, porro.] Ordine. primo dominum, poſt Phormionem, ultimum ſe poſuit.

OBSERV. IN DONAT.

6. *Confutatio in perſonam.*] Aliter Titinnius. Vid. Comment.

COMMENTARIUS.

tate eſſe coactum, ut ducerem Phanium. Adelph. III. 3. 43. Plaut. Caſ. II. 3. 59.

ſubolet *hoc jam* uxori, *quod ego machinor.*

Unde iidem homines *ſagaces*, & *emunctae naris* dicuntur, qui facile olfaciunt & odorantur rem. Mſ. Graev. & edit. 1469. Subdolet, h. e. aliquantum dolet. Idem in pluſculis Donati Codd. impreſſis legitur. In editione Argentinenſi additum: *I. e. Dolet patri meo, quod abierim, neque ſubierim ejus conſpectum.*

Et quid spei porro 'st?] Vide ad And. Prol. 25.

11. Nisi Phaedria haud cessavit pro te eniti.] Id Guyeto valet, *Nihil aliud boni ſpe praecipio, niſi quod Phaedria haud ceſſat pro te apud patrem tuum intercedere.* Recte, ſi Cessabit legeretur. Nunc ſimplicius eſt, τὸ Nisi comice accipere pro *ſed*; tanto magis, quia infertur poſt Antiphonis Ah. Salluſt. Jug. 24. *Plura de Jugurtha ſcribere, dehortatur me fortuna mea: etiam antea expertus ſum, parum fidei miſeris eſſe.* Niſi *tamen intelligo.* Vide ad And. IV. 1. 40.

Nihil fecit novi.] H. e. antiquum morem ſuum obtinuit. Dignum factis ſuis fecit. Ita ſolet. Itidem in hac re fecit, ut in aliis. Fecit ut alia ejus facta ſunt. Fabrini: *Egli ha fatto quello, che egli è ſolito di fare.*

12. Tum Phormio itidem.] Guyetus in ἀνεκδότοις, Tum Phormio se itidem. In impreſſis autem τὸ Se ſubaudit. Et videtur vix dici abſolute, *praebere virum.* Dubius Ciceronis locus eſt, Fam. V. 18. *Rogo atque oro, te colligas*, virumque praebeas.

Ut in aliis.] Quod Faërnus τὸ in abeſſe ait a Libro Bembino, in eo a Guyeto reprehenditur. Utri credas? Abeſt tamen Adelph. V. 8. 2.

Ego vero jubeo, & in hac re, & aliis omnibus.

Mſſ. Bodl. Graev. Mark. & Boecleri duo, cum edit. anni 1469. Itidem hac re, uti in aliis.

13. Confutavit.] Plaut. Truc. II. 3. 28.

Ego iſtos, qui nunc me culpant, confutaverim.

Eſt autem vox culinaria, notatque *fuſo aquam ferventem compeſcere.* Titinnius, Setina:

Coquus magnum ahenum, quando fervit, paula confutat *trua.*

Vide ad Heaut. V. 1. 76.

Iratum patrem.] Mallet Faërnus ex Codice Bembino, Iratum senem, utpote accommodatius conſuetudini ſermonis ſerviiis. Atque ita quidam ediderunt. Largirer,

niſi

Ge. Sic habent principia ſeſe, ut dico. adhuc tranquilla res eſt.
Manſuruſque patruum pater eſt, dum huc adveniat. *An.* Quid eum? *Ge.* Ut ajebat,
De ejus conſilio ſeſe velle facere, quod ad hanc rem attinet.
An. Quantus metus eſt mihi, venire huc ſalvom nunc patruum, Geta!
Nam per ejus unam, ut audio, aut vivam, aut moriar, ſententiam.

Ge.

DONATI.

18. HUC SALVOM NUNC PATRUUM, GETA.] Non optat SALVOM PATRUUM VENIRE, ſecundum *Apollodorum:* [7] & oſtendit, non congruere ſalutem ejus cum commodo ſuo. [8] An non dicit, *malum eſſe & incommodum ſibi*, ſed tantum magni terroris plenum adventum patrui?

OBSERV. IN DONAT.

7. *Et oſtendit.*] Malim, *ſed oſtendit.* Boeclerus primum etiam hujus notae membrum interrogative pronunciandum exiſtimat.

8. *An non dicit, malum eſſe.*] Immo, *An dicit, non malum eſſe.*

COMMENTARIUS.

niſi verba fierent Antiphoni filio. Ita tamen infra IV. 4. 1.

14. EU! PHORMIO.] Mſ. Graev. HEU, PHORMIO. ſed notat Agraetius, HEU *interjectio dolentis eſt*, EU *laudantis. Terentius*, EU, PHORMIO.

OMNES VOS AMO.] Gratias vobis omnibus ago. Vide ſupra I. 2. 4.

15. SIC HABENT PRINCIPIA SESE.] Sic ſupra II. 3. 82.

TRANQUILLA RES EST.] Vide And. III. 5. 14. & Eun. V. 9. 8.

16. PATRUUM.] Patruos vulgo acres ſeveroſque vitiorum reprehenſores faciunt Satyrici. Horat. Sat. II. 3. 87.

ſive ego prave,
Seu recte; hoc volui: ne ſis patruus *mihi.*

Perſ. Sat. I. 9.

Tunc cum ad canitiem, & noſtrum iſtud vivere triſte
Adſpexi, & nucibus facimus quaecunque relictis:
Cum ſapimus patruos, *tunc, tunc ignoſcite.*

Ubi vide quae notavit Iſaacus Caſaubonus.

UT AJEBAT.] Guyetus Antiphoni etiam tribuit, legens, QUID EUM? QUID AIT?

17. DE EJUS CONSILIO SESE VELLE FACERE.] Plaut. Capt. Prol. 48.

commenti de ſua ſententia.

Bacchid. IV. 9. 113.

Nihil ego tibi hodie conſilii quidquam dabo:
Neque ego haud committam, ut ſi quid peccatum ſiet,
Feciſſe *dicas* de mea ſententia.

QUOD AD HANC REM ATTINET.] Mſ. Witt. QUOD HANC REM ATTINET.

18. QUANTUS METUS EST MIHI.] Faërnus & Guyetus, QUANTUM METUS. ut τὸ METUS ſit gignendi caſus. Infra IV. 3. 3.

VENIRE HUC SALVOM NUNC PATRUUM.] Poſſit videri optare necem patrui: ſed loquitur ex veteri formula.

19. PER EJUS UNAM.] Guyetus τὸ EJUS expungit.

AUT VIVAM, AUT MORIAR.] Sic ſolent in ve-

Ge. Phaedria tibi adeſt. *An.* Ubinam? *Ge.* Eccum, ab ſua palaeſtra exit foras.

D O N A T I.

20. Ab sua palaestra exit foaas.] Bene *palaeſtram* ejus dixit lenonis domum, in qua eſt exercitus amator aſſidue. [9] *Plautus* Bacchid.

homo adoleſcens
Penetrem hujuſmodi in palaeſtram, ubi damnis deſudaſcitur!

O B S E R V. I N D O N A T.

9. *Plautus Bacchid.*] I. 1. 32. legitur nunc, *Penetrare.* Locum integrum vide in Commentario.

C O M M E N T A R I U S.

teri Fabula amantes, ubi ſe amoribus, mariti, ubi uxoribus exoptatis ſe ſpoliari vident. Neque aliter noſtri aevi Fabulae Romanenſes.

20. Ab sua palaestra.] Propric de loco gymnaſtico, ubi curſu, lucta, haſta, diſco, ſaltu, aliiſque ludis exercebantur. Virg. Aen. VI. 642.

Pars in gramineis exercent membra palaeſtris,
Contendunt ludo, & fulva luctantur arena:
Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.

H. l. lenonis domus intelligitur, continuo exercens & excrucians Phaedriam. Sic Eun. II. 3. 23. E Plutarcho laudat Georg. Fabricius: *Κύθηρις ἀπὸ τῆς αὐτῆς παλαίςρας, γύναιον ἀγαπώμενον.* De Volumnii Eutrapeli liberta, quam Gallus Poëta, & Antonius Imperator amabant ſimul. Plaut. Bacch. I. 1. 32.

homo adoleſcentulus
Penetrare hujuſmodi in palaeſtram, *ubi damnis deſudaſcitur,*
Ubi pro diſco damnum capiam, pro curſura dedecus?

Et mox:

ubi ego capiam pro machaera turturem,
Ubique imponat in manum alius mihi pro caeſtu cantharum:
Pro galea ſcaphium, pro inſigni ſit corolla plectilis,
Pro haſta talus: pro lorica malacum capiam pallium:
Ubi mihi pro equo lectus detur, ſcortum pro ſcuto accubet.
Apage a me, apage.

Cicero itidem pulcre ad numerum orationis tranſtulit, Oratore 56. *Serius aliquanto notatus, & cognitus, quaſi quandam* palaeſtram *& extrema lineamenta orationi attulit.*

ACTUS

Digitized by Google

ACTUS TERTII

SCENA SECUNDA.

PHAEDRIA. DORIO. ANTIPHO. GETA.

Ph. DORIO, audi, obſecro. *Do.* Non audio. *Ph.* Parumper. *Do.* Quin omitte me.
Ph. Audi, quod dicam. *Do.* At enim taedet jam audire eadem millies.
Ph. At nunc dicam, quod lubenter audias. *Do.* Loquere, audio.
Ph. Nequeo te exorare, ut maneas triduum hoc? quo nunc abis?
Do. Mirabar, ſi tu mihi quidquam adferres novi.
An. Hei! metuo lenonem, ne quid ſuo ſuat capiti. *Ge.* Idem ego metuo.

Ph.

DONATI.

DORIO, AUDI, OBSECRO.] *Haec Scena in petitione eſt, quae ſaepe admittit deliberativae* ° *locum.*

1. DORIO, AUDI, OBSECRO.] Sunt qui ſic legant, ut DORIO Phaedria dicat, AUDI, leno: OBSECRO, iterum Phaedria. QUIN OMITTE ME.] QUIN, modo corripiendi vel imperandi vim habet. ut, ° *Quin age.*

6. HEI! METUO LENONEM, NE QUID SUO SUAT CAPITI.] Deeſt *mali.* SUAT autem, appingat atque

OBSERV. IN DONAT.

1. *Locum.*] Codd. plerique veteres, *Loco.*

2. *Quin age.*] Virgil. Ecl. III. 52.

COMMENTARIUS.

Integra haec Scena expreſſa eſt ex Plauti Pſeud. I. 3.

2. AUDIRE EADEM MILLIES.] Sic Eun. III. 1. 32. Cic. pro Mil. 20. Millies *in ea* (villa) *fuerat.*

4. MANEAS.] Opperiaris, exſpectes. Supra III. 1. 16.

5. MIRABAR, SI TU MIHI QUIDQUAM ADFERRES NOVI.] Eadem conſtructione dixit And. I. 2. 4.

Mirabar, hoc ſi ſic abiret.

De uſu autem τῦ SI pro *an*, vide Barthium ad Stat. Thebaid. IV. 367.

6. METUO LENONEM, NE QUID SUO SUAT CAPITI.] Conſtans fere Librorum lectio, ſed

 unde

Ph. Non mihi credis? *Do.* Hariolare. *Ph.* Sin fidem do. *Do.* Fabulae!

Ph. Foeneratum iſtuc beneficium tibi pulchre dices. *Do.* Logi! *Ph.*

D O N A T I.

atque affigat. Suo SUAT CAPITI.] Α᾽ποσιώπησις. διὰ τὸ εὐφημισμὸν, ³ Suo CAPITI dixit, quum dicturus eſſet, Phaedriae. ut,

⁴ *Dardaniique regum capitis.*

8. FOENERATUM.] Ab utili. FOENERATUM ISTUC BENEFICIUM TIBI.] Id eſt, *mihi a te foeneratum.*

O B S E R V. I N D O N A T.

3. SUO CAPITI.] Hinc fit veriſimile, etiam Donatum legiſſe, uti legendum obſervat Muretus. Neque aliter ἀποσιώπησις locum habet.

4. *Dardaniique.*] Virgil. Aen. IV. 640.

C O M M E N T A R I U S.

unde vix quidquam boni ſenſus eruas. Mſſ. Bodl. Graev. Witt. NE ALIQUID SUO AUAT CAPITI. Mſ. Mark. & edit. Anon. NE QUID ano ASSUAT CAPITI. Guyetus, quia nihil expediebat, verſum hunc *non verſum, ſed monſtrum* vocat, *ab indocto & impudente interpolatore intruſum.* Eſt autem elegantiſſima lectio, quam e ſuo Mſ. exhibet Muretus, METUO LENONEM, NE QUID SUAT. SUO CAPITI! Ubi enim dixiſſet Antipho, METUO LENONEM, NE QUID SUAT, i. e. machinetur, ſtruat, & ſpectatores crederent, additurum, PHAEDRIAE CAPITI, ſubito flectit ſermonem, atque per imprecationem ſubjicit, SUO CAPITI! q. d. Quae res ipſi lenoni male vertat. Primum τὸ *Suere* uſurparunt, uti Graeci τὸ ῥάπτειν, pro, malum ſtruere alteri. Sic *conſutos dolos* dixit Plautus, Amph. I. 1. 211. Eidem *ſutelae* ſunt doli & fraudes, Capt. III. 5. 34. Neque aliter Cicero, pro Dejot. 6. *At quam feſtive crimen* contexitur! Tum illa, SUO CAPITI! imprecandi formulam habent. Gr. Εἰς κεφαλήν. Hec. III, 1. 53.

Aliquid tuliſſe comminiſcentur mali,
Capiti atque aetati illorum! *morbus qui auctus ſiet.*

Cic. Philipp. XI. 5. Suo capiti, *ſalvis nobis, ominetur.* Att. VIII. 5. *Multa, inquam, mala eum dixiſſe*, ſuo capiti, *ut ajunt.* Coelius ad Cic. Fam. VIII. 1. *Te ad IX. Kal. Jun. ſubroſtrani* (quod illorum capiti ſit!) *diſſiparant periiſſe.* Et eſt phraſis ſacra. Sic 1. Sam. XXV. 22. Plura habet Briſſonius de Form. Lib. I. Quod autem dixi demutato Antiphonis ſermone, geminus locus eſt apud Plautum, Aul. II. 4. 23. ubi poſtquam de Euclionis ſollicitudine nimia, ne quid argenti per furtum amitteret, dixiſſet Strobilus,

Quin cum it dormitum, follem ſibi obſtringit ob gulam,

Et Congrio rogaſſet, *cur?* reſpondet Strobilus per jocum, ſpectatoribus quidem nil tale exſpectantibus,

ne quid animae forte amittat dormiens.

Quum reſpondere debuiſſet, *ne quid argenti furto auferatur.* Et Moſtell. I. 3. 95. Philolaches Philematii amore ardens, & Scapham ancillam adloquens, ſubito ſermonem rurſus ad amicam deflectit:

Ob iſtuc verbum, ne nequidquam, Scapha, tam lepide dixeris,
Dabo aliquid hodie tibi peculi, Philematium mea.

Quum ſpectatores exſpectarent, ut diceret, *Scapha mea.* Et Perſ. III. 1. 68. ubi Saturio virgini nuptum locandae dotis nomine ſexcentos logos, eoſque Atticos omnes promiſiſſet, & exſpectaretur, ut diceret, ita dotatam poſſe vel ditiſſimo nubere, is ait,

Cum hac dote poteris vel mendico nubere.

Quod autem Muretus in ſuo Mſ. legit, NE QUID SUAT. SUO CAPITI! idem ita edidit Gryphius, Venet. 1580. Metuit autem Antipho, ne leno Phaedriae amicam Pamphilam alteri cuidam vendat. Si aliter legas, ſenſus erit, *Metuo, ne dolis ſe inſtruat.* de cujus dicti Latinitate merito dubitat Petrus Nannius.

IDEM EGO METUO.] Mſ. Witt. INDE METUO EGO.

Digitized by Google

Ph. Crede mihi, gaudebis facto. verum hercle hoc eſt. *Do.* Somnia!

Ph. Experire, non eſt longum. *Do.* Cantilenam eandem canis.

Ph. Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus, tu. *Do.* Garri modo.

Ph.

DONATI.

9. Verum hercle hoc est.] Bene ipſe dictum ſuum confirmavit.

10. Cantilenam eandem canis.] Ita dicit: ut, *Vetus & vulgata cantio.*

11. Tu mihi cognatus.] Ab honeſto. Tu parens, tu amicus, tu.] Secunda ἀποσιώπησις.

COMMENTARIUS.

ego. Faërnus e Cod. Bemb. Idem ego vereor, laudat. Unde ita in pluſculis editis.

7. Hariolare.] H. e. Nugaris. Adelph. II. 1. 48. Poſſit & ſenſus eſſe, Hariolare, rem ipſam conjectas, me nimirum tibi non credere.

Sin fidem do.] Subaudi, *Me argentum confecturum, atque tibi pro Pſaltria perſoluturum.* Mſ. Mark. Si fidem do.

Fabulae!] Formula rejiciendi ſermonem vanum, fictum & falſum. And. I. 3. 19. & III. 3. 21. Heaut. II. 3. 95. infra V. 7. 53. Unde & ſermonem alterius exſibilando interturbantes, *Fabulam inceptat*, dicebant. And. V. 4. 22. Plaut, Menaechm. V. 1. 23.

an mos eſt ita hic,
Peregrino ut advenienti narrent fabulas?

Similem mimum vide Pſeud. I. 3.

8. Foeneratum istuc beneficium tibi pulchre dices.] H. e. magno foenore redditum. Adelph. II. 2. 11. Seneca Benef. I. 1. *Demus beneficia, non* foeneremur. Accius: Androm.

Quod beneficium haud ſterili in ſegete, rex, te obſeviſſe intelliges.

Bona Mſſ. pars: Pulchre tibi.

Logi!] Nonius Marcellus *Logos* exponit *ſermones, vel dicta ridicula, & contemnenda.* Quo ſenſu & Plautus & Cicero uſi.

9. Gaudebis facto.] Plaut. Poen. I. 1. 69.

faciam, ut facto gaudeas.

H. e. ne te feciſſe poeniteat. Valet autem Facto, poſt factum. Plaut. Rud. Prol. 22. ſeqq.

Atque hoc ſceleſti in animum inducunt ſuum,
Jovem ſe placare poſſe donis, hoſtiis.
Et operam, & ſumtum perdunt. Id eo fit, quia
Nihil ei acceptum eſt a perjuris ſupplicii.
Facilius, ſi qui pius eſt, a Dis ſupplicans,
Quam qui ſceleſtus eſt, inveniet veniam ſibi.
Idcirco moneo vos ego haec, qui eſtis boni,
Quique aetatem agitis cum pietate & cum fide,
Retinete porro; poſt factum *ut laetemini.*

Qui locus vel Chriſtiano homine dignus.

Verum hercle hoc est.] Formula, qua uti licet, ubi dictis fidem non invenis. Sic Eun. II. 3. 19.

Somnia!] Adelph. II. 1. 50. Sed & *Somniare* pro, nugas blaterare dixerunt. Plaut. Amphitr. II. 2. 64.

paulliſper mane,
Dum edormiſcat unum ſomnum. Am. *Quae ne vigilans* ſomniat?

10. Non est longum.] Subaudi, quod oro; nempe triduum. Supra verſu 4. & infra verſu 28.

Cantilenam eandem canis.] Dictum affine alteri: *Eadem oberras chorda.* Plaut. Trin. II. 2. 10.

Haec dies noctesque tibi canto, *ut caveas.*

Vide Heaut. II. 3. 19. Cicero Att. I. 19. *Ut crebro mihi vafer ille Siculus inſuſurret Epicharmus* cantilenam *illam ſuam:*

Νῆφε, καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν. ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν.

Dicitur autem *cantilena*, quod crebris ſermonibus cantatur. Unde & pro *convicio* ponitur. Feſtus: Occentaſſint *antiqui dicebant, quod nunc* convicium fecerint *dicimus, quod id clare, & cum quodam canore fit. Inde* Cantilenam *dici, quia illam non cantus jucunditatem puto.*

11. Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus,

Digitized by Google

Ph. Adeon' ingenio eſſe duro te atque inexorabili,
Ut neque miſericordia, neque precibus molliri queas?
Do. Adeon' te eſſe incogitantem, atque impudentem, Phaedria,
Ut phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratiis?
An.

DONATI.

15. PHALERATIS DICTIS.] Honeſtis atque ornatis: quia dixit, TU MIHI COGNATUS, TU PARENS. Et quaſi leno, irridet honeſtatem, & deſpicit.

COMMENTARIUS.

AMICUS, TU.] Sic Plaut. Capt. II. 3. 84.

tu mihi herus nunc es, tu patronus, tu pater.

Guyetus ultimum TU expungens expedire ſe verſum dicit, legendo, TU MIHI COGNATUS, PARENS TU, AMICUS TU. Sed vel ideo melior lectio vulgata, quod leno plura etiam dicere parantem Phaedriam obturbat. Sic Adelph. III. 4. 55. A Mſſ. Mark. & Witt. abeſt tamen poſtremum TU. Editio 1469. legit, TU MIHI PARENS. Mſſ. Leidd. unus, TU AMICUS, TU LOCO FRATRIS ERIS. Mſ. Bodl. TU AMICUS MIHI, TU LOCO FRATRIS ERIS. Laudat Pareus ex Mſ. Pal. TU MIHI PARENS, TU MIHI LOCO FRATRIS. E Mſ. Lovanienſi citat Pulmannus: TU MIHI AMICUS, TU MIHI. In duobus Mſſ. Boecleri erat: TU MIHI COGNATUS, TU MIHI PARENS, TU AMICUS.

GARRI MODO.] Eun. II. 3. 86. Heaut. III. 2. 25. IV. 6. 19. ſupra I. 4. 33. Amplius quid dicere videtur leno, quam ante, reſpondendo, *Fabulae*, *Logi*, *Somnia*. Sane *garrire* & *garritus* de avibus proprie dicitur. Quum igitur Phaedria toties repeteret illud TU, facete reſpondet leno, GARRI MODO. Codd. quidam, GARRIS MODO. Eſt vero noctuarum ſpeciatim, *Tutubare*, ex ſono, quem edunt, *tu*, *tu*, vel potius, *tou*, *tou*. Sic Plaut. Menaechm. IV. 2. 90.

ME. *Egon' dedi?* PE. Tu, tu *iſtic*, *inquam*. *vin' afferri noctuam*,
Quae, Tu, Tu, *uſque dicat tibi?*

Martialis III. 93. 8. ad ranas tranſtulit:

Meliuſque ranae garriant *Ravennates*.

12. ESSE DURO TE.] Mſſ. Bodl. & Graev. TE ESSE DURO.

13. MOLLIRI.] Proprie de ingenio duro. Infra IV. 3. 27. Plaut. Truc. Argum. verſu 5.

Vi magna ſervos eſt ac trucibus moribus,
Lupae ne rapiant domini parſimoniam;
Et is tamen mollitur.

15. UT PHALERATIS DICTIS DUCAS ME.] H. e. Verbis in ſpeciem honeſtis me differas. A *phaleris*, equorum & equitum ornamentis. Perſius Sat. III. 30.

Ad populum phaleras. *ego te intus*, *& in cute* [*novi*.

Vide Barth. Adverſ. XXIV. 3. & Car. Andr. Dukerum, V. Cl. ad Flor. I. 5. 6. Gr. φάλαρα. And. IV. 1. 20. Caeſ. B. C. I. 61. 3. *Bellum in Hiemem* ducere *cogitabant*. Sed & *ducere* eſt fallere. pro quo uſitatius *circumducere*. Plaut. Moſtell. III. 2. 26.

reperi, *qui ſenem* ducerem.

Capt. IV. 2. 7.

Hic ille eſt ſenex ductus, *quoi verba data ſunt*.

ET MEAM DUCTES GRATIIS?] Qui *abducas* interpretantur, non cogitant, lenonium eſſe verbum, & turpiculum. Plaut. Aſin. I. 3. 17.

Quid modi 'ſt? ductando, *amando*, *numquam*- [*ne expleri potes?*

Et V. 2. 12.

qui quidem cum filio
Potet una, *atque una amicam* ductet, *decrepi*- [*tus ſenex*.

Poen. IV. 2. 46.

Neque triobolum ullum amicae das, *&* ductas gratiis.

Menaechm. IV. 3. 20.

Niſi feres argentum, *fruſtra me* ductare *non potes*.

Lego & diſtinguo: *Niſi feres argentum*, *fruſtra es*, ductare *me non potes*. Muretus ad Plaut. Moſtell. III. 2. 161. tranſlatum exiſtimat ab Imperatore exercitus. Uti enim *exercitum ductat* is, cui exercitus paret, ita & *ductare mulierem* dicitur, cui illa obtemperat, & morigera eſt, in rebus omnibus. Adde Rivium. Mſſ. Graev. Lipſ. Witt. & edit. 1469. GRATIS. Cod. Bemb. DUCIS GRATIS. ſed GRATIIS trochaici carminis ratio exigit.

16. MISE-

An. Miſeritum 'ſt. *Ph.* Hei! veris vincor. *Ge.* Quam uterque
eſt ſimilis ſui!

Ph. Neque, Antipho alia quum occupatus eſſet ſollicitudine,
Tum hoc eſſe mihi objectum malum! *An.* Ah! quid iſtuc autem eſt, Phaedria?

Ph.

DONATI.

16. Miseritum 'st.] *Εἰρωνεία.* Hai! veris vincor.] Hoc ſibi dicit adoleſcens.

17. Neque, Antipho alia quum occupatus asset sollicitudine.] Hoc dolet Phaedria, quod in eadem re laboraverit Antipho, id eſt, in amore: [5] quodque amare contigerit. Neque, Antipho alia.] Minore aliqua ſollicitudine quam haec eſt, quam nunc gerit. An Alia, praeter hanc, quam de me gerit? Ordo & ſenſus hic eſt, *Neque tum eſſe mihi hoc objectum malum, quum Antipho alia ſollicitudine eſſet* [6] *occupatus levi quapiam, non hac de nuptiis, quae eſt graviſſima.*

OBSERV. IN DONAT.

5. *Quodque amare contigerit.*] Melius ad ſenſum: *Quodque una amare contigerit.*

6. *Occupatus levi quapiam.*] Videtur ἀπὸ κοινοῦ poſt τὸ *Occupatus* legendum, Alia.] *Levi quapiam.*

COMMENTARIUS.

16. Miseritum 'st.] Tres hoſce verſus expungit Guyetus: In quibus explicandis mire ſudant interpretes. Antipho cum Geta ſemoti ſtantes lenonis & Phaedriae ſermones captaverant. Antipho igitur intellecta lenonis pertinacia in neganda Phaedriae amica, Miseritum 'st, inquit. q. d. *Miſeret me Phaedriae.* Sic Heaut. III. 1. 54. Vide omnino Boeclerum.

Hei! veris vincor.] Haec ſecum Phaedria. q. d. Vera praedicat leno, neque enim more fit, ut quis gratis ducat amicam ab avaro lenone; mihi vero, quod dem, nihil eſt. Sic Plaut. Moſtell. I. 2. 12.

Profecto ita eſſe, ut praedico, vero vincam.

Unde minus proba eſt quorundam Codd. lectio, Verbis vincor.

Quam uterque est similis sui!] Haec Geta ad Antiphonem. q. d. Quam parum alter alterum movet, dum pertinaciter avarus eſt Dorio, nec quidquam flectitur precibus, impatientiſſime autem amans Phaedria, qui, quanto minus ſpei eſt, tanto amat magis. Cic. Att. XVI. 3. *Nec dubito, quin ſuo more uterque.* Idem Famil. XI. 20. *Labeo Segulius, homo* ſui ſimillimus.

17. Neque, Antipho alia quum occupatus esset sollicitudine, tum hoc esse mihi objectum malum!] Queritur, ſibi nihil eſſe praeſidii in Antiphone, qui in eadem laboret Charybdi. q. d. *Nunc mihi hoc malum eſſe objectum, quum Antipho ipſe rerum ſuarum ſatagit, nec me quidquam conſilio vel auxilio adjuvat!* Ordo verborum eſt: Neque malum hoc objectum mihi esse tum, quum Antipho alia sollicitudine esset occupatus. Eſt autem totum παθητικόν, ubi τὸ Neque pendet ab eo, quod animo ante cogitaverat, *Nunc mihi adeo incommode, adeoque infeliciter malum hoc objici; neque objectum eſſe tum.* Dixit autem Occupatus sollicitudine, uti And. V. 1. 9.

homini adoleſcentulo,
In *alio* occupato amore.

Plaut. Moſtell. IV. 3. 16. *niſi quid magis*
Es occupatus.

18. Esse mihi objectum malum!] Adelph. IV. 4. 1.

Ah! quid istuc autem est.] Haec propius jam accedens Antipho Phaedriae praeſens praeſenti dicit. q. d. *Quid iſtuc eſt tantum malum, quod tibi obtigit, Phaedria?* Malim autem, ſi per Codices liceret, τὸ Ah, tribuere Phaedriae, ita: Tum hoc esse mihi objectum malum? ah! An. Quid istuc autem est, Phaedria?

Ph. O fortunatiſſime Antipho! *An.* Egone? *Ph.* Cui, quod amas, domi 'ſt:

Nec cum hujuſmodi umquam uſus venit, ut conflictares malo.

An. Mihin' domi 'ſt? immo, id quod ajunt, auribus teneo lupum.

Nam neque quomodo a me amittam, invenio: neque, uti retineam, ſcio.

Do. Ipſum iſtuc mihi in hoc eſt. *An.* Eia! ne parum leno ſies. Num-

DONATI.

20. Umquam usus venit.] Opus aut neceſſe fuit.

21. Auribus teneo lupum.] Graecum Proverbium, *τῶν ὤτων ἔχω τὸν λύκον, οὔτ' ἔχειν, οὔτ' ἀφεῖναι δύναμαι.*

COMMENTARIUS.

19. Quod amas.] Eleganter, pro, *Quam amas.* Eun. II. 3. 16.

aliquid inveni
Modo, quod ames.

Plaut. Epid. V. 1. 46.

Tibi quidem, quod ames, *domi praeſto 'ſt.*

20. Nec cum hujusmodi umquam usus venit, ut conflictares malo.] And. I. 1. 66. Intelligit autem amorem difficillimum, quem ſine ſumma moleſtia conficere non poterat ab impuriſſimo lenone. Cic. Fam. VI. 13. *Diutius velle videtur eos habere ſollicitos, a quibus ſe putat diuturnioribus* moleſtiis eſſe conflictatum. Et X. 32. *Cum hujuſcemodi portento res mihi fuit.* Mſſ. Lipſ. Bodl. Boend. & edit. 1469. Umquam tibi usus.

21. Id quod ajunt.] Mſ. Bodl. Quod ajunt. omiſſo Id.

Auribus teneo lupum.] Duplici incommodo laboro. Uſurpavit & Tiberius, teſte Suetonio, in ejus vita, cap. 25. quoties ob metum imminentium diſcriminum cunctaretur. Vide Eraſmum in Adag. & Lindenbruchium ad h. l.

22. Nam neque.] Supra I. 3. 24. Ex Caecilio citat Gellius XV. 9.

Nam hi ſunt inimici peſſumi, fronte hilare,
Corde triſti: quos neque ut apprendas, neque ut mittas, ſcias.

Codices quidam, Quo amittam a me. quam lectionem tuentur Rivius, Goveanus & Georg. Fabricius. Alii, Quo pacto.

23. Ipsum istuc mihi in hoc est.] *Αστει-κῶς* de Phaedria haec dicit leno. q. d. Hic mihi lupus eſt, quem neque ferre diutius, quia nihil numerat, neque abſolvere poſſum, quia improbe blandus eſt, & multa pollicendo me obtundit. Guyetus verſum hunc ineptum & inſititium vocat.

Eja! ne parum leno sies.] Laudat haec verba Aſconius Pedianus, ad Cic. Verr. I. 38. Habent autem correctionem ironicam verborum lenonis. q. d. Dicis, tibi ita rem eſſe cum Phaedria, ut videaris lupum tenere auribus; quia metuis, ne parum ſis leno, i. e. ne minus ſis flagitioſus, quam vulgus lenonum ſolet, non ſatis magno pretio vendens puellam.. Sumitur autem perſona ipſa pro moribus. Plaut. Perſ. IV. 6. 4.

Ne non ſat eſſes leno, *id metuebas miſer.*

Coelius Ciceroni, Att. X. 9. *Ne, dum pudet te*, parum optimatem eſſe, *parum diligenter, quod optimum ſit, eligas.* Ovid. Metam. XII. 29.

pietatem publica cauſa,
Rexque patrem *vicit.*

Fabrini aliter cepit, vertens: *Sia lenone, quanto tu vuoi, vendi la robba tua, quanto tu vuoi.*

24. Numquid hic confecit?] Libri quidam verba haec Getae tribuunt. Malim autem: Nam quid hic confecit? uti ediderunt Aldus, Muretus, Heinſius. Antipho enim a lenone converſus Phaedriam adloquitur, quem quum audiviſſet dicentem, eſſe ſibi objectum malum, primum rogaverat, Quid istuc autem

Digitized by Google

Numquid hic confecit? *Ph.* Hiccine? quod homo inhumaniſſimus:

Pamphilam meam vendidit. *Ge.* Quid? vendidit? *An.* Ain'? vendidit?

Ph. Vendidit. *Do.* Quam indignum facinus! ancillam aere emtam ſuo.

Ph. Nequeo exorare, ut me maneat, & cum illo ut mutet fidem, Tri-

DONATI.

23. NE PARUM LENO SIES.] Ἔλλειψις. ? deeſt enim, *Vereris?*

26. AERE EMTAM SUO.] Bene Suo, quaſi de tertia perſona.

OBSERV. IN DONAT.

7. *Deeſt enim*, Vereris.] Id non placet Guyeto in Scholiis Mſſ. Neque tamen melius adfert.

COMMENTARIUS.

TEM EST, PHAEDRIA? quia vero nondum reſponſum erat a Phaedria, nunc pergit rogare, NAM QUID HIC CONFECIT? quod valet, QUIDNAM HIC CONFECIT? ſic Plaut. Moſtell. II. 2. 98.

Quid ego hodie negotii confeci *malum!*

Infra V. 2. 5.

dum aliud aliquid flagitii conficiat.

25. QUID? VENDIDIT?] Edit. anni 1469. QUID, PHAEDRIA? VENDIDIT?

26. QUAM INDIGNUM FACINUS! ANCILLAM AERE EMTAM SUO.] Haec leno ad ſpectatores converſus ſarcaſtice dicit, Phaedriae PAMPHILAM MEAM, & toties repetitum VENDIDIT ſalſe retundens. Quam igitur Phaedria tanto amore commotus *ſuam Pamphilam* dixerat, leno contemtim ANCILLAM vocat ſuam; quam ille *venditam* querebatur, hic EMTAM SUO AERE nihil mirum dicit, ſi rurſus vendiderit. Juvat elegantiam, quod SUO AERE potius dixit, quam MEO. Sic Horat. Serm. II. 3. 129.

ſervoſque tuo quos aere pararis.

Ita poſt Tanaq. Fabrum & Dacierium Bentlejus. vulgo, *tuos*. Mſ. Mark. EMTAM MEO. Mſ. Boend. & Edit. Anon. ANCILLAM MEAM EMTAM AERE MEO.

27. NEQUEO EXORARE.] Haec Phaedria Antiphoni dicit & Getae.

UT ME MANEAT.] Mſſ. Bodl. Graev. Boend. & edit. 1469. UT MANEAT.

CUM ILLO UT MUTET FIDEM.] Haec Guyeto nec Oedipus intelligit, legenti: NEQUEO EXORARE UT ME MANEAT; EO CUM UT NE MUTET FIDEM TRIDUUM HOC. Quando EO CUM, UT NE MUTET FIDEM notant, *ea conditione, ut ſtet promiſſis.* Addit autem in gloſſis ineditis: „ Primum τὸ EO in ILLO mutatum, „ metri ſuſtentandi cauſa. Τὸ M enim in CUM „ elidi putarunt, quod hic, ut & alibi ſerva- „ tum eſt. Poſtea τὸ ET additum, & τὸ NE „ exemtum. Ex vulgata lectione nulla ſenten- „ tia bona erui poteſt; immo ſententia aucto- „ ris ſententiae contraria. Phraſis autem illa, „ CUM EO, quae ſignificat, ea conditione, vul- „ go ignota, mutationis cauſa fuit.„ Ita Cicero, Livius, Columella, Celſus, Quinctilianus. Vide Fabri Theſaur. Latin. voce CUM. Et ſane rarior eſt locutio, ubi *mutare fidem cum aliquo* notat fidem alteri datam fallere. Sic *mutare dictum*, *mutare factum*, Plautina ſunt & Terentiana. Illud vero ἄκυρον videri poſſit, quod CUM ILLO UT MUTET FIDEM dixit, pro, *fidem illi datam*. Sed & ita Plautus Pſeud. I. 3. 142. ubi leno itidem in ſimili negotio:

Si tu argentum attuleris, cum illo perdiderim [fidem.

Quo reſpexiſſe Terentium crediderim, tanto magis, quod & quae de *die praeſtituta* dicit infra verſu 39. inde mutuatus eſt. Sic ille verſu 140.

Sicut haec eſt praeſtituta ſumma argento dies.

Contende porro, ſi tanti eſt, utrumque locum. Idem autem uſus τῦ CUM frequens eſt. Plaut.

Triduum hoc: dum id, quod eſt promiſſum, ab amicis argentum aufero.
Si tum non dedero, unam praeterea horam ne oppertus ſies.
Do. Obtundis. *An*. Haud longum eſt id, quod orat, Dorio: exoret, ſine.
Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicaverit.
Do. Verba iſtaec ſunt. *An*. Pamphilamne hac urbe privari ſines?
Tum praeterea horunc' amorem diſtrahi poterin' pati?
Do. Neque ego, neque tu. *Ge*. Di tibi omnes id, quod es dignus, duint!

Do.

DONATI.

31. CONDUPLICAVERIT.] Conjunctivum pro indicativo, id eſt, *Conduplicabit*. Hoc eſt aliter, FOENERATUM ISTUC BENEFICIUM TIBI PULCHRE DICES.

COMMENTARIUS.

Curc. I. 2. 49.

ſi fidem ſervas mecum.

Merc. III. 1. 33.

Si mecum ſervatur fides.

Prope ad noſtrum accedit illud Plaut. Mil. IV. 1. 36.

ne iſtanc amittam, & haec mutet fidem.

Ubi itidem poterat dixiſſe, *& haec mecum mutet fidem*. Fr. Fabricius, ILLO CUM UT MUTET FIDEM. ut ſit ἀναστροφὴ, ne verſus claudicet.

28. AUFERO.] Mſſ. Lipſ. Witt. Boend. AFFERO. Heaut. IV. 8. 9.

29. SI TUM NON DEDERO.] Videtur leno riſu vel ſimili geſtu excepiſſe verba Phaedriae. Unde is ad eum converſus haec dicit.

30. OBTUNDIS.] Edit. 1469 & quaedam aliae vetuſtae, OBTUNDI. Idem ex Codd. Victor. & Baſilic. laudat Faërnus. And. II. 2. 11.

31. HOC CONDUPLICAVERIT.] Hic verſus Guyeto ſpurius & inſititius vocatur. An, quod ſeptenarius eſt inter octonarios? Explicat autem, quod verſu 8. dixerat Antipho:

Foeneratum iſtuc beneficium tibi pulcre dices.

Ciceronianum eſt, *Cumulate reddere, cumulatiſſime referre, gratiam, beneficium*. Mſſ. & editi quidam, HIC CONDUPLICAVERIT.

32. VERBA ISTAEC SUNT.] Ad ſimilem promiſſionem ſupra verſu 8. dixerat, LOGI. Plaut. Pſeud. I. 3. 27. in re ſimili leno juveni:

mortua re, verba nunc facis.

PAMPHILAMNE HAC URBE PRIVARI SINES?] Videntur potius eſſe verba Phaedriae, mox de ſe tamquam de tertio quodam loquentis. Mſ. Boend. AB HAC URBE. Mallet Guyetus, PAMPHILANE HANC URBEM PRIVARI SINES?

33. HORUNC AMOREM.] Si ita legas, pro HORUM, ſtat verſus. qui & ſuſtentatur lectione quorundam Codicum, TUM TU PRAETEREA HORUM AMOREM.

POTERIN'.] Mſ. Mark. POTERO.

34. DI TIBI.] Mſ. Mark. PH. DI TIBI. Mſ. Traject. GE. DI TIBI OMNES, QUOD EST DIGNUM, DUINT. Mſ. Witt. DI TIBI OMNES ID, QUOD EST DIGNUM, DUINT. Ita & Mſ. Graev. ſed QUOD ES DIGNUS magis figuratum vocat Faërnus.

36. NUNC CONTRA OMNIA HAEC, REPPERI, QUI DET.] Cl. Wielingius diſtinguit, NUNC, CONTRA, OMNIA HAEC REPPERI. Mſſ. varie, NUNC OMNIA CONTRA REPPERI. NUNC CONTRA OMNIA REPPERI. NUNC CONTRA, OMNIA REPPERI. Editio anni 1469. NUNC CONTRA OMNIA REPPERI.

Videtur

Do. Ego te complures advorſum ingenium meum menſes tuli,
Pollicitantem, nihil ferentem, flentem: nunc contra omnia haec;
Repperi, qui det, neque lacrumet: da locum melioribus.
An. Certe hercle, ego, ſi ſatis commemini, tibi quidem eſt olim dies,
Quam ad dares huic, praeſtituta. *Ph.* Factum. *Do.* Num ego iſtuc nego?
An. Jam ea praeteriit? *Do.* Non: verum haec ei anteceſſit. *An.* Non pudet
Vani-

D O N A T I.

36. NIHIL FERENTEM, FLENTEM.] [1] *Ὅμοιον τῷ γένει* uſitatum veteribus.

38. TIBI QUIDEM OLIM EST DIES.] Hic OLIM, futuri temporis. Nam leno de accipienda ab adoleſcente pecunia diem conſtituerat: & inventa meliori conditione, anticipaverat tempus cum adoleſcente praeſcriptum.

40. JAM EA PRAETERIIT?] Interrogative pronuntiandum. NON: VERUM EI HAEC ANTECESSIT.] Urbane leno, HAEC ANTECESSIT: ut

OBSERV. IN DONAT.

1. *Ὅμοιον τῷ γένει.*] Editio Veneta anni 1490. rectius, Ὁμοιοτέλευτον.

COMMENTARIUS.

Videtur autem praeſtare lectio vulgata; nam & ita Adelph. I. 1. 19. itidem abſolute:

ille contra, haec omnia.

Valet igitur, *Ἀντὶ τούτων πάντων.*

37. DA LOCUM MELIORIBUS.] Cede plus dantibus, *τοῖς κρείττοσι.* Videtur deſumtum e ſollenni lictorum formula, Conſule adventante. Sic Plaut. Aul. III. 1. 2.

Date viam, *qua fugere liceat, facito totae*
Curc. II. 3. 1. *[plateae pateant.*
Date viam *mihi noti atque ignoti.*

38. DIES, QUAM AD DARES HUIC, PRAESTITUTA.] Mſ. Boend. PRAECONSTITUTA. Plaut. Pſeud. I. 1. 56. *ei rei dies*
Haec praeſtituta eſt.
Et II. 2. 28. *argento haec dies*
Praeſtituta eſt, quoad referret nobis.

Quo reſpiciens Guyetus, QUOAD DARES legit.

39. NUM EGO ISTUC NEGO?] Codd. quidam: NON EGO ISTUC NEGO.

40. JAM EA.] Mſ. Mark. JAMNE EA. Quomodo & impreſſi quidam veteres. Sed aliter legiſſe Donatum adparet.

HAEC EI ANTECESSIT.] Vario haec tentat Donatus; ſed nihil expedit. Simplicior ſenſus eſt, *Haec dies proxima eſt, ante praeſtitutam.* Unde & Fabrini: *Non è paſſato, no, ma queſto giorno è andato innanzi à quel tempo, cioè, il tempo è ſpirato d'un giorno.* Neque obſtat, quod ſequitur, NON PUDET VANITATIS? Non enim id vanum, aut falſum, aut fictum erat, ſed vere dictum a lenone. unde idem mox verſu 46. CRAS MANE ARGENTUM MIHI MILES DARE SE DIXIT: SI MIHI PRIOR TU ADTULERIS, PHAEDRIA, MEA LEGE UTAR; UT POTIOR SIT, QUI PRIOR AD DANDUM EST. Reſtat igitur, ut Antipho

Digitized by Google

Vanitatis? *Do.* Minime, dum ob rem. *Ge.* Sterquilinium. *Ph.* Dorio,
Itane tandem facere oportet? *Do.* Sic ſum: ſi placeo, utere.
An. Siccine hunc decipis? *Do.* Immo enim vero, Antipho, hic me decipit.
Nam hic me hujuſmodi eſſe ſciebat: ego hunc eſſe aliter credidi.
Iſte me fefellit: ego iſti nihilo ſum aliter, ac fui.
Sed utut haec ſunt, tamen hoc faciam: cras mane argentum mihi
Miles dare ſe dixit: ſi mihi prior tu adtuleris, Phaedria,
Mea lege utar; ut potior ſit, qui prior ad dandum 'ſt. Vale.

DONATI.

ut alii putant, meretrix vendita: ut alii, dies, qua lenoni conſtitutum fuit. An aperte leno perfidus mentitur? unde ſequitur, NON PUDET VANITATIS? Ergo plus eſt ANTECESSIT, quam PRAETERIIT. NON PUDET VANITATIS?] Apparet, ſupra lenonem de perfidia anticipati temporis eſſe confeſſum.

48. MEA LEGE UTAR.] Lenonia ſcilicet: in qua ſemper commodum eſt prius, quam fides.

COMMENTARIUS.

tipho lenonem vanitatis inſimulet, ob fraudem & perfidiam, & quod ante diem Phaedriae praeſtitutam, militi vendiderat Pamphilam. Unde Guyetus in ἀνεκδότοις: *Hoc dixit Antipho, non quod in ſuperioribus mentitum ſe eſſe leno confeſſus ſit, ut Donatus, quum dixit,* VERUM HAEC EI ANTECESSIT, *i. e. Cras aderit dies praeſtituta; ſed quod vehementius de Phaedria queſtus ſit, quaſi dies illa jam dudum praeteriiſſet.*

41. MINIME, DUM OB REM.] Hoc ipſo probat, ſe non parum lenonem eſſe, cui nihil praeter pretium dulce eſt; & τὸ κέρδος ἡδὺ, κἂν ἀπὸ ψευδῶν ᾖ.

STERQUILINIUM.] Plaut. Caſ. I. 1. 26.

Ex ſterquilinio effoſſe.

Perſ. III. 3. 2.

lutum lenonium,

Commictum coenum, ſterquilinium *publicum.*

Graeci κόπρειον ἄνδρα vocant. De vera pronunciatione vide Marq. Gudium ad Phaed. III. 12. 1.

42. SIC SUM.] Εἰμὶ τοῖος, οἷος ὁρᾷς. Vide ad And. V. 4. 16.

43. DECIPIT.] Mſſ. Bodl. & Graev. DECEPIT.

44. HIC ME HUJUSMODI ESSE SCIEBAT: EGO HUNC ESSE ALITER CREDIDI.] Sciebat me lenonem eſſe perjurum, & perniciem adoleſcentium; ego credidi hunc eſſe fide dignum, & promiſſis ſtantem.

45. ISTE ME FEFELLIT.] Mſſ. Bodl. & Witt. cum edit. 1469. IS ME FEFELLIT. Guyetus verſum hunc ſpurium vocat.

EGO ISTI NIHILO SUM ALITER, AC FUI.] And. III. 3. 13.

47. DARE SE.] Enallage temporis, pro, *daturum.*

48. MEA LEGE UTAR.] An conſuetudinem lucrum ducendi ante fidem, an conditionem emtioni adjectam intelligit? Poſterius Cl. Wielingio placet.

QUI PRIOR AD DANDUM 'ST. VALE.] Mſ. Witt. AD DANDUM QUI PRIOR EST. omiſſo τοῦ VALE.

ACTUS

ACTUS TERTII

SCENA TERTIA.

PHAEDRIA. ANTIPHO. GETA.

Ph. QUID faciam? unde ego nunc tam ſubito huic argentum inveniam miſer,
Cui minus nihilo eſt? quod, ſi hic potuiſſet nunc exorarier
Triduum hoc: promiſſum fuerat. *An.* Itane hunc patiemur, Geta,
Fieri miſerum, qui me dudum, ut dixti, adjuverit comiter?
Quin, quum opus eſt, beneficium rurſum ei experimur reddere?
Ge. Scio quidem hoc eſſe aequom. *An.* Age ergo, ſolus ſervare hunc potes. *Ge.*

DONATI.

1. QUID FACIAM?] *Οἰκονομία ad futurum exitum Comoediae.*
2. MINUS NIHILO.] Ὑπερβολή.

4. ADJUVERIT.] • Secundum u, pronuntiari debet. ADJUVERIT COMITAR?] COMITER, veteres dixerunt παρὰ τὸ κόσμος.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Secundum U pronuntiari debet.*] Guyetus in Scholiis Mſſ. *Secundum U pronuntiari non debet.* Laudat porro Ennianum illud: *O Tite, ſi quid ego* adjuero, *curamve levaſſo.* Ubi vulgo *adjuro.* Notatque Columna, ita Terentium dixiſſe ADJURIT pro ADJUVERIT.

COMMENTARIUS.

1. EGO NUNC.] Mſſ. quidam, NUNC EGO.

TAM SUBITO.] Cras mane. ſupra III. 2. 46.

HUIC ARGENTUM INVENIAM.] Sane, quod conjiciebat Guyetus, elegantius erat, HOC ARGENTUM. Neque ſane adeo difficile erat *invenire argentum*, quam quidem HOC ARGENTUM, triginta nimirum minas. Tum oppoſitio major eſt, ſi illa tanta ſumma memorata, mox addit, CUI MINUS NIHILO EST Porro neſcio, quomodo offendit HUIC & mox HIC. Eſt vero Comicum, *invenire argentum*, pro conficere, Terentio & Plauto familiare.

2. QUOD, SI HIC POTUISSET NUNC EXORARIER TRIDUUM HOC: PROMISSUM FUERAT.] Mſſ. Leidenſes quatuor, Lipſ. Witt. Graev. QUOD HIC SI POTUISSET. Quando τὸ QUOD fuerit relativum, hoc ſenſu & ordine, QUOD (argentum) PROMISSUM FUERAT, SI HIC POTUISSET NUNC EXORARIER TRIDUUM HOC. Eundem ſenſum dat lectio Faërni, QUOD, HIC SI POTE FUISSET EXORARIER. A Mſ. Bodl. abeſt τὸ HIC. praeſtat autem legere, ut edidi Parum enim Latine dicitur: UNDE ARGENTUM INVENIAM MISER, CUI (miſero) MINUS NIHILO SIT, QUOD (argentum) PROMISSUM FUERAT. Eſt porro antecedens pro conſequente, valetque, *Dinumerari potuerat*, quia nimirum fuerat promiſſum.

5. EXPERIMUR.] Mſſ. Bodl. Graev. Mark. & editio 1469. EXPERIAMUR.

6. AEQUOM.] Codices quidam, VERUM.

7. INVE-

Digitized by Google

Ge. Quid faciam? *An.* Invenias argentum. *Ge.* Cupio: ſed id unde, edoce.

An. Pater adeſt hic. *Ge.* Scio: ſed quid tum? *An.* Ah! dictum ſapienti ſat eſt.

Ge. Itane? *An.* Ita. *Ge.* Sane hercle pulchre ſuades. etiam tu hinc abis?

Non triumpho, ex nuptiis tuis ſi nihil nanciſcor mali:

Ni etiam nunc me hujus cauſa quaerere in malo jubeas crucem?

An. Verum hic dicit. *Ph.* Quid? ego vobis, Geta, alienus ſum? *Ge.* Haud puto.

Sed parumne eſt, quod omnibus nunc nobis ſuccenſet ſenex,

Ni inſtigemus etiam, ut nullus locus relinquatur preci?

Ph.

DONATI.

7. QUID FACIAM?] ² Comiter. quamvis uterque intelligat, quid alteruter dicat, diſſimulant tamen.

11. NI ETIAM NUNC ME HUJUS CAUSA QUAERERE IN MALO JUBEAS CRUCEM?] Quaſi dicat, *In malo aliud malum.*

14. RELINQUATUR PRECI?] Bene, PRECI.

OBSERV. IN DONAT.

2. *Comiter.*] Malim, *Comice.*

COMMENTARIUS.

7. INVENIAS.] Mſ. Witt. INVENIAMUS.

8. DICTUM SAPIENTI SAT EST.] Senſus eſt, Vel unicum dictum ſat eſt ſapienti homini, ad intelligentiam reliquorum. Galli dicunt, *A bon entendeur ne faut qu'une demie parole.* Fabrini vertit:-*Una parola ſola baſta à un ſavio.* Intelligit autem, patrem argento eſſe emungendum; quod ſenticns mox Geta reſpondet, ITANE? Idemque teſtatur de Phormione, infra IV. 2. 1. ſeqq. Uſus eſt eodem dicto, iiſdemque verbis Plautus, Perſ. IV. 7. 19.

10. NON TRIUMPHO.] Simili fere ſenſu dixit Heaut. IV. 2. 5. Quum vero varie hunc locum capiant Interpretes, ſimplicior ſenſus eſſe videtur: *Non ſatis me is perditum, ſi maxime nihil mali ex tuis nuptiis nanciſcor, niſi jubeas me hujus tui cognati cauſa malum in cruce quaerere?*

NIHIL NANCISCOR MALI.] Sic And. V. 6. 3.

11. QUAERERE IN MALO JUBEAS CRUCEM?] Ajunt, ſenſum eſſe, *In parvo malo malum magnum quaerere*; atque *parvum* illud *malum* intelligunt de nuptiis Antiphonis. Sed contrariatur, quod modo dixerat ſervus, EX NUPTIIS TUIS SI NIHIL NANCISCOR MALI. Malim igitur per ὑπαλλαγὴν dictum accipere, pro, QUAERERE MALUM IN CRUCE.

12. VERUM HIC DICIT.] Haec Antipho dicit ad Phaedriam converſus.

14. NI INSTIGEMUS.] Mſ. Bodl. & edit. anni 1469. NE INSTIGEMUS.

NULLUS LOCUS RELINQUATUR PRECI?] Sic And. III. 4. 22.

15. AB OCULIS MEIS.] Vide ad Adelph. IV. 5. 35.

16. TUM IGITUR.] Servius ad Virgil. Aeneid.

IX,

Ph. Alius ab oculis meis illam in ignotum hinc abducet locum? hem!
Tum igitur dum licet, dumque adſum, loquimini mecum, Antipho:
Contemplamini me. *An.* Quamobrem? aut quidnam facturus, cedo?
Ph. Quoquo hinc aſportabitur terrarum, certum eſt perſequi,
Aut perire. *Ge.* Di bene vortant, quod agas! pedetentim tamen.
An. Vide, ſi quid opis potes adferre huic. *Ge.* Si quid! quid? *An.* Quaere, obſecro,
Ne quid plus minuſve faxit, quod nos poſt pigeat, Geta.
Ge. Quaero. ſalvos eſt, ut opinor: verum enim metuo malum.
An. Noli metuere: una tecum bona, mala, tolerabimus.

Ge.

DONATI.

19. PEDETANTIM.] Caute. a pedibus & tentando. PEDETENTIM TAMEN.] Hoc quidam ſic accipiunt, tanquam Getae dicat Antipho, ut caute aggrediatur ſenem fallere.

COMMENTARIUS.

IX. 484. ita citat integrum verſum: QUIN IGITUR, DUM LICET, LOQUIMINI MECUM, ANTIPHO. Editio anni 1469. DUM IGITUR LICET.

DUMQUE ADSUM.] Ita loquitur, quia mox dicturus erat, ſe perſecuturum amicam eſſe.

17. QUIDNAM FACTURUS.] Mſ. Bodl. QUIDNAM ES FACTURUS.

18. QUOQUO HINC ASPORTABITUR TERRARUM, CERTUM EST PERSEQUI.] Sic Plautus, Merc. V. 2. 16.

certa re 'ſt,
Me uſque quaerere illam, quoquo hinc abducta eſt gentium.

Valet autem ASPORTABITUR, *Abſportabitur*. Nepos Themiſt. 2. *Omnia, quae moveri poterant, partim Salaminem, partim Troezenem* aſportant. Eadem ratione *Aſpellere* eſt, Abspellere.

PERSEQUI.] Mſ. Mark. PROSEQUI. Eſt vero in voce PERSEQUI ſollicitudo quaedam cum feſtinatione. Phaed. I. 28. 5. de vulpe catulos ſuos repetente ab aquila:

Hanc perſequuta *mater, orare incipit.*

19. PEDETENTIM.] Subaudi, *Perſequaris.* q. d. σπεῦδε βραδέως. Quo minus autem haec Antiphoni tribuantur, & Getae dicta, quod Donati aetate quidam putabant, & Mſſ. nonnulli exhibent, facit, quod Geta nondum receperat, ſe operam daturum Phaedriae.

21. NE QUID PLUS MINUSVE FAXIT.] Interpretatur Mericus Caſaubonus, *Ne quid omnino faciat*. Parum accurate. ſubauditur enim, *Quam aequum ſit*. Sic Plaut. Capt. V. 3. 18.

Eheu! cur ego plus minuſque feci, *quam aequom fuit!*

Menaechm. IV. 2. 25.

aut plus,
Aut minus, *quam opus erat multo, dixeram.*

Noſter, Hecyra V. 1. 4.

Aut ne quid faciam plus, *quod poſt me* minus *feciſſe ſatius ſit.*

Suet. Aug. 84. *Ne* plus minuſve *loqueretur ex tempore*. Expreſſit Xenophon, laudante Pareo: Ἀπρονόητον ἡ ὀργὴ, ὥστε πολλάκις ἐξεργάζεσθαι, ἃ μεταμελεῖν ἀνάγκη.

22. VERUM ENIM METUO.] Editio anni 1469. VERUM ENIMVERO METUO.

23. UNA TECUM BONA, MALA, TOLERABIMUS.]

Ge. Quantum tibi opus eſt argenti? loquere. *Ph*. Solae triginta minae.
Ge. Triginta! hui, percara eſt, Phaedria. *Ph*. Iſtaec vero vilis eſt.
Ge. Age, age, inventas reddam. *Ph*. O lepidum caput!
Ge. Aufer te hinc. *Ph*. Jam opus eſt. *Ge*. Jam feres:
Sed opus eſt, mihi Phormionem ad hanc rem adjutorem dari.
An. Praeſto eſt: audaciſſime oneris quidvis impone, & feret:
Solus eſt homo amico amicus. *Ge*. Eamus ergo ad eum ocius.
An. Numquid eſt, quod opera mea vobis opus ſit? *Ge*. Nihil. verum abi domum,

Et

DONATI.

25. ISTAEC VERO VILIS EST.] Amatorie.
30. SOLUS EST HOMO AMICO AMICUS.] *Apollodorus*, [3] *Μόνος φιλεῖν γὰρ τοὺς φίλους ἐπίσταται.*

OBSERV. IN DONAT.

3. *Μόνος φιλεῖν γὰρ τοὺς φίλους ἐπίσταται.*] Ita reſtituit Guyetus, quum antea legeretur, *Μόνος ἐπίσταται φιλεῖν φίλους.*

COMMENTARIUS.

MUS.] Adelph. III. 4. 50. Ad eundem modum Virgil. Aen. II. 709.

Quo res cumque cadent, unum & commune periclum,
Una ſalus ambobus erit.

Cicero Att. VIII. 3. *Ut mihi vel conſilium meum cum illius conſilio, vel fortuna conjungenda eſſe videatur.* Tacitus Hiſt. I. 37. verba Othonis: *Adeo manifeſtum eſt, neque perire nos, neque ſalvos eſſe, niſi una, poſſe.* Simile prorſus exemplum eſt in Libro Ruth I. 16. 17.

25. ISTAEC VERO VILIS EST.] Mſ. Bodl. & edit. 1469. ISTA. Malim ISTOC, ſubaudi, pretio.

27. PH. JAM OPUS EST. GE. JAM FERES.] Vis omnis eſt in τῷ JAM. Sic And. IV. 1. 59.

29. AUDACISSIME ONERIS QUIDVIS IMPONE, ET FERET.] Sic And. V. 3. 26. Editio anni 1469. QUID VIS ONERIS, IMPONE, FERAT.

30. SOLUS EST HOMO AMICO AMICUS.] Sic Plaut. Bacchid. III. 2. 2.

Homini amico, qui eſt amicus, *ita uti nomen poſſidet*,
Niſi Deos, ei nihil praeſtare.

Mil. III. 1. 65.

non invenies alterum
Lepidiorem ad omnes res, nec qui amicus amico ſit magis.

Ex Ariſtophane apud Athenaeum citat Eraſmus.

ἀλλ᾽ οὐδὲν μέλει
Τῶν σκωμμάτων μοι. τῶν φίλων γὰρ ὢν φίλος,
Ἔργοισι χρηστὸς, οὐ λόγοις ἔφυ μόνος.
at nihil moror dicteria:
Amico amicus cum ſiem factis, neque
Verbis modo prodeſſe propoſitum mihi, ſed re ſimul factiſque.

GE. EAMUS ERGO AD EUM OCIUS.] Mſſ. Mark. Lipſ. Witt. Boend. cum edit. 1469. addunt: PH. ABI, DIC, PRAESTO UT SIT DOMI. Atque ita, ſed diverſo charactere, edidit Pareus. Sed in

Et illam miſeram, quam ego nunc intus ſcio eſſe exanimatam metu,
Conſolare. ceſſas? *An.* Nihil eſt, aeque quod faciam lubens.
Ph. Qua via iſthuc facies? *Ge.* Dicam in itinere: modo te hinc amove.

COMMENTARIUS.

in Mſ. Graev. eſt, Ge. Abi, dic, praesto ut sit domi. omiſſis illis, Eamus ergo ad eum oeius.

31. Numquid est.] Sic And. I. 1. 4.

Nihil. verum abi domum.] Mſ. Witt. Nihil vero. abi domum.

34. Qua via.] Heaut. I. 1. 49.

Te hinc amove.] And. IV. 2. 24.

ACTUS QUARTI

SCENA PRIMA.

Demipho. Chremes.

De. Quid? qua profectus cauſa hinc es Lemnum, Chremes?
Adduxtin' tecum filiam? *Ch.* Non. *De.* Quid ita non?
Ch. Poſtquam videt me ejus mater eſſe hic diutius,
Simul autem non manebat aetas virginis

Meam

DONATI.

1. Quid? qua profectus causa.] *Haec eſt narratio ſimplex.*

COMMENTARIUS.

1. Quid? qua profectus causa hinc es Lemnum, Chremes? adduxti n' tecum filiam?] Notabilem ἰδιωτισμὸν veterum recte vocat J. Fr. Gronovius ad Plaut. Bacchid. II. 3. 15.

Ni. *Quid hoc? qua cauſa eum hinc in Epheſum miſeram,*
Accepitne aurum ab hoſpite Archidemide?

Lemnum.] Unum e novem Cycladibus, in Mari Aegeo. Sie Nep. Milt. 2.

2. Adduxtin'.] Codd. quidam, Abduxtin'.

4. Simul.] Adhaec, praeterea.

Manebat.] Exſpectare poterat. Supra III. 2. 4. & 27.

 5. Ipsam

Meam negligentiam: ipſam cum omni familia
Ad me profectam eſſe ajebant. *De*. Quid illic tam diu,
Quaeſo, igitur commorabare, ubi id audiveras?
Ch. Pol me detinuit morbus. *De*. Unde? aut qui? *Ch*. Rogas?
Senectus ipſa eſt morbus. ſed veniſſe eas
Salvas, audivi ex nauta, qui illas vexerat.
De. Quid gnato obtigerit, me abſente, audiſtin' Chreme?
Ch. Quod quidem me factum conſilii incertum facit.
Nam

DONATI.

9. Senectus ipsa est morbus.] *Apollodorus*, *Τὸ γῆράς ἐστι αὐτὸ νόσημα.*

13. Hanc conditionem si cui tulero.] *Κυριολογία*, quia *ferre conditionem alicui* dicimus.

COMMENTARIUS.

5. Ipsam cum omni familia ad me profectam esse ajebant.] *Ἀνακόλουθον*, pro, *Ad me profecta eſſe dicebatur*. Rivius τὸ Esse recidit. Mſ. Graev. Ajebat.

9. Senectus ipsa est morbus.] Bion, teſte Diogene Laërtio, in ejus vita, init. *Τὸ γῆρας ἔλεγεν ὅρμον εἶναι τῶν κακῶν.* unde Aegidius Menagius hunc verſum format:

Πάντων τὸ γῆρας ὅρμος ἐστὶ τῶν κακῶν.
Senectus omnium malorum portus eſt.

Plura *παράλληλα* habet Eraſmus in Adag. Adde Senecam, Epiſt. CVIII. Incertus Poëta: *Ἐπὰν γέροντά τινα ἴδῃς, ἢ γραῦν τινα, ἴσθ' εὐθὺς, ὅτι κακῶς ἔχει.*

10. Vexerat.] Mſſ. & editi quidam poſt an. 1469. Advexerat.

11. Obtigerit.] In utramque partem *obtingendi* verbo utuntur. vide And. V. 6. 2. Ratio autem nulla eſt, quare citra interrogationem hic verſus legatur. quod vult Guyetus.

13. Hanc conditionem si cui tulero.] H.e. Filiae meae matrimonium obtulero. Hec. II. 1. 44. Eſt vero antecedens pro conſequente. Notat enim proprie *conditio* tractatum, ſeu pactionem, qua contrahitur matrimonium. Nepos Cim. I. *Egit cum Cimone, ut eam ſibi uxorem daret. Id ſi impetraſſet, ſe pro illo pecuniam ſoluturum. Is quum talem* conditionem *aſpernaretur.* Unde paſſim pro nuptiis licitis, ſeu illicitis uſurpatur. Juſtin. XI. 7. *Tam pulchra* conditio *prima regni felicitas videbatur.* Sueton. Aug. 69. Conditiones *quaeſitas per amicos, qui matresfamilias & adultas aetate virgines denudarent, atque perſpicerent, tanquam Thoranio mangone vendente.* Intelligit autem h. l. nuptias puellae clam ſuſceptae ex uxore Lemnia. Plaut. Trin. II. 4. 87.

Nunc conditionem *hanc, quam ego* fero, *&*
quam abs te peto,
Dare atque accipere, Lesbonice, te volo.

Extrario.] Feſtus *Extrarium* exponit, *qui extra focum, juſque noſtrum ac ſacramentum eſt.* Certe ita Suet. Veſp. 5. *Prandente eo quondam, canis* extrarius *e trivio manum humanam intulit, menſaeque ſubjecit.* Apulej. Apolog. *Praeterea minabatur, ſi* extrario *nupſiſſet, nihil ſe filiis ejus ex paternis eorum bonis teſtamento relicturum.* Erit igitur *Extrarius*, non domeſticus, non ex eadem familia. Quanto magis mirum, τὸ *Extrarius* Latinum non videri Mureto, legenti Extraneo. Editio 1469. Ex contrario. Dicitur autem *Extraneus* & *Extrarius*, uti *Praeſentaneus* & *Praeſentarius*: *Proletaneus* & *Proletarius*. Pauci Mſſ. Extraneo. Atque ita editio Tarviſiana cum Venetis, Anonyma, & Gambarello. Porro, *Extrarius*, ſeu *Extraneus* conſanguineis & domeſticis opponitur. Vide Suet. Claud. 4. & 9.

20. Quod si fit.] Mſſ. & editi quidam poſt an. 1469. Quod si scit.

Ut me excutiam.] Mericus Caſaubonus interpretatur, *Si quid in me opis aut ingenii ſit, id adhibeam, ut mihi de futuro proſpiciam.* Parum accurate, ut videtur. Nullus enim in illis ſenſus,

Nam hanc conditionem ſi cui tulero extrario;
Quo pacto, aut unde mihi ſit, dicendum ordine eſt.
Te mihi fidelem eſſe aeque, atque egomet ſum mihi,
Scibam: ille, ſi me alienus adfinem volet,
Tacebit, dum intercedet familiaritas:
Sin ſpreverit me, plus, quam opus eſt ſcito, ſciet.
Vereorque, ne uxor aliqua hoc reſciſcat mea.
Quod ſi ſit, ut me excutiam, atque egrediar domo,
Id reſtat. nam ego meorum ſolus ſum meus.

De.

DONATI.

15. TE MIHI FIDELEM ESSE AEQUE.] Mire admiſtum ante completam ſententiam de extraneo; TE MIHI FIDELEM ESSE.

17. TACEBIT, DUM INTERCEDET FAMILIARITAS.] Incertum, quando proditum iri ſe dicat, ante, an poſt nuptias.

20. UT ME EXCUTIAM.] Legitur &, EXCUTIAT.

21. MEORUM SOLUS SUM MEUS.] *Apollodorus*: ἐγὼ γάρ εἰμι τῶν ἐμῶν ἐμὸς μόνος.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Ἐγὼ γάρ εἰμι τῶν ἐμῶν ἐμὸς μόνος.*] Ante Guyetum, qui ita ex metri ratione reſcripſit, legebatur, Ἐγὼ γάρ εἰμι μόνος τῶν ἐμῶν ἐμός.

COMMENTARIUS.

ſenſus, *Ut me explorem ipſe; ut quid de rebus meis faciam, me in conſilium adhibeam, atque egrediar domo.* Videtur igitur tangere morem eorum virorum, qui matrimonio mulctati a ſuis uxoribus, & egredientes foras, excutere veſtimenta jubebantur, ut conſtaret, nihil ſub ipſis latere, quod clam auferre poſſent. Hoc enim ſenſu & homo, & veſtis *excuti* proprie dicitur. Plaut. Aul. IV. 4. 19.

> *agedum*, excute*dum pallium.*

Phaed. V. 5. 18.

> *ut ſubeſſe pallio contenderent,*
> *Et* excuti *juberent.*

Suet. Claud. 35. *Neque aegrum quemquam viſitavit, niſi explorato prius cubiculo, culcitiſque, & ſtragulis praetentatis, &* excuſſis. Vide Parei Lexic. Plaut. Quando ſenſus erit, q. d. Gallice, *Je n'ay qu'à vuider la maiſon, ſans rien emporter.* Donati EXCUTIAT, quod quidam probant, valet, *foras quatiat.* Sic Cic. Philipp. II. 22. *Conſules ex Italia* excuſſos. Dacieria morem Graecorum, aliorumque ex Oriente populorum reſpici exiſtimat, veſtes excutientium ad fores aedium, unde egrediebantur. Sic in Evang. Matth. X. 14. *Ἐξερχόμενοι τῆς οἰκίας, ἢ τῆς πόλεως ἐκείνης, ἐκτινάξατε τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν ὑμῶν.* Fabrini ita cepit, quaſi ſenſus ſit, *Me abigam*, vertens, *Mi reſta ſol queſto, che mi biſogna fuggire, e uſcir di caſa.*

21. EGO MEORUM SOLUS SUM MEUS.] *Noſtri* dicuntur, qui nobis favent. Sic And. V. 6. 12. Id igitur vult Demipho, neminem familiarium ſibi favere, neque adeo culpam deprecaturum apud uxorem. Plaut. Curc. IV. 2. 12. de lenonibus:

> *Nec vobis auctor ullus eſt, nec voſmet eſtis ulli.*

Sed *ſuus* eſſe dicitur, qui ſui eſt arbitrii. Plaut. Menaechm. V. 7. 54.

> *dicam, ut a me abeat liber, quo volet:*
> *Ne tum, quando* ſuus *factus ſit, a me ar-*

Perſius, V. 88. [*gentum petas.*

> *Vindicta, poſtquam* meus *a praetore receſſi.*

Eodem modo *habere* dicimus eos, qui pro nobis ſentiunt. Cic. Fam. XIV. 1. *Sed tamen, ſi*

 omnes

De. Scio ita eſſe: & iſtaec mihi res ſollicitudini eſt:
Neque adeo defetiſcar umquam experirier,
Donec tibi id, quod pollicitus ſum, effecero.

DONATI.

24. DONEC TIBI ID, QUOD POLLICITUS SUM, EFFECERO.] [1] *Virgilius,* *donec me flumine vivo Abluero.*

OBSERV. IN DONAT.

1. *Virgilius.*] Aen. II. 719.

COMMENTARIUS.

omnes tribunos plebis habemus, *ſi Lentulum tam ſtudioſum, quam videtur, ſi vero etiam Pompejum & Caeſarem, non eſt deſperandum.* Utrumque junxit Fam. XII. 12. *Crede mihi, hunc exercitum, quem* habeo, *ſenatus atque optimi cujuſque eſſe, maximeque* tuum. Fabrini vertit: *Io non sarò padrone, ſe non di me ſolo.* An is ſenſus eſt: *Nihil eorum quae domi meae ſunt, meum eſt. atque adeo vacuo mihi exeundum erit.*

22. ET ISTAEC MIHI RES SOLLICITUDINI EST.] Editio anni 1469. ET IDEO ISTAEC RES MIHI SOLLICITUDINEM.

23. NEQUE ADEO DEFETISCAR UMQUAM EXPERIRIER.] Haec Libri Bembini lectio eſt; quae varie exhibetur in Mſſ. aliis. Leidenſes quinque, Traject. Graev. NEQUE DEFETISCAR UMQUAM EGO EXPERIRIER. Eandem lectionem laudat Guyetus ex Cod. Regio, & Quadrato. eiſque in edd. Juntina, Aldina, Antverpienſi, anni 1546. Pictavienſi, & Rob. Stephani, niſi quod priores binae DEFECISCAR legunt. Mſ. Boend. NEQUE DEFETISCAR EGO UMQUAM ADEO EXPERIRIER. Atque ita editio Anonyma, ſed legens, DEFICISCAR, neque aliter Venetae, cum Argentina & aliis. Mſ. Bodl. NEQUE DEFETISCAR IDEO INQUAM EGO EXPERIRIER. Mſ. Witt. NEC DEFETISCAR NUNQUAM ADEO EXPERIRIER. Eugraphius & Gambarellus: NEQUE DEFETISCAR UMQUAM ADEO EXPERIRIER. Rivius, NEQUE DEFETISCAR USQUE ADEO EXPERIRIER. Quomodo citat Priſcianus Lib. X. & XVIII. exponens, οὔτε ἐξαπειρήσαιμι ἄν. Lectio autem Mſſ. Leidenſium genuina videtur, in qua τὸ EGO poſt UMQUAM collocatur. τὸ ADEO autem vel ob inconſtantem ſedem ſuſpectum videtur. In quibuſdam Codd. DEFATISCAR legitur.

24. ID QUOD TIBI POLLICITUS SUM.] Intelligit filii ſui cum filia fratris nuptias.

ACTUS

Digitized by Google

ACTUS QUARTI

SCENA SECUNDA.

GETA.

EGo hominem callidiorem vidi neminem,
Quam Phormionem. venio ad hominem, ut dicerem,
Argento opus eſſe, & id quo pacto fieret.
Vixdum dimidium dixeram, intellexerat.
Gaudebat: me laudabat: quaerebat ſenem:
Dis gratias agebat, tempus ſibi dari,
Ubi Phaedriae ſe oſtenderet nihilo minus
Amicum eſſe, quam Antiphoni. hominem ad forum
Juſſi operiri: eo me eſſe adducturum ſenem.
Sed eccum ipſum. quis eſt ulterior? atat! Phaedriae
Pater venit. ſed quid pertimui autem, bellua?
An quia, quos fallam, pro uno duo ſunt mihi dati?

DONATI.

2. VENIO AD HOMINEM.] Venuſte repetitum, HOMINEM.

COMMENTARIUS.

3. ARGENTO OPUS ESSE.] Codices quidam Mſſ. & impreſſi, ARGENTUM OPUS ESSE.

4. VIXDUM DIMIDIUM DIXERAM, INTELLEXERAT.] In Phormione igitur verum, quod ſupra dicebat Antipho, III. 3. 8. *Dictum ſapienti ſat eſt*. Mſ. Boend. & editio Anonyma: VIX DIMIDIUM DIXERAM DUM, INTELLEXERAT.

10. QUIS EST ULTERIOR?] Nimis argutatur Guyetus, legens, QUIS EST INTERIOR? h. e. dignior; & inde conficiens, Chremetem Demiphone majorem natu fuiſſe. Quaſi vero hic de honore agatur, & non de numero advenientium.

11. BELLUA?] Convicium in ſe ipſum. Eun. IV. 4. 37. Et Plaut. Moſtell. III. 1. 78.

neque ego tetriorem belluam
Vidiſſe me unquam quenquam, quam te, cenſeo.

Trin. IV. 2. 110.

nae tu me, edepol, arbitrare belluam.

13. Com-

Commodius eſſe opinor duplici ſpe utier.
Petam hinc, unde a primo inſtitui. is ſi dat, ſat eſt:
Si ab eo nihil fiet, tum hunc adoriar hoſpitem.

DONATI.

15. Hunc adoriar hospitem.] Aſtute Hospitem, de eo qui ſupervenit: nomen aptum imprudenti rerum, atque alieno ab earum ſcientia. [1] *Salluſtius, Vitam ſicuti peregrinantes tranſegere, &c.*

OBSERV. IN DONAT.

1. *Salluſtius.*] Catil. 2. legitur &, *tranſiere.*

COMMENTARIUS.

13. Commodius esss.] Hunc verſum expungit Guyetus. Eſt vero appoſitiſſimus & Latiniſſimus. Unde & Priſcianus Inſtit. Grammat. Lib. VII. eum laudat. Mſ. Graev. Commodius est.

Duplici spe utier.] Sic Plaut. Truc. IV. 4. 15.

Cogitato, mus puſillus quam ſit ſapiens beſtia,
Aetatem qui uni cubili nunquam committit ſuam.
Quia ſi unum oſtium obſideatur, aliud perfugium gerit.

Ovid. Remed. Amor. 449.

Qui ſibi jam pridem ſolatia bina *paravit.*

Id Gallis eſt, *Avoir deux cordes à ſon arc.* Pindarus, Olymp. VI. fin. *Ἀγαθαὶ δὲ πέλοντ' ἐν χειμερίᾳ νυκτὶ θοᾶς ἐκ ναὸς ἀπεσκῖμφθαι δύ' ἄγκυραι. Utiles autem ſunt in tempeſtuoſa nocte celeri ex nave dependere ad firmandum duas anchoras.* Citat Weitzius e Stobaeo, Serm. CCLXI. verba Ariſtonymi: Οὔτε ναῦν ἐκ μιᾶς ἀγκύρας, οὔτε βίον ἐκ μιᾶς ἐλπίδος ὁρμιστέον. *Neque navem una ſola anchora, neque vitam una ſpe muniri oportet.*

14. A primo.] Ita integre, pro, *primo.* ut *ad primum*, pro, *primum.* Sic infra IV. 3. 37. & 45. Plaut. Moſtell. III. 2. 139.

multum improbiores ſunt, quam a primo *credidi.*

Is si dat.] Mſſ. Graev. Witt. Boend. Si is dat. Edit. 1469. Si dat.

Sat est.] Mſſ. Witt. & Boend. Satis est.

15. Ab eo.] Mſ. Mark. & editio 1469. Ab hoc. Neque aliter Mſſ. Boecleri.

Tum.] Editio Anonyma, Tamen.

ACTUS

ACTUS QUARTI
SCENA TERTIA.

ANTIPHO. GETA. CHREMES. DEMIPHO.

An. EXSPECTO, quam mox recipiat huc ſeſe Geta.
Sed patruum video cum patre adſtantem. hei mihi!
Quam timeo, adventus hujus quo impellat patrem.
Ge. Adibo hoſce. o noſter Chremes! *Ch.* Salve, Geta.
Ge. Venire ſalvom volup'eſt. *Ch.* Credo. *Ge.* Quid agitur?
Ch. Multa advenienti, ut fit, nova hic, compluria.

DONATI.

EXSPECTO, QUAM MOX RECIPIAT HUC SESE GETA.] *Ad errorem cumulandum, perſona Antiphonis interponitur: ut ei adaucto metu amittendae uxoris, major vis fiat repentinae laetitiae.*

5. VOLUP' EST.] [1] *Hoc* VOLUP nomen eſt, ut *hoc facul:* ſic enim veteres per ἀποκοπὴν loquebantur.

6. COMPLURIA.] Secundum regulam locutus eſt. nam *hoc complure*, & *haec* COMPLURIA. NOVA HIC, COMPLURIA.] Sic veteres, quod noſtri demta ſyllaba COMPLURA dicunt. Sic *Cato* Originum ſecundo; *Fana hoc loco compluria. Cicero* in Protagora, *Confirmandi genera compluria.* Credo quia veteres [2] *hoc plure*, non *hoc plus* dicebant.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Hoc* VOLUP *nomen eſt.*] Sic Ennius, Annal. VII.
Qui cum multa volup, *ac gaudia clamque palamque.*
Ubi vide omnino quae notavit Hieron. Columna. Plautus paſſim. Adde Non. Marcellum.

2. *Hoc plure.*] Plaut. Caeco, ſive Paedonibus:
Plure *altero tanto, quanto ejus fundus eſt, velim.*

COMMENTARIUS.

1. QUAM MOX.] Sic Eun. IV. 7. 18.

RECIPIAT HUC SESE.] Sic ſupra II. 4. 24. Mſſ. Bodl. Graev. Witt. cum edit. 1469. RECIPIAT SESE, omiſſo HUC. quod nec Donatum agnoſcere ſcribit Faërnus.

3. QUAM TIMEO.] Sic ſupra III. 1. 18.

HUJUS.] Abeſt a Mſ. Witt.

4. O NOSTER CHREMES!] Codd. quidam, O SALVE, NOSTER CHREME.

5. VENIRE SALVOM.] Mſ. Witt. VENIRE SALVOM TE.

VOLUP' EST.] Mſſ. Bodl. & Graev. cum edit. 1469. VOLUPTAS EST. Gr. καθ' ἡδονήν.

CH. CREDO.] Ita Mſſ. Leidenſes omnes, Traject. Graev. Boend. & Witt. cum pleriſque omnibus impreſſis veteribus. Adveniens enim Chremes Getae adventum gratulanti reſpondet. Demipho vero jam dudum advenerat. Quod Dacieria notat, *Credo & creditur ſont des termes de civilité, dont on ſe ſervoit pour remercier ceux, qui faiſoient quelques honnêtetez*, hic locum non habet.

6. NOVA HIC, COMPLURIA.] Ita diſtinguendum. Neque enim pleonaſmus eſt, MULTA

Ge. Ita. de Antiphone audiſtin' quae facta? *Ch.* Omnia.
Ge. Tun' dixeras huic? facinus indignum, Chreme,
Sic circumiri! *De.* Id hoc cum agebam commodum.
Ge. Nam hercle ego quoque id quidem agitans mecum ſedulo,
Inveni, opinor, remedium huic rei. *De.* Quid, Geta?
Quod remedium? *Ge.* Ut abii abs te, fit forte obviam
Mihi Phormio. *Ch.* Qui Phormio? *Ge.* Is, qui iſtam. *Ch.* Scio.
Ge. Viſum eſt mihi, ut ejus tentarem ſententiam.
Prendo hominem ſolum: cur non, inquam, Phormio,
Vides,

DONATI.

9. COMMODUM.] Commoda aeſtimatio eſt temporis: * Commodum, tantum quod *Lucilius: Quod mibi commodum eſt, aut uda veſtimenta depoſueram.*

13. IS QUI ISTAM.] Ἀποσιώπησις tertia. deeſt *Obtruſit nobis*, aut, *Defendit*, aut quid tale.

OBSERV. IN DONAT.

3. *Commodum, tantum quod Lucilius.*] Locus diſtinctione laborat. Scripſit Donatus: COMMODUM.] *Commoda aeſtimatio eſt temporis.* COMMODUM.] *Tantum quod. Lucilius: Quod mibi commodum eſt, aut uda veſtimenta depoſueram.* In aliis eſt, *repoſueram.*

COMMENTARIUS.

COMPLURIA. Sed quaſi binae ſententiae ſunt. Ubi enim dixiſſet, MULTA ADVENIENTI, UT FIT, NOVA HIC, ſubaudi, *narrantur*, ſubjicit quaſi aucturus, quod dixerat, admirabundus, COMPLURIA! Sic Adelph. III. 3. 38.

nimium *inter vos, Demea, ac*
Non, quia ades praeſens, dico hoc, pernimium *intereſt.*

8. TUN' DIXERAS HUIC?] Haec Geta ad Demiphonem converſus, q. d. Tune fratri tuo Chremeti narraveras nova illa? Guyetus: *Nonne praedixeras huic deceptum iri a lenonibus?* Quae Boeclero *nimium exquiſita interpretatio* dicitur. Credo, Guyeto in animo fuiſſe locum Adelph. I. 2. 3. ubi *Dixin'* valet, *praedixine.*

9. CIRCUMIRI!] H. e. decipi. antecedens pro conſequente. Plaut. Pſeud. III. 2. 109.

eum circumire *in hunc diem,*
Ut me, ſi poſſet, muliere interverteret.

Eſt igitur *circumire* proprie captare.

DE. ID HOC CUM AGEBAM COMMODUM.] Haec Chremeti tribuit Guyetus. Sic Eun. II. 3. 51. Plaut. Caſ. III. 4. 3.

Sed eccum ante aedes. ad te, hercle, ibam commodum.

Merc. I. 2. 106.

ſi iſtac ibis, commodum *obviam venies patri.*

Rud. II. 6. 35.

eaſque res agebam commodum.

Valet igitur COMMODUM, opportune admodum, jam jam, eo ipſo tempore.

11. INVENI, OPINOR, REMEDIUM.] Phaed. V. Prol. 2. 5.

Qui pretium operibus majus inveniunt.

Ad quae verba Schefferus: *Eleganter, ad notandam callidam excogitationem doli ac commenti.* Mſſ. Bodl. Graev. Witt. Boend. & edit. 1469. INVENI, UT OPINOR, REMEDIUM.

HUIC REI.] Intelligit nuptias Antiphonis & Phanii.

DE. QUID, GETA?] Haec Chremeti tribuuntur

Vides, inter vos ſic haec potius cum bona
Ut componantur gratia, quam cum mala?
Herus liberalis eſt, & fugitans litium.
Nam caeteri quidem hercle amici omnes modo
Uno ore auctores fuere, ut praecipitem hanc daret.
An. Quid hic coeptat? aut quo evadet hodie? *Ge.* An legibus
Daturum poenas dices, ſi illam ejecerit?
Jam id exploratum eſt. heia! ſudabis ſatis,
Si cum illo inceptas homine: ea eloquentia eſt.
Verum, pone eſſe victum eum: at tandem tamen

Non

DONATI.

18. Fugitans litium.] Genitivo caſui vim nominis habet Fugitans junctum: accuſativo, vim tantum participii. Fugitans litium.] Quaſi quod vult in domino facere, id jam in eo eſſe dicit: praeparans hominem ad contemtum pecuniae, quae poſcetur ſtatim.

COMMENTARIUS.

tur in qnibuſdam Codicibus. Illa vero, Quod remedium? Demiphoni.

12. Ut abii abs te.] Vide ſupra II. 4. 23.

13. Is, qui istam.] Subandi, defendit, nobiſque obtruſit, Phanium ſcilicet. Dictum autem vultuoſe, & ut ſubblandiretur faſtidio Demiphonis. cui rei apta eſt ἔλλειψις.

14. Ut ajus tentarem sententiam.] Sic And. III. 4. 9. Edit. anni 1469. Pertentarem.

15. Prendo hominem.] And. II. 2. 16.

16. Inter vos.] Bona Mſſ. pars, Inter nos. qnomodo & Eugraphius legit.

Sic.] Abeſt a Mſſ. Bodl. & Witt. ſed Mſſ. Graev. & Boehd. Si.

Potius cum bona ut componantur gratia, quam cum mala.] Quemadmodum *fides*, *dolus*, & quaedam alia, ſic Gratia ſeu bona, ſeu Mala dicitur. Lites autem *componi* dicuntur. Virgil. Ecl. III. 108.

Non noſtrum, inter vos tantas componere lites.

20. Uno ore.] Vide ad And. I. 1. 69.

Ut praecipitem hanc daret.] H. e. domo ejiceret. Phaed. V. 7. 39.

Ab univerſis capite eſt protruſus foras.

Senec. Benef. VI. 1. *Alia detinebo diutius, alia expellam, & capite agam.* Gr. ὠθεῖν ἐπὶ κεφαλήν.

22. Daturum.] Mſ. Mark. Laturum.

Ejecerit?] Id ſe facturum comminatus fuerat, ſupra II. 3. 90.

23. Jam id exploratum est.] H. e. Satis conſtat, Phanium tuto poſſe ejici ex aedibus, & ſine mulcta legum.

Sudabis satis.] Satis laborabis. Cic. Fam. III. 12. *Vides* ſudare *me, jam dudum laborantem, quomodo ea tuear, quae mihi tuenda ſunt, & te non offendam.* Senec. Epiſt. IV. *Parabile eſt, quod natura deſiderat, & appoſitum: ad ſupervacua* ſudatur. Unde *opus ſudatum* Poëtis valet magno labore paratum. Idem eſt *exſudare* Horat. Sat. I. 10. 28.

Cum Pedius cauſſas exſudet.

H. e. magno labore & cura agat.

24. Ea eloquentia est.] Non eſt ſermo de Phormione, quod quidam putarunt; ſed quaſi ad Phormionem de Demiphone. Laudat autem Geta Demiphonis eloquentiam, ne Phormio ſua etiam eloquentia nixus, paciſci detrectet. De Eloquentiae porro in judiciis vi conſule Nepotem in Vita Ariſtidis.

25. Pone.] Fac, finge, τίθει. quod vulgo *Po-*

ſite

Non capitis ejus res agitur, ſed pecuniae.
Poſtquam hominem his verbis ſentio mollirier:
Soli ſumus nunc hic, inquam; eho! dic, quid velis dari
Tibi in manum? ut herus his deſiſtat litibus:
Haec hinc faceſſat, tu moleſtus ne ſies.
An. Satin' illi Di ſunt propitii? *Ge.* Nam ſat ſcio,
Si tu aliquam partem aequi bonique dixeris,
Ut eſt ille, bonus vir, tria non commutabitis

Verba

DONATI.

28. Dari tibi in manum] Datur ei in manum, qui furtim accipit ſine arbitro, aut interprete: ut praevaricator, aut judex corruptus.

30. Haec hinc facessat.] Pro, *Hinc ſe faciat*, id eſt, abeat: *Huc ſe faciat*, huc accedat, ſignificat. Haec hinc facessat.] Pro *Cedat*, alias *Faciat*. Ergo duas res ſignificat hoc unum verbum. An hinc facessat, proverbialiter, quaſi *hinc faciat*. [4] *Plautus*, *Argentum hinc facite. Huc te fac* dicitur, pro, *huc accede*.

32. Aliquam partem.] Et ſi non totum, vel aliquam partem.

33. Tria non commutabitis verba hodie inter vos.] Sic dicebant, jurgium ſignificantes. Proprie *Verba commutare* eſt, quod *altercari* dicimus.

OBSERV. IN DONAT.

4. *Plautus.*] In Fragmentis incertarum Comoediarum.

COMMENTARIUS.

ſito dicunt. Lucian. Prometh. Τίθει δὲ, ὦ Ἑρμῆ τὸ χαλεπώτερον. Ulpianus, D. De Injuriis & Famoſis Libellis. Ponamus *enim*, *ſtudiorum cauſa Romae agere*. Cic. Oratore, 4. Poſitum ſit *igitur in primis*, *ſine Philoſophia non poſſe effici eloquentem*.

26. Non capitis ejus res agitur, sed pecuniae.] Sic Heaut. III. 1. 67. Horat. Epiſt. I. 18. 84.

Nam tua res agitur, *paries quum proximus ardet.*

27. Mollirier.] Supra III. 2. 13. Virgil. Aen. I. 61.

mollitque *animos*, *& temperat iras.*

Mſ. Witt. Emollirier.

28. Hic, inquam.] Mſſ. Bodl. Graev. Witt. Inquam, hic.

Eho! dic, quid velis dari tibi in manum.] A Donato ſeorſim ſentit Eugraphius, exponens, *Quantam pecuniam in praeſenti accipere vis*. Affine eſt illud And. I. 5. 62. Sed *dare prae manu* Germani vocant, *zum voraus geben*. Batavi, *voorſchieten*. Adelph. V. 9. 23. Faernus e Cod. Bemb. Eho, quid vis dari.

29. His desistat litibus.] Virgil. Aen. I. 41.

mene incepto deſiſtere *victam*,
Nec poſſe Italia Teucrorum avertere regem?

31. Satin' illi Dii sunt propitii?] Geta ſenes argento emuncturus erat, quo Phaedriae amica emeretur. Fingit igitur, ſeſe illud argentum, ſi tuliſſet, Phormioni dinumeraturum, ea conditione, ut Phanium rurſus abduceret ab Antiphone, quod volebat Demipho. Antipho igitur ignarus conſilii Getae, & metuens, ne ſerio id ageret, ut Phanium abſtraheretur abs ſe, perturbatus inquit, Satin' illi Dii sunt propitii? q. d. *An Dii irati mentem ei ademerunt?* Sic Plaut. Mil. III. 1. 107.

Dii tibi propitii ſunt.

H. e. ſapis. Hinc, quibus ſanam mentem optabant, iis Deos optabant propitios. Seneca Epiſt. CX.

Verba hodie inter vos. *De.* Quis te iſtaec juſſit loqui?
Ch. Immo non potuit melius pervenirier
Eo, quo nos volumus. *An.* Occidi! *Ch.* Perge eloqui.
Ge. A primo homo inſanibat. *Ch.* Cedo, quid poſtulat?
Ge. Quid? nimium. quantum libuit. *Ch.* Dic. *Ge.* Si quis daret
Talentum magnum. *Ch.* Immo malum, hercle: ut nihil pudet!
Ge. Quod dixi adeo ei: quaeſo, quid ſi filiam

Suam

D O N A T I.

38. QUID? NIMIUM. QUANTUM LIBUIT.] Apud quoſdam diverſae perſonae cum verbis ſingulis.

C O M M E N T A R I U S.

CX. init. *Ex Nomentano meo te ſaluto, & jubeo te habere mentem bonam, hoc eſt*, propitios Deos omnes: *quos habes placatos & faventes, quiſquis ſibi ſe propitiavit.* Contrarium eſt And. IV. 1. 40. & ſupra I. 2. 24.

33. UT EST ILLE, BONUS VIR.] Elegantiorem, puto, facit ſententiam diſtinctio per κόμματος ſignum. And. V. 4. 12. Mſſ. Lipſ. & Boend. VIR BONUS.

TRIA NON COMMUTABITIS VERBA HODIE INTER VOS.] Sic And. II. 4. 7.

35. NON POTUIT MELIUS PERVENIRIER EO, QUO NOS VOLUMUS.] Vide ad Eun. I. 2. 44.

36. CH. PERGE ELOQUI.] Haec in Codd. quibuſdam Demiphoni tribuuntur, ut & illa, CEDO, QUID POSTULAT, &, DIC, &, IMMO MALUM, HERCLE. UT NIHIL PUDET!

37. A PRIMO.] Proba lectio. Mſſ. Mark. Traject. Graev. Witt. Boend. AT PRIMO. Atque ita fuerat in uno Mſſ. Leidenſium, ſed litera T in AT poſtea eſt eraſa. Sed & ita ediderunt Pulmannus, Fabrinus, alii, poſt editionem Anonymam, Venetas, & Argentinam. Ita & Gambarellus legebat.

INSANIBAT.] Stomachabatur, debacchabatur. Adelph. IV. 2. 22. & IV. 7. 9. Cic. Mil. 17. *Inſaniſſima concio.* Mſ. Boend. & Editio anni 1469. INSANIEBAT.

CEDO.] Mſ. Witt. CREDO.

38. QUID? NIMIUM. QUANTUM LIBUIT.] Ita diſtinguo, ut ἐμφατικώτερον. Etiam aliter olim lectum videas e Donato, qui tamen ipſe noſtram lectionem tuetur. Ludovicus Carrio, quod *quoſdam* feciſſe Donatus dicit, ipſi Donato tribuens, legit: C. QUID? G. NIMIUM QUANTUM. C. QUANTUM? DIC. G. SI QUIS DARET. Vide ejus Antiq. Lect. Commentar. II. cap. 13. quomodo & Lipſio placuiſſe dicit. Mſ. Witt. GE. QUID! NIMIUM. DE. QUANTUM LIBUIT. quomodo e Chariſio citat Muretus. Si junctim, NIMIUM QUANTUM legas, valebit ſimpliciter, NIMIUM, vel, PERNIMIUM. Eodem porro ſenſu dicitur, *immane quantum, mirum quantum, immenſum quantum, infinitum quantum.* Gr. πλεῖστον ὅσον, θαυμαστὸν ὅσον, ἀμήχανον ὅσον, ἀπέραντον ὅσον.

SI QUIS DARET TALENTUM MAGNUM.] Mimeſis verborum Phormionis. De *Talento magno*, ſeu Attico, quod conſtabat ſexaginta minis, ſeu ſex millibus drachmarum Atticarum, vide J. Fr. Gronovium, de Seſtert. III. 4.

39. IMMO MALUM, HERCLE.] Demiphoni haec tribuenda; Chremes enim hac ipſa Scena facilem ſe praebet, & ut abſolvatur Phormio, de ſuo daturus eſt Demiphoni. Editio anni 1469. & Mſſ. Graev. Boend. Witt. & Mark. recte Demiphoni tribuunt. Fabrini ita cepit, quaſi ſenſus ſit, *Malum faceret, ſi quis daret ei.* Melius, quod ad ſenſum attinet, Daceria, per imprecationem: *Six cens Diables à ſon cou.*

40. QUID SI FILIAM SUAM UNICAM LOCARET?] Pergit Geta narrare verba ſua ad Phormionem, quorum vis non ſatis intelligitur, niſi quid dixerit ante Phormio, cogites. Ita ergo ille: SI QUIS DARET TALENTUM MAGNUM. ubi illud SI falſe repetit Geta, reſpondens, QUID

Suam unicam locaret? parvi retulit
Non ſuſcepiſſe: inventa eſt, quae dotem petat.
Ad pauca ut redeam, ac mittam illius ineptias,
Haec denique ejus fuit poſtrema oratio:
Ego, inquit, jam a principio amici filiam,
Ita ut aequom fuerat, volui uxorem ducere.
Nam mihi veniebat in mentem ejus incommodum,
In ſervitutem pauperem ad ditem dari:
Sed mihi opus erat, ut aperte tibi nunc fabuler,
Aliquantulum quae adferret, qui diſſolverem

Quae

DONATI.

41. PARVI RETULIT.] Nihil interfuit: vel parum interfuit, id eſt, nihil profuit.

42. NON SUSCEPISSE: INVENTA EST, QUAE DOTEM PETAT.] In Graeca Fabula ſenex hoc dicit, *Quid intereſt me non ſuſcepiſſe filiam, ſi modo dos dabitur alienae?*

49. SED MIHI.] Παρένθεσις prima. SED MIHI OPUS ERAT.] [5] Indictio doli eſt. nam antequam petat: petendi cauſam ingerit.

OBSERV. IN DONAT.

5. *Indictio.*] Cl. Wielingius malebat, *Inductio.*

COMMENTARIUS.

SI FILIAM SUAM UNICAM LOCARET? Quorum verborum hic ſenſus eſt: *Ne credas, Demiphenem locare ſuam filiam unicam, ut neceſſe ei ſit, tantum dotis dare.* Eadem venuſtas eſt Heaut. IV. 3. 41.

41. PARVI RETULIT, NON SUSCEPISSE.] Senſus eſt, *Poterat tanta dote data vel filia unica nuptum locari, ſi ſuſcepta fuiſſet.* Si igitur *Talenti magni* ſummam ſpectes, parvi refert, herum non ſuſcepiſſe filiam. And. III. 2. 16. Plaut. Epid. I. 2. 30.

quid retulit
Mihi tantopere te mandare, & mittere ad me epiſtolas?

42. INVENTA EST.] Mſ. Witt. QUIA INVENTA EST.

43. AD PAUCA UT REDEAM.] Mſ. Witt. UT AD PAUCA REDEAM.

MITTAM.] Editio anni 1469. OMITTAM.

46. VOLUI UXOREM DUCERE.] Figmentum merum Getae, ex perſona Phormionis.

47. INCOMMODUM, IN SERVITUTEM PAUPEREM AD DITEM DARI.] Invidioſe dixit, SERVITUTEM, quum de conjugio ſermo ſit. Sic ille apud Plautum Aſin. I. 1. 74.

Argentum accepi, dote imperium vendidi.

Porro autem locus hic expreſſus videtur ex Plauti Aulularia, II. 2. 49.

Venit hoc mihi, Megadore, in mentem, te eſſe hominem divitem,
Factioſum; me item (an *autem?*) *hominem pauperum pauperrimum.*
Nunc ſi filiam locaſſim meam tibi, in mentem venit,
Te bovem eſſe, & me eſſe aſellum; ubi tecum conjunctus ſiem,
Ubi onus nequeam ferre pariter, jaceam ego aſinus in luto:
Tu me bos magis haud reſpicias, gnatus quaſi numquam ſiem.

Eadem Metaphora uſus Paulus, 2. Corinth. VI. 14. Μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις. Ubi vide Interpretes. Acutius autem, quam par eſt, Caſau-

Quae debeo: & etiam nunc, ſi volt Demipho
Dare, quantum ab hac accipio, quae ſponſa 'ſt mihi:
Nullam mihi malim, quam iſthanc uxorem dari.
An. Utrum ſtultitia facere ego hunc, an malitia
Dicam: ſcientem, an imprudentem: incertus ſum.
De. Quid, ſi animam debet? *Ge.* Ager oppoſitus eſt pignori,
Ob decem minas, inquit. *De.* Age, age; jam ducat: dabo.
Ge. Aediculae item ſunt ob decem alias. *De.* Oi! hui!
Nimium eſt. *Ch.* Ne clama: petito haſce a me decem.
Ge. Uxori emunda ancillula 'ſt: tum pluſcula
Supel-

DONATI.

50. QUAE ADFERRET, QUI DISSOLVEREM.] Quia, ſi opum cauſa habendarum dotatam quaereret, minor eſſet neceſſitas captandae opulentioris. Aes alienum addidit, cui rei nihil opponi poteſt.

52. AB HAC ACCIPIO, QUAE SPONSA 'ST MIHI.] Mire ACCIPIO: non *Accepturus ſum*. Et definitivum modum ponit, ne de ſumma dotis ſuperſit diſputatio.

54. UTRUM STULTITIA FACERE.] Παρέλκον tertium. hoc idem enim valet UTRUM, quod *An*.

55. SCIENTEM, AN IMPRUDENTEM.] Ἀντίθετον ſecundum. nam *ſcienti* IMPRUDENTEM reddidit.

56. QUID, SI ANIMAM DEBET?] Graecum proverbium, καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν ὀφείλει. AGER OPPOSITUS EST PIGNORI, OB DECEM MINAS.] Aſtute non protinus *Triginta minas* dixit, ſed paulstim colligit, ut partibus congeſtis in ſumma ſenex minus gravetur. nam ſi ſemel diceret, deterreret parciſſimum ſenem. 6 Denique auditis decem minis, ſtatim reſpondet, DABO. conceduntur ab alio decem. de reliquis ſupereſt dubitatio; nam difficilis eſt ad dandum.

OBSERV. IN DONAT.

6. *Denique.*] Suſpicor, ſcripſiſſe Donatum: *Demipho auditis decem minis ſtatim reſpondet*, DABO. *Conceduntur a Chremete alias decem.*

COMMENTARIUS.

Caſaubonus exiſtimat, anomalam verborum conſtructionem conſulto adhibitam, ad conjunctionis iſtius inaequalitatem melius exprimendam. Ita enim & Plautus Aſin. III. 3. 119.

Poſtea ad piſtores dabo.

A Mſ. Graev. illa AD DITEM abſunt. Mſ. Boend. AD DIVITEM.

51. ET ETIAM.] Mſſ. Bodl. & Witt. ETIAM, omiſſo ET.

56. QUID, SI ANIMAM DEBET?] Explicat Eraſmus in Adagiis.

AGER OPPOSITUS EST PIGNORI, OB DECEM MINAS.] Plaut. Pſeud. I. 1. 85.

ſi me opponam pignori.

Valet autem OB h. l. *Pro*. Gell. XI. 10. *Tragoedus gloriae ſibi ducebat, talentum magnum ob unam fabulam datum eſſe*. Plautus paſſim. Vide Parei Lex. Plaut. *v. Ob*.

58. OI!] Abeſt a Mſſ. Bodl. Boend. Graev. Witt. aliis.

59. HASCE A ME.] Editio anni 1469. A ME HASCE.

60. TUM PLUSCULA.] Mſſ. Lipſ. Bodl. Graev. Boend. & Witt. cum edit. anni 1469. TUM AUTEM PLUSCULA. Quomodo Faërnus in nullo eſſe Libro ſcripto ait.

61. OPUS

Supellectile opus eſt: opus eſt ſumtu ad nuptias:
His rebus ſane pone, inquit, decem minas.
De. Sexcentas proinde ſcribito jam mihi dicas.
Nihil do. impuratus me ille ut etiam irrideat?
Ch. Quaeſo, ego dabo, quieſce. tu modo, filius
Fac ut illam ducat, nos quam volumus. *An.* Hei mihi!
Geta, occidiſti me tuis fallaciis.
Ch. Mea cauſa ejicitur: me hoc eſt aequom amittere.

Ge.

DONATI.

61. SUMTU AD NUPTIAS.] *Opus eſt*, ſubauditur.

62. PONE SANE, INQUIT, DECEM MINAS.] Bene, SANE: [7] quaſi plus quiddam exigat, ſed hoc contentus ſit.

63. SEXCENTAS PROINDE SCRIBITO IAM MIHI DICAS.] Perſpicere hinc licet conſuetudinem utriuſque ſermonis. nam *Apollodorus* μυρίας dixit, pro multis. Et ut apud Graecos μύρια, ita apud nos *Sexcenta* dicere pro multis, uſitatum eſt. [8] *Cicero*, *Sexcenta poſſum decreta proferre.*

68. MEA CAUSA EJICITUR: ME HOC AEQUOM SIT AMITTERE.] Ratio cur ipſe viginti date debeat minas, dante Demiphone decem.

OBSERV. IN DONAT.

7. *Quaſi plus quiddam exigat.*] Cl. Wielingius: *Quaſi non plus quiddam exigat.*

8. *Cicero.*] Verr. I. 47. ubi alii *ſexaginta* legunt.

COMMENTARIUS.

61. OPUS SIT.] Manifeſte pro *neceſſe eſt* poſuit, licet hoc ab illo differat ex ſententia Catonis apud Senecam, Epiſt. XCIV. *Emas, non quod* opus eſt, *ſed quod* eſt neceſſe. Cic. Parad. VI. 1. *Filiam quis habet? Pecunia eſt opus. duas? majore. Plures? majore etiam. Et ſi, ut ajunt, Danai quinquaginta ſint filiae, tot dotes magnam quaerunt pecuniam.*

62. PONE.] Deſtina. Virgil. Aen. I. 282.

His ego nec metas rerum, nec tempora pono:

INQUIT, DECEM MINAS.] Mſ. Bodl. DECEM, INQUIT, MINAS. Editio anni 1469. PONE SANE DECEM, INQUIT, MINAS. Et in pluſculis Mſſ. eſt, PONE IANE.

63. PROINDE.] Mſſ. Bodl. Boend. & Graev. PERINDE. Editio 1469. POTIUS.

64. IMPURATUS.] Proprie de lenone, IMPURUS & IMPURATUS. dicuntur autem, ut *ſordidus* & *ſordidatus*. Heaut. II. 3. 56.

66. NOS QUAM VOLUMUS.] Intelligit filiam ſuam, clam in Lemno ſuſceptam.

68. EJICITUR.] Matrimonio mulcatur. Supra II. 3. 90. infra IV. 5. 13.

69. QUANTUM POTES.] Libri quidam ſcripti & impreſſi, QUANTUM POTEST. ſubaudi, *fieri*.

ME CERTIOREM FACE.] Phraſis multum Ciceroni amata. Virg. Aen. III. 179.

Anchiſen facio certum.

70. ILLAM.] Phanium.

MITTAM.] Mſſ. Bodl. Graev. Witt. & editio anni 1469. AMITTAM. Mſ. Boend. OMITTAM. Sed ratio ſenarii τὸ MITTAM exigit.

71. JAM CONSTITUERUNT.] Vis omnis eſt in τῷ JAM. Unde adeo reſpondet Chremes, JAM ACCIPIAT. Et ſuberat cauſa, quare repraeſentari ſibi argentum hodie urgeret Phormio, quia cras mane miles daturus erat lenoni triginta minas pro Pamphila. atque adeo neceſſe erat, Phaedriam excidere amica ſua, niſi eandem ſummam diſſolvere lenoni occuparet.

72. ACCIPIAT.] Codd. quidam, ACCIPIET; q. d.

Ge. Quantum potes, me certiorem, inquit, face:
Si illam dant, hanc ut mittam: ne incertus ſiem.
Nam illi mihi dotem jam conſtituerunt dare.
Ch. Jam accipiat: illis repudium renuntiet:
Hanc ducat. *De*. Quae quidem illi res vortat male!
Ch. Opportune adeo nunc argentum mecum adtuli,
Fructum, quem Lemni uxoris reddunt praedia:
Id ſumam: uxori, tibi opus eſſe, dixero.

DONATI.

69. QUANTUM POTES, ME CERTIOREM.] Feſtinat Geta: ſcit enim dixiſſe lenonem, *Mea lege utar, ut potior ſit, qui prior ad dandum eſt.*

73. QUAE QUIDEM ILLI RES VORTAT MALE!] Non deſinit Poëta oſtendere avaritiam Demiphonis, qui nec ideo libenter fert dari aliquid Phormioni, quia ſic commodum ei eſt. [9] *Virgilius*,

Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus hoedos.

74. ARGENTUM MECUM ADTULI.] Comicum, argentum praeſto eſt. Et cauſa additur cur praeſto, & unde ſit. ſimul iracundiae uxoris, & jurgio praeparatur locus.

75. FRUCTUM, QUEM LEMNI.] Et LEMNI, & LEMNO legitur. REDDUNT PRAEDIA.] Σχῆμα ἐπεξήγησις. Et proprie de fructu, REDDUNT.

76. ID SUMAM.] Non FRUCTUM, ſed ARGENTUM. ID SUMAM.] Impendam, unde & *Sumtus* dictus. UXORI, TIBI OPUS ESSE, DIXERO.] Bene ESSE, non *Fuiſſe*: ne jam repetendum videretur. OPUS ESSE, DIXERO.] Adjunctivum, pro pronuntiativo. ut in Eunucho, *Perculeris jam tu me.*

OBSERV. IN DONAT.

9. *Virgilius.*] Ecl. IX. 6.

COMMENTARIUS.

q. d. *jam dabitur, quod poſtulat.*

ILLIS.] Sponſae ſcilicet, & qui dotem dare Phormioni conſtituerant. quaſi non filiam tantum, ſed omnem familiam aſpernaretur. infra IV. 5. 5.

REPUDIUM RENUNCIET.] Infra V. 7. 35. Plaut. Aul. IV. 10. 53.

Is me nunc renunciare repudium *juſſit tibi.*

73. QUAE QUIDEM ILLI RES VORTAT MALE!] Livore actus Demipho invertit ſollennem bene precandi formulam. Sic Adelph. II. 1. 37. Plaut. Aul. IV. 10. 57.

quae res tibi *& gnatae tuae*
Bene *feliciterque* vortat.

Trin. II. 4. 132.

Neque umquam quiſquam eſt, quojus ille ager [fuit,
Quin peſſume ei res vorterit.

75. FRUCTUM, QUEM LEMNI UXORIS REDDUNT PRAEDIA] Gall. *Le revenu.* Neque enim, quae terra naſcuntur, *Fructus* tantum dicuntur, ſed quivis reditus, & quaecunque ſeu fructibus, ſeu aliis rebus vendundis pecunia redigitur. Cic. Parad. VI. 1. *Multi ex te audierunt, cum diceres, neminem eſſe divitem, niſi qui exercitum alere poſſet ſuis* fructibus: *quod populus Romanus tantis vectigalibus jam pridem vix poteſt.* Catull. Carm. CXI.

Firmano ſaltu non falſo Mentula dives
Fertur, qui tot res in ſe habet egregias.
Aucupia omne genus, piſces, prata, arva, feraſque.
Nequicquam. fructus *ſumtibus exſuperat.*

Ita reſtituit Illuſtr. Joſ. Scaliger, quum vulgo legeretur,

Nequicquam fructus ſumtibus exſuperat.

Sed & quaecunque commoda *Fructus* vocantur. Sic Adelph. V. 4. 16. Et *rei familiaris fructum* dixit Nepos, Att. 6.

ACTUS QUARTI

SCENA QUARTA.

ANTIPHO. GETA.

An. GETA! *Ge.* Hem! *An.* Quid egiſti? *Ge.* Emunxi argento ſenes.
An. Satin' id eſt? *Ge.* Neſcio hercle: tantum juſſus ſum.
An. Eho! verbero, aliud mihi reſpondes, ac rogo.
Ge. Quid ergo narras? *An.* Quid ego narrem! opera tua

Ad

DONATI.

1. EMUNXI ARGENTO SENES.] Mire. quum e contrario dicatur *Emunctus homo*, elegans & facetus: ut [1] *Horatius* de *Lucilio*, *Emunctae naris*, inquit.

2. SATIN' ID EST?] Hoc eſt, idne tibi videtur ſatis eſſe ad miſerias meas? An quaſi *εἰρωνικῶς* dicit, ut dicere ſolemus, *Bene habet nunc*: aut *Feciſti certe quod debuiſti.* Ideo autem [2] ſubambi-

OBSERV. IN DONAT.

1. *Horatius.*] Serm. I. 4. 8.
2. *Subambigue.*] Mſ. Boend. & editiones Anonyma, Tarviſiana, Antverpienſis, Venetae. *Sub ambigue.*

COMMENTARIUS.

1. QUID EGISTI?] Corripiendi formula. qualis illa Geneſ. IV. 10.

EMUNXI ARGENTO SENES.] Plaut. Epid. III. 4. 58.

Qui me emunxiſti *mucidum.*

Bacchid. IV. 4. 50.

Emungam *hercle hominem probe hodie,*

Moſtell. V. 1. 59.

probe
Me emunxti.

Guyetus in *ἀνεκδότοις* laudat e Polluce, Lib. II. *Ἤδη δέ τινες τῶν κωμικῶν τὸ ἐπὶ κέρδει ἐξαπατᾶν, ἀπομύττειν εἶπον.* Locus eſt, cap. IV. §. 15. Horat. Arte, 238.

Pythias emuncto *lucrata Simone talentum.*

2. SATIN' ID EST?] Formula objurgandi. q. d. *Satin' id tibi places?* ſic Eun. V. 2. 12.

NESCIO HERCLE: TANTUM JUSSUS SUM.] Ita reſpondet Geta, quaſi Antipho rogaſſet, an tanto argento emunxerit ſenes, quanto ſatis ſit. Ubi vero addit, TANTUM JUSSUS SUM, intelligit triginta minas.

5. AD RESTIM MIHI QUIDEM RES REDIIT PLANISSUME.] Formula deſperationis. Ita Caecilius, Synephebis:

Ad reſtim res redit: *immo collus, non res.*
nam ille argentum habet.

Plautus aliter, ſed eodem ſenſu. Aulul. I. 1. 37.

neque quidquam melius eſt mihi,
Ut opiner, quam ex me ut unam faciam literam
Longam, meum laqueo collum quando obſtrinxero.

Pſeud. I. 1. 86.

CA. *Reſtim volo*

Mihi

Digitized by Google

Ad reſtim mihi quidem res rediit planiſſume.
Ut te quidem omnes Di, Deaeque, Superi, Inferi,
Malis exemplis perdant! hem! ſi quid velis,
Huic mandes, quod quidem recte curatum velis.
Qui te ad ſcopulum e tranquillo inferat.
Quid minus utibile fuit, quam hoc ulcus tangere,
Aut

DONATI.

ambigue locutus eſt, ut nequaqnam poſſet aliter ³ interpretari a Geta, qui reſpondebit, *Neſcio hercle: tantum juſſus ſum.*

10. ULCUS TANGERA.] Proverbiale: non εἰρωνικῶς dixit.

OBSERV. IN DONAT.

3. *Interpretari a Geta.*] Ita mei Libri omnes. Malebat tamen Cl. Wielingius, *Interpretari Geta.*

COMMENTARIUS.

Mihi emere. PS. *Quamobrem?* CA. *Qui me faciam penſilem.*

Poen. I. 2. 184.

Capias reſtim, ac te ſuſpendas, cum hero & veſtra familia.

Perſ. V. 2. 34.

Reſtim tu tibi cape craſſam, ac ſuſpende te.

Unde qui alteri mala optarent, ſcribebant in Tabulis Teſtamenti, *ſe reſtim ei relinquere.* Martial. IV. 69. 1.

Nihil Ammiano, praeter aridam reſtem
Moriens reliquit *ultimis pater ceris.*

8. HUIC MANDES, QUOD QUIDEM RECTE CURATUM VELIS.] Repetitus verſus ex Adelph. III. 3. 18. Mſ. Boend. SI QUID HUIC MANDES, QUOD RECTE CURATUM VELIS. Guyetus hunc & duos ſuperiores verſus, ob lectionum varietatem, tanquam inſititios & ſpurios ablegat. In Mſ. Graev. tantum illa ſunt, HUIC MANDES.

9. QUI TE AD SCOPULUM E TRANQUILLO INFERAT.] Codd. quidam, AUFERAT. Hunc verſum, qui in pluſculis Mſſ. & impreſſis legitur, mirum eſt, ſuſpectum haberi a viris eruditis. Georgius Fabricius *ſententiam bonam & eruditam* vocat, verſum tamen improbat. Non videtur autem fieri potuiſſe, ut tam elegans ſententia tam commodo loco ab interpolatore adderetur. Tum ex Donati ſilentio nihil contra hujus verſus fidem conficitur; quod ille plura loca elegantiſſima non attingit; nec integer ſupereſt. In aliis legitur: HUIC MANDES, QUI TE AD SCOPULUM E TRANQUILLO INFERAT. Quam lectionem tuentur Muretus & Gambarellus. Senſus autem eſt, *Qui te ex expedite faciat impeditiſſimum.* Tranſlatio a re nautica, quia quae ad ſcopulum alliduntur naves, exitio proximae ſunt. Lucret. II. 1170.

Nec tenet, omnia paullatim tabeſcere, & ire
Ad ſcopulum *ſpatio aetatis defeſſa vetuſte.*

Sed & inde in certum periculum rem adducere, *Rationes ad ſcopulos appellere* dixerunt. Cic. pro Rabir. 9. Eodem ſenſu Antonius *ſcopulus ſecuritatis publicae*, Pompejus *ſcopulus piratarum*, L. Caſſius, ſeverus judex, *ſcopulus reorum*, dicti. Vide Freinshemii Ind. in Flor. v. *Scopulus.*

10. UTIBILE.] Mſſ. quidam & editi poſt an. 1469. UTILE. Videtur autem UTIBILE ut antiquius, ita magis genuinum; diciturque, uti *vincibilis, conducibilis, vendibilis.* Plaut. Menaechm. V. 6. 22.

Servi, qui culpa carent, & metuunt; ii
Solent eſſe heris utibiles.

Idem alibi.

ULCUS TANGERE.] Affine eſt, *Camarina non eſt movenda.* Cic. pro Domo, 5. *Tu in hoc ulcere, tamquam unguis, exiſteres.* Et Nat. Deor. I. 37. *Quidquid enim horum attigeris, ulcus eſt.* Eſt autem *tangere ulcus*, mentionem facere rei, quae alteri, qui audit, ingrata ſit; tranſlatione ab homine vomica & ulceribus obſito, quibus propter

Aut nominare uxorem? injecta eſt ſpes patri,
Poſſe illam extrudi. cedo nunc porro, Phormio
Dotem ſi accipiet, uxor ducenda eſt domum:
Quid fiet? *Ge.* Non enim ducet. *An.* Novi: caeterum
Quum argentum repetent, noſtra cauſa, ſcilicet!
In nervom potius ibit. *Ge.* Nihil eſt, Antipho,
Quin male narrando poſſit depravarier.
Tu id, quod boni eſt, excerpis: dicis, quod mali eſt.

Audi

DONATI.

16. IN NERVOM POTIUS IBIT.] Decipiet. a proverbio tracto a ſagittariis: quum vis conatuſque tendentis arcum, non in volatum teli, ſed in ruptionem nervi expetatur.

COMMENTARIUS.

pter dolorem tangendis abſtinendum eſt. Plaut. Perſ. II. 5. 11.

To. *Quod hoc hic in collo tibi tumet?* Sa. *Vomica 'ſt, preſſare parce.*
Nam ubi qui mala tetigit manu, dolores cooriuntur.

Reſpexit huc Latinus Pacatus, Paneg. Theodoſ. dicto, III. 5. *Faciam ergo, quod facere praeſtantes ſcientia medicos ſaepe vidi; aliorum vulnerum* cicatrices, *poſtquam cutem ſanitate duxerunt*, manu pendente tractabo.

11. INJECTA EST SPES PATRI.] Cic. Att. XVI. 5. *Bruto cum ſaepe* ſpem injeciſſem *de ὁμονοίᾳ.* Quamquam Victorii auctoritate *τὸ Spem* vulgo abeſt. Idem vero Cicero, *injicere ſuſpicionem, metum, ſcrupulum*, paſſim dixit.

12. POSSE ILLAM EXTRUDI.] Plaut. Mil. IV. 1. 30.

*Hercle occaſionem lepidam, ut mulierem ex*ſtrudam *foras.*

Mſ. Boend. tamen *excludam*. quod & in editis quibuſdam; eodem fere ſenſu. Poen. V. 4. 49.

ſi ſim Juppiter,
Jam hercle ego illam uxorem ducam, & Junonem extrudam *foras.*

14. QUID FIET?] Ita ſolent, praecedente St conditionali. Horat. Serm. II. 3. 1. ex lectione Bentlejana:

Si *raro ſcribes, ut toto non quater anno*
Membranam poſcas, ſcriptorum quaeque retexens,
Iratus tibi, quod vini ſomnique benignus
Nil dignum ſermone canas: quid fiet?

NON ENIM DUCET.] *Οὐ μὴν ἄξει.* Fr. Fabricius, ENIM NON DUCET. Sic Hec. II. 1. 41.

Enim *laſſam oppido tum eſſe ajebant.*

15. NOSTRA CAUSA, SCILICET! IN NERVOM POTIUS IBIT.] Senſus eſt, Phormio neque ſcapulas perdere volet, neque IN NERVUM, id eſt, vincula ire, ut nobis fidelis ſit, ſed potius cauſam noſtram deſerens perire eum ſinet. Mirum vero, de cauſa tamquam de homine loqui Antiphonem. Vide ſupra II. 2. 11. atque ibi laudata Legis XII. Tabb. verba, ad quae h.l. manifeſto reſpicitur. Poſtea tamen, qui ſolvendo non erant, operas pro pecunia dabant, ſublata illa legis ſaevitia. Poſtremo etiam Sulla dictatore diſſoluti ſunt, qui nexi erant, ſi bonam copiam ejurarent. Sunt, qui ironice dictum accipiunt. Fabricii citra ironiam: *Queſta coſa ritornera ſopra di noi.* Cui affine eſt illud, Eun. II. 3. 89.

at enim iſtaec in me cudetur faba.

16. NIHIL EST, ANTIPHO, QUIN MALE NARRANDO POSSIT DEPRAVARIER.] Nimirum, teſte Epicteto, cap. 65. duo ſunt rerum λαβαί. Contra Cicero, Parad. I. *Sed nihil eſt tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile: nihil tam horridum, tam incultum, quod non ſplendeſcat oratione, & tamquam excolatur.*

18. TU ID, QUOD BONI EST, EXCERPIS: DICIS,

Audi nunc contra jam: ſi argentum acceperit,
Ducenda eſt uxor, ut ais: concedo tibi.
Spatium quidem tandem adparandis nuptiis,
Vocandi, ſacruficandi dabitur paululum.
Interea amici, quod polliciti ſunt, dabunt.
Id ille iſtis reddet. *An.* Quamobrem? aut quid dicet? *Ge.* Rogas?
Quot res? poſtilla, monſtra evenerunt mihi!
Introiit in aedes ater alienus canis:

Anguis

DONATI.

18. To id, quod boni est, excerpis.] Honeſte Excerpis dixit. Et attende, quemadmodum dicat, *Excerpi bona*, quibus non utatur.

COMMENTARIUS.

cis, quod mali est.] Mire de bono Excerpis dicit, id eſt, demis, rejicis. Accius, Myrmidonibus:

> *Tu addis, quod vitio eſt; demis, quod laudi datur.*

Cic. de Legib. III. 10. *Sed eſt iniqua in omni re accuſanda, praetermiſſis bonis, malorum enumeratio, vitiorumque ſelectio.* Menander, Miſogyno, 12.

> ἂν δ' ἐκλέγῃς
> Ἀεὶ τὸ λυπῦν, μηδὲν ἀντιπαρατιθεὶς
> Τῶν προσδεχομένων, ἀ δυσίση διατελεῖν.

21. Tandem.] H. e. Saltem, ad minimum. Sic Eun. V. 9. 25.

Adparandis nuptiis.] Georg. Fabricius, Adparandi nuptias. uti mox, Vocandi, Sacruficandi.

22. Sacruficandi.] Vide ad Adelph. IV. 5. 65.

Paululum.] Refertur ad Spatium. Sic Adelph. V. 9. 23. *Aliquid paululum.*

23. Dabunt.] Mſſ. Lipſ. Bodl. Graev. Boend. Witt. cum edd. 1469. Junt. aliis quibuſdam, Argentum dabunt. Rivius tuetur Argentum, expuncto Amici. Contra faciunt Faërnus, Muretus, Georgius & Franciſcus Fabricii.

24. Id ille istis reddet.] Ita edidi; quod alii, Inde iste reddet. Id istis reddet. Inde istis reddet. Id de istis reddet.

25. Quot res? postilla, monstra evenerunt mihi!] Ita diſtinxi. ut ad Quot res? ſubaudiatur, *dicere poterit.* Postilla valet, *ex illo tempore, quo dote data Phanium mihi deſpenſa eſt.* And. V. 4. 33. Porro autem multa erant, unde aut bona, aut mala ominabantur; atque in illis ſternutatio & tinnitus aurium. Hic autem incipit μίμησις verborum Phormionis. De *monſtris* autem vide Lindenbruchium, & Theophraſtum, Charact. cap. 16. περὶ Δεισιδαιμονίας. Videtur locus hic expreſſus e Plauti Milite, II. 2. 95.

> *Quid agimus? Pa. Facile eſt. trecentae poſſunt cauſae colligi:*
> *Non domi eſt. abiit ambulatum. dormit. ornatur. lavat.*
> *Prandet. potat. occupata 'ſt. operae non eſt. non poteſt.*
> *Quantum vis prolationum.*

Videtur autem domeſticum illud auſpicium a Telegono quodam inventum, teſte Suida: Τηλέγονος πρῶτος ἐφεῦρε τὴν οἰωνιστικὴν, οἷον εἰ ἐν τῇ εἴγῃ ἐφάνῃ γαλῆ, ἢ ὄφις. τό δε τί σημαίνει.

26. Introiit in aedes ater alienus canis.] Multa de *Canibus* prodigia recenſet Julius Obſequens. Aliud laetius narrat Suet. Veſpaſ. 5. *Prandente eo quondam, canis extrarius e trivio manum humanam intulit, menſaeque ſubjecit.* Quod imperium portendere Veſpaſiano creditum vulgo. Tum ater color infauſtus eſt habitus.

27. An-

Anguis per impluvium decidit de tegulis:
Gallina cecinit: interdixit hariolus:
Haruſpex vetuit ante brumam aliquid novi
Negoti incipere. quae cauſa eſt juſtiſſima.

Haec

D O N A T I.

28. Gallina cecinit.] Obſervatum eſt, in qua domo *gallina canat*, [4] ſuperiorem marito eſſe uxorem. Interdixit hariolus.] Hariolus eſt, qui divina mente vaticinatur. Dictus hariolus, quaſi *fariolus*, a fatis & a fando. [5] quum *F* pro *H*, & item *H* pro *F*, in multis locutionibus ponatur. An quod imitatur aſpirationem in exhalando? nam halitu ſolent excludere velut mortalem animam, ut divinam recipiant. unde & vocem ejuſmodi dabant, [6] quae eſt oe: quod oe ſonus exhalandi vim praeſtat.

29. Haruspax vetuit.] Haruspex, ab *haruga* nominatur. nam *haruga* dicitur hoſtia, ab *hara* in qua concluditur & ſervatur. *hara* autem eſt, in qua pecora includuntur. [7] *Plautus, Ruſticus, hircus, hara*; Moſtellaria. Ante brumam.] Arte irriſit homines *Terentius*, quibus religio ſit aggredi negotium aliquod diebus decreſcentibus. Ante brumam.] Quod ante brumam dies decreſcere incipiant.

O B S E R V. I N D O N A T.

4. *Superiorem.*] Mſ. Boend. cum edd. pleriſque ante Rob. Stephanum, *Superſtitem.* Vide Comment.

5. *Quum F pro H.*] Haec varie leguntur. Aliter Mſſ. Aliter editi ante Rob. Stephanum & Lindenbruchium, qui & ipſi varie exhibent.

6. *Quae eſt OE.*] Quod ſuſpicabatur Scioppius, ſcribendum videri *oh* vel *ho*, aut *hoc*. id Libri quidam veteres exhibent. Malim tamen *He*.

7. *Plautus Moſtellaria.*] I. 1. 39.

C O M M E N T A R I U S.

27. Anguis per impluvium decidit de tegulis.] Plaut. Amph. V. 1. 56.

Devolant angues jubati deorſum in impluvium duo.

Liv. I. 56. *Portentum terribile viſum*, anguis ex columna lignea elapſus. De *Impluvio* vide Eun. III. 5. 41. Alia de *Anguibus* refert Julius Obſequens.

28. Gallina cecinit.] Galli: *La poulle a chanté le cocq.* De *Gallinis* nihil habet Jul. Obſequens. Erat autem in blanditiis amantium. Plaut. Aſin. III. 3. 76. Ejuſdem porro ſuperſtitionis reliquiae etiam nunc manent in ruſticorum natione. Barlandus non *ſuperiorem*, ut Donatus, ſed *ſuperſtitem* fore marito uxorem Gallinae cantu ſignificatum ait.

29. Haruspax.] Bene monet Donatus, Haruspex dici ab *Haruga*, quae notet *hoſtiam*; ſed in eo errat, quod *Harugam* ab *Hara* dictam exiſtimat, quia in illa concludatur & ſervetur. Alias derivationes dant Janus Rutgerſius, Var. Lect. III. 9. & Voſſius in Etymolog. quos vide. Verum ἔτυμον eſt Donati *Haruga*. Rem confecit Jac. Perizonius, V. Cl. ad Aeliani Var. Hiſt. III. 31. cujus juvat adſcribere verba: „ Denique Dionyſ. quoque Halicarn. Lib. II. „ Romanorum Haruſpices a ſuis, h. e. a Graecis dici ait ἱεροσκόπους, in eo tamen graviter „ errans, quod tradit, Romanos vocabulum „ Ἀρούσπικα formaſſe ex illo Graeco ἱεροσκόπον, ὀλίγον τι τῆς ἀρχαίας φυλάττοντας ὀνομασίας, *exiguum quid illius primitivae vocis ſervantes.* Nam revera *Haruſpices* ab Hetruſco „ *Haruga*, eaque *ſpecienda*, ſunt dicti, ut monet Donatus ad Terentii Phorm. *Haruga* „ autem eſt hoſtia, vocabulum non *ab Hara formatum*, ut idem Donatus putabat, ſed ex „ Oriente, & lingua Orientali, cujus multa „ reperiuntur apud Etruſcos ex Aſia ortos veſtigia, tranſlatum. Ibi enim הרוגה *Haruga*, „ ſignificat *Caeſam*, ſcil. victimam, genere feminino, quia antiquiſſimis temporibus femellae ad ſacrificia maxime adhibebantur. De ortu Haruſpicinae vide Ciceronem, Divin. II. 23.

Aliquid.] Mſ. Witt. Quid. Mſ. Bodl. Autem. quod & in impreſſis quibuſdam eſt; defenditque Faernus ex antiquiſſimis Libris. quando τὸ Incipere erit nominis loco, pro, *inceptio novi negotii.*

30. Causa

Digitized by Google

Haec fient. *An.* Ut modo fiant. *Ge.* Fient: me vide.
Pater exit. abi, dic, eſſe argentum, Phaedriae.

DONATI.

31. FIENT: ME VIDE.] [1] Reſpice, id eſt, vultus mei fiduciam gere: ſiquidem quia nullum periculum eſt. Sic Graeci, nam aliter Latini. ME VIDE.] Quia in jure promittit, & interponit ſuam fidem: quod nos dicimus, *Me habes.* VIDE.] Reſpice.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Reſpice.*] Integra haec Nota abeſt a Mſ. Hulſt. In aliis Libris varie. Integrum locum e conjectura ita ordino: ME VIDE.] *Reſpice vultus mei fiduciam. Sic quidem Graeci. Aliter Latini*, ME VIDE, *q. d. nullum periculum eſt.*

COMMENTARIUS.

30. CAUSA EST JUSTISSIMA.] Sic ſupra I. 4. 49. Et And. I. 1. 114. & V. 4. 46. Heaut. Prol. 41. Mſ. Witt. addit, TUNC BONAE FIENT NUPTIAE.

31. HAEC FIENT.] Reſpondet his verbis Geta ad ea, quae verſu 14. dixerat Antipho, QUID FIET? habentque emphaſin, poſtquam tot res enumeraſſet, dicendo demum, HAEC FIENT. Mſ. Mark. HAEC FIET, quaſi reſpiciatur CAUSA JUSTISSIMA.

ME VIDE.] Sic And. II. 2. 13. Mſ. Witt. ANTIPHO, ME VIDE.

32. ABI, DIC.] Mſſ. Bodl. & Witt. ABI ET DIC.

ACTUS QUARTI

SCENA QUINTA.

DEMIPHO. GETA. CHREMES.

De. QUIETUS eſto, inquam: ego curabo, ne quid verborum duint:

Hoc

DONATI.

1. QUIETUS ESTO, INQUAM: EGO CURABO.] QUIETUS, id eſt, ſecurus. ab eo quod praecedit, id quod ſequitur.

COMMENTARIUS.

1. QUIETUS ESTO, INQUAM.] Geſtu adjuvanda eſſe verba, quaſi jam iterato dicta, indicio eſt τὸ INQUAM. ſcilicet metuebat Chremes, ne Phormio, ubi accepiſſet triginta minas, eluderet ſenes, nec Phanium duceret.

DUINT.] Codd. quidam, DUIT. quaſi de ſolo

Hoc temere numquam amittam ego a me, quin mihi teſtes adhibeam.

Cui dem, & quamobrem dem, commemorabo. *Ge.* Ut cautus eſt, ubi nihil opus 'ſt!

Ch. Atque ita opus facto eſt. at matura, dum libido eadem haec manet.

Nam ſi altera illa magis inſtabit, forſitan nos rejiciat.

Ge. Rem ipſam putaſti. *De.* Duc me ad eum ergo. *Ge.* Non moror. *Ch.* Ubi hoc egeris,

Tranſ-

DONATI.

3. Ut cautus sit, ubi nihil opus est!] Conſulit, inquit, quemadmodum detur, ubi omnino dare non debuerit: ſiquidem argentum Phaedriae, detur ſub nomine Phormionis.

4. Dum libido eadem haec manet.] Bene *Libidinem* poſuit pro voluntate hominis incerti ac levis.

5. Forsitan nos rejiciat.] Mulierem ſcilicet. An vere nos, id eſt, negotium noſtrum & conditionem?

6. Rem ipsam putasti.] Pro diſputaſti modo.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Detur.*] Abeſt haec vox a Mſſ. & editis vetuſtiſſimis. Suſpicor fere, ſcripſiſſe Donatum: *Siquidem argentum Phaedriae ſub nomine Phormionis.* quod valet, *ſiquidem dem.*

COMMENTARIUS.

lo Phormione dictum. Quidni autem ſermo ſit de Geta & Phormione ſimul? Editio Anonyma, & Veneta, anni 1490. Ne quid isti verborum duint. H. e. Ne quid fallant me, & argento accepto, Phanium apud Antiphonem maneat.

2. Hoc.] Δεικτικῶς. Oſtendit enim marſupium cum argento.

Quin mihi testes adhibeam. cui dem, et quamobrem dem, commemorabo.] Ita diſtinxi. vulgo, Adhibeam, cui dem. Id enim publice ſciri intererat, triginta minas datas eſſe Phormioni, & dotis nomine eſſe datas, ut Phanium ei nuberet. Continent autem haec verba quaſi formulam cautionis in numeranda pecunia. Mſſ. Graev. Witt. Boend. cum editione Anonyma, & quibuſdam aliis vetuſtis, Cum dem. Alterum autem Dem abeſt a Mſ. Mark. Guyetus in impreſſis, Quid dem. *i. e. cujus cauſa, ad quem finem,* ſed in ἀνεκδότοις, expuncto in ſuo exemplari τῷ Cum ſcribit, *Legendum videtur,* Cui dem. *Vide Codd. veteres, & edd.* τὸ Cui *habet Donatus, Lindenbr. editio Bergii etiam.*

3. Ut cautus est, ubi nihil opus 'st!] Haec ſecum ridens Geta ait. Mſ. Witt. Ut cautus, ubi nihil est opus! Mſ. Graev. Ut catus est.

4. At matura.] Faërnus, Et matura.

Dum libido eadem haec manet.] Dum ſe Phanium ducturum eſſe dicit Phormio. Contrarium eſt And. III. 3. 24

ante eamus, dum tempus datur,
Dumque ejus lubido occluſa 'ſt contumeliis.

Et Adelph. III. 2. 14.

dum aegritudo haec eſt recens.

5. Altera illa] Quae fingebatur ſponſa Phormioni. Supra IV. 3. 53.

Nos

Tranſito ad uxorem meam, ut conveniat hanc, prius quam hinc abeat:
Dicat, nos dare eam Phormioni nuptum, ne ſuccenſeat:
Et magis eſſe illum idoneum, qui ipſi ſit familiarior:
Nos noſtro officio nihil digreſſos eſſe: quantum is voluerit,
Datum eſſe dotis. *De.* Quid tua, malum! id refert? *Ch.* Magni, Demipho.
De. Non ſat is eſt, tuum te officium feciſſe, ſi non id fama adprobat? *Ch.*

DONATI.

11. QUID TUA, MALUM! ID REFERT?] MALUM! interjectio. Et eſt ordo, QUID TUA ID REFERT? MAGNI, DEMIPHO.] Nota, reſponſum contra QUID REFERT? non ad QUID relatum. Et [a] quaere quomodo dicatur, *Quid mea? quid tua?* An deeſt *ad:* ut ſit, *Ad mea*, aut *ad tua?*

OBSERV. IN DONAT.

2. *Quaere.*] Rem expedivit Cl. Perizonius ad Sanct. Min. III. V. 3. Vide infra V. 7. 47.

COMMENTARIUS.

NOS REJICIAT.] H. e. Phanium ſibi a nobis deſtinatam. Plaut. Bacchid. IV. 3. 18.

hinc eum ego meis
Dictis malis - rejeci *hominem.*

Phaed. II. 1. 6.

Et improbum rejecit.

Ovid. Metam. IX. 512.

Ergo ego, quem fueram non rejectura *petentem.*

6. REM IPSAM PUTASTI.] Sic Plaut. Epid. II. 2. 100.

Rem, hercle, loquere.

Rud. V. 2. 19.

tetigiſti acu.

NON MOROR.] Mſ. Graev. & edit. 1469. NUM MOROR?

7. HANC.] Phanium, Antiphonis uxorem.

ABEAT.] Goveanus, Faërnus & Guyetus, ABIT.

8. DICAT.] Ordo & ſenſus eſt, DICAT (uxor) NE SUCCENSEAT (Phanium) NOS DARE EAM PHORMIONI NUPTUM.

9. ET MAGIS ESSE ILLUM IDONEUM.] Optimum hunc verſum, qui inſervit perſuadendae Phanio, ut Antiphone relicto, nubat Phormioni, expungit tamen Guyetus.

10. NOS NOSTRO OFFICIO NIHIL DIGRESSOS ESSE.] A Mſ. Bodl. abeſt τὸ ESSE. Mſſ. Graev. Witt. Boend. cum edd. 1469. & Anonyma, EGRESSOS; itidem omiſſo ESSE. Sic *eſſe in officio, deſerere officium, diſcedere ab officio*, Cicero dixit.

11. QUID TUA, MALUM! ID REFERT?] Guyetus in Scholiis ineditis: τὸ A in TUA *corripitur, eſt enim nominativi caſus.* Sed vide Obſerv. in Donatum.

12. NON SATIS EST, TUUM TE OFFICIUM FECISSE, SI NON ID FAMA ADPROBAT?] Melius erit, verſum hunc tribuere Chremeti, obſervante Palmerio. Atque ita Guyetus, addens in Sholiis Mſſ. Τὸ NON SATIS EST OFFICIUM FECISSE, *γνωμικῶς enunciari placet.* Haec ille. Cic. Off. I. 28. *Negligere, quid de ſe quiſque ſentiat, non ſolum arrogantis eſt, ſed etiam omnino diſſoluti.*

Ch. Volo ipſius quoque voluntate hoc fieri, ne ſe ejectam praedicet.

De. Idem ego iſtuc facere poſſum. *Ch.* Mulier mulieri magis congruit.

De. Rogabo. *Ch.* Ubi illas ego nunc reperire poſſim, cogito.

DONATI.

15. ILLAS REPERIRE.] Filiam & uxorem.

COMMENTARIUS.

13. HOC FIERI.] Mſſ. Graev. Witt. Boend. cum edd. quibuſdam poſt an. 1469. HAEC FIERI.

PRAEDICAT.] Non ſollicitanda haec vox, nec mutanda in PUTET, quod faciunt Goveanus & Fr. Fabricius, ob metrum ſcilicet. quid enim ad famae approbationem, ſi tantum *putaret, ſe ejectam*, & non publice *praedicaret* Phanium?

14. MULIER MULIERI MAGIS CONGRUIT.] Mſ. Witt. & edit. anni 1469. CONGRUET. Weitzius e Plutarcho laudat; *Γέρων γέροντι γλῶτταν ἡδίστην ἔχει, παῖς παιδί, καὶ γυναικὶ προσφορὸν γυνή.*

15. ROGABO.] Nauſiſtratam uxorem, ut conveniat Phanium.

ILLAS.] Uxorem, quae e Lemno venerat Athenas, & quam mortuam eſſe nondum reſciverat Chremes, cum Phanio filia. Facit autem Chremes hiſce verbis tranſitum ad Actum ſequentem.

ACTUS QUINTI

SCENA PRIMA.

SOPHRONA. CHREMES.

So. QUID agam? quem mihi amicum inveniam miſera! aut quo conſilia haec referam?

Aut unde mihi auxilium petam?

Nam

COMMENTARIUS.

DOnatus hanc Scenam refert ad Actum IV. obſervante Georgio Fabricio.

1. QUID AGAM?] Mirum, Sophronam nutricem adeo inopem conſilii eſſe, & quaerere, quo conſilia ſua referat, quum Phormionem habeat amicum & patronum Phanii.

INVENIAM MISERA!] Mſſ. quidam & impreſſi poſt an. 1469. MISERA INVENIAM.

QUO CONSILIA HAEC REFERAM?] Cum quo communicabo commentum meum de nuptiis Phanii & Antiphonis? Plaut. Curc. II. 2. 4.

Tute ipſe, ſi quid ſomniaſti, ad me refers.

Cic.

Nam vereor, hera ne ob meum ſuaſum indigne injuria adſiciatur:
Ita patrem adoleſcentis facta haec tolerare audio violenter.
Ch. Nam quae haec anus eſt exanimata, a fratre quae egreſſa 'ſt meo?
So. Quod ut facerem, egeſtas me impulit: *quum ſcirem infirmas nuptias
Haſce eſſe; ut id conſulerem, interea vita ut in tuto foret.

Ch.

DONATI.

4. AUDIO VIOLENTER.] Quod Graeci dicunt δεινῶς.

5. NAM QUAE HAEC ANUS EST.] Ἀναστροφή. ut, ¹ *Nam quis te juvenum confidentiſſime.* Sed figura haec apta commotis eſt aliqua re nova. A FRATRE.] Pro, A domo fratris. ut, ² *jam proximus ardet Ucalegon.*

6. EGESTAS ME IMPULIT.] Venialis ſtatus.

7. INTEREA VITA UT IN TUTO FORET.] Compenſativa qualitas.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Nam quis.*] Virgil. Georg. IV. 445.

2. *Jam proximus.*] Virg. Aen. II. 311.

COMMENTARIUS.

Cic. Div. II. 65. Defert ad conjectorem *quidam, ſomniaſſe ſe, ovum pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis.* Et cap. 70. *Parere quaedam matrona cupiens, dubitans eſſetne praegnans, viſa eſt in quiete obſignatam habere naturam.* Retulit. An autem τὸ QUO formatum ex QUOI, quod poſt mutatum in CUI? quomodo plerique omnes Mſſ. & editi veteres poſt an. 1469. In Mſ. Witt. tamen eſt QUOI. Faërnus QUO laudat.

2. AUT UNDE MIHI AUXILIUM PETAM?] Verſus hic varie legitur. Sunt Codices, in quibus τὸ MIHI non legitur; ſunt, in quibus, NUNC MIHI; ſunt etiam, ubi HAEC REFERAM faciunt initium verſus.

3. HERA.] Intelligit Phanium, heram minorem. Mſ. Graev. NAM VEREOR HERAM, NE. Comice.

4. TOLERARE AUDIO VIOLENTER.] Sic Eun. V. 5. 12.

5. NAM QUAE.] Mſ. Mark. & edit. Anon. QUAENAM.

MEO?] Mſ. Mark. MODO. Sed a Mſ. Witt. abeſt.

6. EGESTAS ME IMPULIT.] Sic And. I. 5. 40. Plaut. Aſin. III. 3. 81.

Quidvis egeſtas imperat.

Horat. Carm. III. 24. 42.

Magnum pauperies opprobrium, jubet
Quidvis & facere & pati.

Belgae: *Armoede zoekt liſt.*

7. HASCE ESSE.] Dum verſum hunc expungit Guyetus, ſimul ſenſum commodum praecedentis tollit.

UT ID CONSULEREM.] Providerem, curarem. Adelph. I. 2. 47.

VITA UT IN TUTO FORET.] Totius ſermonis Sophronae hic ſenſus eſt: *Egeſtas me impulit, ut id facerem, qui Phanium nuberet Antiphoni, juveni nobili & diviti, ut ita, ſi maxime infirmae hae eſſent nuptiae, tamen egeſtati proſpicerem, noſtramque vitam in tuto collocarem*; ſeu, *ne de victu eſſemus ſollicitae, dote ſcilicet data.* Quem ſenſum non ceperunt Interpretes. Sic ſupra II. 3. 16.

Pauper, cui opera vita erat.

Clarius autem patebit, id voluiſſe Sophronam, ſi diſtinguas, UT ID CONSULEREM INTEREA, VITA UT IN TUTO FORET. Sic mox V. 2. 5.

Ut ſit, qui vivat.

Ch. Certe aedepol, niſi me animus fallit, aut parum proſpiciunt oculi,
Meae nutricem gnatae video. *So.* Neque ille inveſtigatur. *Ch.* Quid agam?
So. Qui eſt ejus pater. *Ch.* Adeo, an maneo, dum ea, quae loquitur*, magis cognoſco?
So. Quod ſi eum nunc reperire poſſim, nihil eſt, quod verear. *Ch.* Ea'ſt ipſa:
Conloquar. *So.* Quis hic loquitur? *Ch.* Sophrona. *So.* Et meum nomen nominat?
Ch. Reſpice ad me. *So.* Di, obſecro vos! eſtne hic Stilpho? *Ch.* Non. *So.* Negas?

Ch.

DONATI.

8. Nisi me animus fallit, aut parum prospiciunt oculi.] Docte *Terentius*. nam viſa, vel corporis, vel animi ſunt: hoc eſt, rationis, vel ſenſus.

12. Meum nomen.] Mire ſuum nomen illa agnoſcit: hic diſſimulat.

14. Paululum istorsum.] ³ Nunc Istorsum adverbium eſt loci: alias nomen.

OBSERV. IN DONAT.

3. *Nunc* Istorsum *adverbium eſt loci.*] Suſpicatur Faërnus, legiſſe & ſcripſiſſe Donatum, Istoc, ſed & Paululum. In Mſ. Boend. & editis pleriſque ante Rob. Stephanum tamen eſt, *Nunc* Paululum *adverbium eſt.*

COMMENTARIUS.

8. Nisi me animus fallit.] Sic Heaut. IV. 1. 1.

Parum prospiciunt oculi.] Plaut. Epid. V. 1. 28.

Satin' ego oculis utilitatem obtineo ſincere, an parum?

9. Investigatur.] Sic Eun. II. 3. 3. Heaut. IV. 2. 8.

Quid agam?] Faërnus aliique, Quid ago? atque ita Mſſ. Leidenſium unus.

10. Adeo.] Mſſ. Graev. & Witt. cum editis praeſtantiſſimis, Adeon', vel, Adeone.

Cognosco?] Mſſ. Bodl. Graev. & Witt. cum edit. anni 1469. Cognoscam.

11. Nihil est.] Mſſ. Graev. & Witt. Nihil sit. Mſ. Bodl. Nihil, quod verear.

13. Estne hic Stilpho?] Sic ſupra II. 3. 42.

15. Ne me istoc posthac nomine appellassis.] Plaut. Amph. II. 2. 181.

ne me appella falsò falſo nomine.

Mſ. Bodl. Nec me. Mſ. Graev. Nec me istoc posthac nomine appellaris.

16. St!] In pluſculis Codd. Est legitur, quod defendit Rivius. And. IV. 1. 59. Heaut. III. 3. 36.

17. Conclusam.] And. II. 3. 12. Ovid. Amor. I. 4. 61.

Nocte vir includet.

Saevam.] Rabidam, iratam. Sic And. V. 2. 27. Guyetus in Scholiis Mſſ. exponit, *aſperam*, *moleſtam*, *vehementem*, χαλεπήν. Videtur autem prae timore delirare, qui uxoris Atticae

cae

Ch. Concede hinc a foribus paululum iſtorſum, ſodes, Sophrona.
Ne me iſtoc poſthac nomine adpellaſſis. *So.* Quid? non, obſecro, es,
Quem ſemper te eſſe dictitaſti? *Ch.* St! *So.* Quid has metuis fores?
Ch. Concluſam hic habeo uxorem ſaevam. verum iſtoc de nomine,
Eo perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris
Effutiretis: atque id porro aliqua uxor mea reſciſceret.
So. Hem! Iſtoc pol nos te hic invenire miſerae numquam potuimus.
Ch. Eho! dic mihi, quid rei tibi eſt cum familia hac, unde exis?
Ubi illae ſunt? *So.* Miſeram me! *Ch.* Hem! quid eſt? vivuntne? *So.* Vivit gnata: Ma-

DONATI.

16. QUEM SEMPER TE ESSE DICTITASTI?] ESSE pro *nominari*, antiquorum more dixit.

17. CONCLUSAM HIC HABEO UXOREM SAEVAM.] Illaturus SAEVAM, bene CONCLUSAM praetulit: ut ſi diceret, *feram*.

19. EFFUTIRETIS.] Eloqueremini, evacuaretis, exinaniretis. EFFUTIRETIS, ab eo quod eſt effundere. ⁴ Tranſlatio eſt a vaſe, *Futili* nomine: quod patulo ore, fundo acuto inſtabile, nihil prorſus continet. unde *Futilis* dicitur ejuſmodi, ut nihil intra ſe contineat, & ſemper inanis ſit.

OBSERV. IN DONAT.

4. *Tranſlatio a vaſe.*] Vide ad And. III. 5. 3.

COMMENTARIUS.

cae mentionem faciat apud ancillam ignaram, ipſe vero de Lemniae uxoris morte nondum certior factus.

VERUM ISTOC DE NOMINE, EO PERPERAM OLIM DIXI.] Non aſſentior Faërno, Heinſio, Guyeto, Dacieriae, Hoogſtratano, unius Victoriani Libri auctoritate legentibus: VERUM ISTOC ME NOMINE EO PERPERAM OLIM DIXI. Scilicet, duo rogaverat Sophrona Chremetem, primum, Eſſetne is quem ſemper ſe dictitaſſet, nimirum Stilpho? dein, Quid metueret has fores? Ad poſtremum prius reſpondet, CONCLUSAM HIC HABEO UXOREM SAEVAM. quod quum dixiſſet, pergit, VERUM ISTOC DE NOMINE, id eſt, *Quod ad nomen illud Stilphonis attinet, quo me in Lemno dictitavi, ideo perperam olim dixi, ne.* Si aliter legas, vocula VERUM omnem vim perdit. dicendum enim fuerat, *Tum, porro autem*, vel ſimile. Elegans autem uſus eſt particulae DE, pro, *quod attinet ad.* Plaut. Rud. IV. 7. 2.

de *illo vidulo*,
Si ſapias, ſapias.

Cicero paſſim. Firmant lectionem meam Mſſ. Leidenſes quinque, cum Mſſ. Traject. Lipſ. Boend. Graev. Witt. ſed & editionibus vetuſtiſſimis & optimis, Anon. Junt. Rob. Stephani, Ald. Tarviſ. Vener. Argent. aliis. neque aliter Gambarellus & Fabrini.

22. UBI ILLAE SUNT?] Muretus & Heinſius,

Digitized by Google

Matrem ipſam ex aegritudine miſeram mors conſecuta eſt.
Ch. Male factum! *So.* Ego autem, quae eſſem anus deſerta, egens, ignota,
Ut potui, nuptum virginem locavi huic adoleſcenti,
Harum qui eſt dominus aedium. *Ch.* Antiphonine? *So.* Hem! illi ipſi.
Ch. Quid! duaſne is uxores habet? *So.* Au! obſecro: unam ille quidem hanc ſolam. [*Ch.* Quid ais?
Ch. Quid illa altera, quae dicitur cognata? *So.* Haec ergo eſt.
So. Compoſito factum 'ſt, quomodo hanc amans habere poſſet

Sine

DONATI.

23. Ex AEGRITUDINE] ſ Infirmitate ac morbo. Ex AEGRITUDINE MISERAM MORS CONSECUTA EST.] Bene moderatus eſt, ut neque nimis aegre ferat, neque rurſum *ἀπαθὴς* ſit. Et haec eſt *οἰκονομία*, ne in eadem urbe duae uxores; plus mali ex ſollicitudine afferant Chremeti, quam ex alterius morte triſtitiae. Neque in Comoedia poſſunt nimis miſerabiles mortes eſſe; ne res in Tragoediam tranſeat.

24. DESERTA, EGENS, IGNOTA.] Singula pronuntianda ſunt. argumenta enim haec, ad venialem ſtatum proferuntur.

29. COMPOSITO FACTUM 'ST.] Sic veteres: nos, *Ex compoſito.* ut,

ſ *Compoſito rumpit vocem, & me deſtinat arae.*

OBSERV. IN DONAT.

5. *Infirmitate.*] Guyetus in *ἀνεκδότοις* ſuſpicatur, ſcripſiſſe Donatum, *Non infirmitate aut morbo.* qui ſane eſt ſenſus Terentii. Valet enim AEGRITUDINE idem quod *triſtitia, moerore*, ex non invento marito. Simile quid commiſſum in Donato, ſupra III. 3. 4.

6. *Compoſito.*] Virg. Aen. II. 129.

COMMENTARIUS.

AUT UBI ILLAE SUNT? quomodo & Mſſ. plerique cum impreſſis veteribus. Faërnus τὸ AUT recidit. Mſ. Witt. AUT UBI ILLAE? omiſſo SUNT.

24. MALE FACTUM!] Formula dolentis & indignantis. Plaut. Moſtell. II. 2. 27.

Male, hercle, factum.

Laetitiae formula eſt, *O bene factum!* Sic And. I. 1, 78. Hec. V. 4. 17.

25. NUPTUM VIRGINEM LOCAVI HUIC ADOLESCENTI.] Sic Plaut. Curc. Argum. 7.

Ipſus ſororem, quam peribat, repperit:
Oratu ejus Phaedromo nuptum locat.

Trin. III. 3. 7.

Ut eam ſine dote frater nuptum collocet.

26. HARUM QUI EST DOMINUS AEDIUM.] Cornelius van Bynckershoek, Senator Ampliſſimus ſuper hoc loco a me conſultus, ita reſcribebat: *Recte filius, vivo patre,* DOMINUS AEDIUM *dictus. In eandem ſententiam Paulus dixit in L. 11. ff. de Liber. & Poſtum. hered. inſtit. Liberos vivo patre quodammodo dominos exiſtimari. Plura in hanc rem habeo L. I. Obſerv. c. 19.*

ANTIPHONINE? SO. HEM! ILLI IPSI.] Pluſculi Codices legunt, ANTIPHONINE, INQUAM? SO. ISTI, INQUAM, IPSI. Mſ. Graev. EM, ISTI IPSI.

27. DUASNE.] In quibuſdam Mſſ. & impreſſis eſt, DUAS UXORESNE IS HABET? Et mox, UNAM QUIDEM ILLE.

28. HAEC ERGO EST.] Indignandi vim habet in repetitione τὸ ERGO. Sic And. V. 2. 9. Plaut. Epid. III. 4. 40.

Quas tu mihi tenebras cudis? quin tu fidicinam
Produci intus jubes? PE. Haec ergo eſt fidicina.

Hic

Sine dote. *Ch.* Di voſtram fidem! quam ſaepe forte temere
Eveniunt, quae non audeas optare! offendi adveniens,
Qui cum volebam, atque ut volebam, collocatam filiam.
Quod nos ambo opere maxumo dabamus operam, ut fieret,
Sine noſtra cura, maxuma ſua cura, haec ſola fecit.
So. Nunc quid opus facto ſit, vide. pater adoleſcentis venit;
Eumque animo iniquo hoc oppido ferre ajunt. *Ch.* Nihil pericli 'ſt.
Sed per Deos atque homines! meam eſſe hanc, cave reſciſcat quiſquam.
So. Nemo ex me ſcibit. *Ch.* Sequere me. intus caetera audies.

DONATI.

31. QUAE NON AUDEAS OPTARE!] Pro, *quae non audeat quis.* ut, *Facile ut pro eunucho probes.* OFFENDI ADVENIENS.] Pro, *quum adveniſſem.* ut,

[7] *Ipſe nemus linquens patrium ſuaque arva Latinus.*

Quia Latina lingua deficit hac declinatione.

34. HAEC SOLA FECIT.] [8] Si HIC legerimus, Antiphonem intelligimus: ſi HAEC, Sophronam.

37. SED PER DEOS.] Adjurationis genus eſt.

OBSERV. IN DONAT.

7. *Ipſe.*] Virg. Georg. I. 16. Sed in fine legendum, *Saltuſque Lycaei.*

8. *Si* HIC *legerimus.*] Eugraphius recte de Sophrona intelligit. neque aliter τὸ SOLA ſtare poteſt.

COMMENTARIUS.

Hic alia nulla eſt.

29. COMPOSITO FACTUM 'ST.] Συντεταγμένως. Idem *Ex compoſito*, *De compoſito*, *Compoſita fraude*, *Compacto*, *De compacto*, dixerunt.

30. QUAM SAEPE FORTE TEMERE EVENIUNT, QUAE NON AUDEAS OPTARE!] Τὸ TEMERE abeſt ab edit. 1469. Eaedem autem voces ſaepius junguntur Livio. Plaut. Moſtell. I. 3. 40.

Inſperata accidunt magis ſaepe, quam quae ſperes.

Pindarus, Olymp. XII.

Πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν.

Multa vero hominibus praeter opinionem accidunt.

Menandro tribuitur a Lambino, ad Ciceronis locum, quem ſubjungo.

Ταυτόματον ἡμῶν καλλίω βουλεύεται.

Petrus autem Victorius, Var. Lect. XXX. 24. hanc non Menandri ſententiam, ſed in Selectis variorum Comicorum & Tragicorum inveniſſe ſe dicit, exiſtimatque hanc ipſam exprimere voluiſſe forte ex Apollodoro. Sed & Cicero, Att. I. 12. eundem verſum citat: *Tito mandavi; σκέψεις, atque ἀναβολαί. ſed neſcio, an ταυτόματον ἡμῶν. nam mihi Pompejani prodromi nuntiant, aperto Pompejum acturum, Antonio ſuccedi oportere.*

31. ADVENIENS.] Sic Eun. II. 2. 3.

32. ATQUE UT VOLEBAM.] Haec abſunt a Mſ. Witt.

35. SIT.] Mſſ. Mark. Graev. & edit: 1469. NUMQUID OPUS FACTO EST?

37. CAVE.] Abeſt a Mſ. Witt.

38. INTUS] Intelligit aedes Demiphonis. Hic lacuna eſt in Mſ. Bodl. uſque ad finem Scenae III. Legit autem, CAETERA INTUS AUDIES.

Digitized by Google

ACTUS QUINTI

SCENA SECUNDA.

Demipho. Geta.

De. Noſtrapte culpa facimus, ut malos expediat eſſe,
Dum nimium dici nos bonos ſtudemus & benignos.
Ita

DONATI.

3. Ita fugias, ne praeter casam.] Proverbium, *Ita fugite, ne praeter caſam.* Hoc eſt, [1] ne praetercas caſam tuam, quae ſit tibi tutiſſimum receptaculum. Aut; *ita fugias, ne praeter caſam:* ubi cuſtodiri magis, & prehendi fur, & mulctari verberibus poteſt. Aut verbum

OBSERV. IN DONAT.

1. *Ne praetereas caſam tuam.*] Mſ. Boend. & edd. pleraeque ante Rob. Stephanum, *Ne praetermittas caſam tuam.*

COMMENTARIUS.

1. Noſtrapte culpa] Redit a Phormione Demipho cum Geta, poſtquam ei triginta minas perſolverat; ſuceenſetque, fieri non poſſe, ut quis famam bonam & opes ſimul tueatur.

Malos.] Bona Mſſ. & impreſſorum veterum pars, Malis. Heaut. II. 4. 8.

3. Ita fugias, ne praeter casam.] Primus adagii interpres Donatus eſt. Poſtea varie tentatum ab eruditis. Fabrini quodammodo ad mentem Donati: *Biſogna fuggirſi in modo, che tu non fuggi fuori di caſa.* Additque: *Il ſenſo e, quando tu fuggi un periculo, biſogna che tu fuggi in modo, che tu non eſchi di caſa, perche tu entrereſti in un periculo maggiore, perche il piu ſecuro luogo è la caſa. Voleva inferire, che ſe egli era ſtato ingannato da Formione, egli non gli doveva dare inoltre danari, come egli haveva fatto.* Tanaq. Faber Epiſt. II. 11. conjicit, ſcripſiſſe Menandrum,

φεῦγε μὲν,
Α᾿λλ᾽ ὦ παρ᾽ ἄιταν, φαρυ.

Terentium vero non intelligentem, quid ſit παρ᾽ ἄιταν, quod notet, *praeter modum*, male extuliſſe: Ita fugias, ne praeter causam; quum fuerit vertendum: *Ita fugias, ne nimis fugias.* Quod cum pluribus verbis ſcripſiſſet, gloriatur, placuiſſe ſe doctis. Quae vero ad hunc locum dicta ab aliis fuere, ea omnia *hydropici ſomnia* vocat. Non nimis tamen placuit Doctiſſimae filiae. Eraſmus in hoc Adag. commode citat verba Luciani in Nigrino: Καὶ τῦτο δὲ τὸ ἐν ταῖς τραγῳδίαις τε καὶ κωμῳδίαις λεγόμενον Ἤδη καὶ παρὰ θύραν εἰσβιαζόμενοι. *Et hoc quod in Tragoedíis & Comoediis dicitur: Jam & praeter januam incitati.* Ubi Joh. Bourdelotius tamen mallet legere, περὶ θύραν. ut ſimilitudo ducta ſit ab his, qui in aliquem locum ingredi cupientes, vel inde egredi, in ipſo limine ita ſe ipſos premunt, ut ſibi ipſis ſint impedimento. J. Fr. Gronovius Obſerv. III. 9. ita: *Proverbium eſt ruſticum, inter ergaſtula natum: quod duo vocabula indicant*, fugere, & caſa: *hanc enim ruris, illud ſervorum fugitivorum intelligimus. Qui fugiebant, ut id caute & tutius facerent, ex remotis plerumque & ultimis agri partibus primulum ſe in pedes conjiciebant, ubi a nemine obſervarentur. At caſam, ſeu villam praeterire velle, qui fugam pararet, erat hominis de corio & capite ſuo ludentis. Quid enim poterat exſpectare, niſi ut aut domini,* aut

Digitized by Google

Ita fugias, ne praeter caſam, quod ajunt. nonne id ſat erat,
Accipere ab illo injuriam? etiam argentum 'ſt ultro objectum:
Ut

DONATI.

bum erat › ipſius cuſtodis furem exagitantis, & interea prohibentis, ne ante caſam tranſeat: ne in praetereundo etiam inde aliquid rapiat. Queritur ſenex ſe; dum avari infamiam fugeret, in ſtulti reprehenſionem incidiſſe.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Ipſius cuſtodis.*] Haec neque Rob. Stephanus, neque quiſquam Codd. vetuſtiorum agnoſcit.

COMMENTARIUS.

aut villici, aut alicujus obverſantium familiarium veniret in manus, & manifeſta in noxa teneretur? Proprie igitur hoc conſilium fugitivo datur, ſi fugam meditetur, ita eam inſtituat, ut caſa domini non ſit praetereunda, *ne vitans ſervitutem, aerumnam, compedes, incidas in ſupplicium, ſtigmata, crurifragium. Et pertinet ad omnes, qui monendi ſunt, ne levius incommodum & onus gravati, in triſtiora & duriora praecipitent. Itaque ſenex Comicus, ut Phryx, ſero ſapiens, increpat rem ab ſeſe actam, qui metu calumniae & falſarum litium illum, a quo injuria affectus erat, pecunia donarat.* Qui praeter caſam fugit, *videtur ſe prodere, ac velle capi: qui injuria accepta forum vitat nummos numerando, & praeſentem jacturam facit, & alteram injuriam invitat. Ita nuptias & lites & Phormionem fugere debebamus, ne nos ultro majori malo mulctaremus.* Adde locum Gellii, qui hunc ſenſum firmat. Is eſt Lib. XI. cap. 18. *Sabinus dicit, furem eſſe hominis judicatum, qui quum fugitivus* praeter oculos *forte* domini iret, *obtentu togae, tamquam ſe amiciens, ne videretur a domino, obſtitiſſet.* Boeclerus in Chreſtomathia, v. CASA, primam Donati interpretationem laudans, mox addit: *Niſi quod etiam* CASAM, *non definite accipere poſſis, hunc in modum:* „ Ita fugias, ne oblatum fu„ gac receptaculum, & quaſi praeſidium quod„ cunque praetereas, negligaſve. „ *Sed quomodo haec accommodant ad ſcriptoris mentem? Uno ore omnes, deſcribentes hoc quoque ex poſtremis Donati verbis, moneri nos hoc proverbio ajunt, ne ſic aliquod vitium fugiamus, ut in aliud majus incauti devolvamur. quia Donatus dixit:* „ queritur ſe„ nex, ſe dum avari infamiam fugeret, in ſtul„ ti reprehenſionem incidiſſe. „ *Atqui Demipho hoc dicere videtur: nos Phormionis Sycophantae malitiam nimia benignitate noſtra ultro alimus, & proficuam ipſi facimus. per injuriam nos implicuit hoc matrimonio, quod jure & actione forenſi diſſolvi aequum fuiſſet. At nos ultro argentum ei, tamquam praedam, objicimus, quo ille haud dubie ut inſtrumento novi flagitii utetur. Qua in re non obſecuti ſumus proverbio, quod dictat:* Ita fugiendum eſſe, ne praeter caſam auferaris. *i. e. in fuga nullam praeſidium praetereundum; ſed proxima quaeque occupanda, neque ulterius, quam neceſſe eſt, adeoque non ad ultima, niſi deſperatis aut praeſeptis propioribus auxiliis, procurrendum eſſe. Si* caſa *aliqua adverſus perſequentes receptat, occultatve fugientem, cur fugam continuet? Convenit ſimilitudo rei, de qua agitur. Qui intendit actionem alteri, quod Phormio hic fecerat, eſt ὁ διώκων: qui defendit & depellit injuriam, eſt ὁ φεύγων. qui timide ſe gerere minime debet. quis enim ſuam pecuniam jactaret, potius, quam judicio experiretur in cauſa non deſperata? Sed nos, inquit Demipho, nimia bonitate, antequam praeſidia juris tentaremus, jactura certa & non neceſſaria, incertum periculum redemimus: fugiendo ſcilicet praetervecti ea remedia, quae nos indemnes praeſtare poterant, fugamque ſiſtere merito debebant.* Quod vero Tanaq. Faber CAUSAM ſcripſiſſe Terentium autumat, in eo quidem errare videtur, Donati, Eugraphii & multo maximae Mſſ. partis auctoritate. Ita tamen Mſſ. Graev. & Lipſ. cum duobus Boecleri. In Mſ. Boend. fuerat CASAM, ſed a ſecunda manu additum τὸ *U*. Mſ. Witt. *cam*, dubie. In Mſ. Lipſ. ſuprascriptum: *ne excedas mce tuam.* CAUSAM etiam eſt in edd. 1469. & Heidelb.

NONNE ID SAT ERAT.] Mſ. Boend. & edit. Tarviſ. DE NOMINE ID SATIS ERAT.

Ut ſit, qui vivat, dum aliud aliquid flagitii conficiat.
Ge. Planiſſume. *De.* His nunc praemium eſt, qui recta prava faciunt.
Ge. Veriſſume. *De.* Ut ſtultiſſime quidem illi rem geſſerimus.
Ge. Modo ut hoc conſilio poſſiet diſcedi, ut iſtam ducat.
De. Etiamne id dubium'ſt? *Ge.* Haud ſcio hercle, ut homo 'ſt, an mutet animum.
De. Hem! mútet autem? *Ge.* Neſcio: verum, ſi forte, dico.
De. Ita faciam, ut frater cenſuit: uxorem ejus huc adducam,

Cum

DONATI.

5. DUM ALIUD ALIQUID.] 1 Vetuſte.

8. MODO UT HOC CONSILIO POSSIET DISCEDI, UT ISTAM DUCAT.] Ne poeniteat dominum pecuniam dediſſe, terrorem ſervus injecit.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Vetuſte.*] Uſitatius igitur, *Aliud quid.*

COMMENTARIUS.

5. UT SIT, QUI VIVAT.] Guyetus hoſce tres verſus expungit.

CONFICIAT.] Mſ. Witt. CONFINGAT.

6. HIS NUNC PRAEMIUM EST, QUI RECTA PRAVA FACIUNT.] Haec vultuoſe dicta. Eo autem nomine traductus Socrates ab Ariſtophane, ut qui diſcipulos doceret τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν. Aelian. V. H. II. 13. Tangit autem cum Phormione cauſidicos omnes, vulgo inviſos. Flor. IV. 12. 36. Et eſt ſane oraculum Platonis, citante Lipſio, Centur. III. Epiſt. 78. Ὅτι παρ' οἷς νόμοι πολλοὶ, καὶ δίκαι παρὰ τούτοις, καὶ βίοι μοχθηροί. *Quod ubi leges multae, ibi & lites multae, & vita moreſque pravi.*

7. ILLI REM GESSERIMUS.] H. e. Illi lucrum conciliaverimus. Plaut. Perſ. IV. 3. 34.

Ego valeo recte, & rem gero, *& facio lucrum.*

Dubitat Guyetus, an Latine ſatis dicatur, *gerere alicui rem.* Quid ſi igitur ILLI adverbialiter dicatur, pro, ILLIC, ſeu, in ea re? quod uſitatum Comicis. Sane Horatio Epiſt. I. 8. 1.

Celſo gaudere, & bene rem gerere Albinovano,

notat χαίρειν καὶ εὐπράττειν.

8. MODO UT HOC CONSILIO POSSIET DISCEDI.] Senſus eſt, Modo ut Phormio hac pecunia adduci poſſit, ut eam ducat. Adelph. III. 4. 62. Mſ. Graev. MODO HOC. omiſſo UT.

9. UT HOMO 'ST.] Sic Adelph. I. 2. 63. Illa vero, HAUD SCIO, AN MUTET ANIMUM, valent, *Haud ſcio, an non mutet.*

10. MUTET AUTEM?] Mſ. Boend. MUTET ANIMUM?

SI FORTE.] H. e. Si forte caſus aliquis ita tulerit. Sic Heaut. III. 2. 40.

11. UT FRATER CENSUIT.] Vide ſupra IV. 5. 7.

UXOREM.] Mſſ. & impreſſi pluſculi, UT UXOREM.

EJUS HUC.] Mſſ. Witt. & Graev. HUC EJUS.

12. TU GETA.] Mſ. Witt. O GETA. Mſſ. Graev. & Boend. cum edit. 1469. GETA.

ABI PRAE, NUNTIA.] Ita malui cum quibuſdam legere, quam cum aliis, ABI, PRAENUNTIA. Sic And. I. 1. 144. & Adelph. II. 1. 13. Senſus autem eſt, *Nuncia Phanio, Nauſiſtratam eſſe venturam.*

13. ARGENTUM INVENTUM 'ST.] Haec Geta ſecum, remoto jam Demiphone.

DE JURGIO SILATUR.] Intelligit jurgium Demiphonis

Cum iſta ut loquatur. tu, Geta, abi prae, nuntia hanc venturam.
Ge. Argentum inventum 'ſt Phaedriae: de jurgio ſiletur.
Proviſum eſt, ne in praeſentia haec hinc abeat: quid nunc porro?
Quid fiet? in eodem luto haeſitas: vorſuram ſolves,
Geta. praeſens quod fuerat malum, in diem abiit: plagae creſ-
cunt:
Niſi proſpicis. nunc hinc domum ibo; ac Phanium edocebo,
Ne quid vereatur Phormionem, aut ejus orationem.

DONATI.

15. VORSURAM SOLVIS.] Creditorem mutas. VORSURAM SOLVIS.] *Verſuram facere* dicitur, qui aes alienum ex aere alieno ſolvit. Dicitur etiam *Verſuram facere*, cum minore foenore acceptam quis pecuniam • majore occupat.

16. PRAESENS QUOD FUERAT MALUM, IN DIEM ABIIT.] Ὑποφορά. PLAGAE CRESCUNT.] Ἀνθυποφορά.

OBSERV. IN DONAT.

4. *Majore occupat.*] Mſ. Boend. cum edd. vetuſtis, *Majorem occupat.*

COMMENTARIUS.

miphonis cum Phormione, ob nuptias Antiphonis & Phanii.

14. NE IN PRAESENTIA HAEC HINC ABEAT.] H. e. Ne Phanium oppido ejiciatur, & domo Demiphonis.

15. IN EODEM LUTO HAESITAS.] A viatoribus & viis lutulentis tranſlata metaphora, q. d. *In eadem difficultate implicitus teneris.* Vide Eraſm. Adag. Fabrini: *Tu ſei nel medeſime periculo.*

VORSURAM SOLVES.] Mſſ. varie, VORSURAM & VORSURA. Hoc ad ſenſum aptius videtur hominibus etiam eruditis. Eſt autem *Vorſura ſolvere*, debitori diſſolvere pecunia aliunde foenori accepta, ita nt creditor quidem mutetur, ſed debitum maneat. Cic. Att. V. 15. *Ut verear, ne illud, quod tecum permutavi*, verſura *mihi* ſolvendum *ſit*. Hinc tranſlate dicitur de eo, qui cum expedire ſe conatur, in eodem tamen haeret luto. Sed *verſuram facere* eſt pecuniam foenori accipere, mutuum accipere ſub uſuris. Cic. Att. V. 21. *Salaminii cum Romae* verſuram facere *vellent*, *non poterant*. Nepos Att. 2. *Quum enim* verſuram facere *publice neceſſe eſſet, neque ejus conditionem aequam haberent, ſemper ſe interpoſuit.* Et cap. 9. *Quin etiam, quum illa fundum ſecunda fortuna emiſſet in diem; neque poſt calamitatem* verſuram facere *potuiſſet, ille ſe interpoſuit.*

16. PRAESENS QUOD FUERAT MALUM.] Metus nimirum; ne fidicina eriperetur Phaedriae. Huic enim triginta illae minae a Phormione dandae erant, quibus fidicinam redimeret a lenone.

IN DIEM ABIIT.] Dilatum eſt. Eun. V. 7. 19.

18. NE QUID VEREATUR PHORMIONEM, AUT EJUS ORATIONEM.] Guyetus hunc verſum expungens, Scenam commodo exitu mutilat. Palmerius, quod Phormio non ſit metuendus Phanio, legit, NE QUID VEREATUR PHORMIONEM, AUT SENIS ORATIONEM; per *ſenem* intelligens *Demiphonem.* Videtur autem τὸ Ejus referendum ad Nauſiſtratam.

Digitized by Google

ACTUS QUINTI

SCENA TERTIA.

Demipho. Nausistrata. Chremes.

De. Agedum, ut ſoles, Nauſiſtrata, fac illa ut placetur nobis:
Ut ſua voluntate, id quod eſt faciundum, faciat. *Na.* Faciam.
De. Pariter nunc opera me adjuves, ac re dudum opitulata es.
Na. Factum volo: at pol minus queo viri culpa, quam me dignum 'ſt.
De. Quid autem? *Na.* Quia pol mei patris bene parta indiligenter
Tuta-

DONATI.

1. Agedum, ut soles, Nausistrata.] *Ditis uxoris de marito licentius conquerentis haec allocutio eſt, cum diſpoſitione futurarum turbarum.*

3. Ac re dudum opitulata es.] Supra enim dixerat Chremes, *Id ſumam: uxori, tibi opus eſſe, dixero.*

COMMENTARIUS.

Guyetus Scenam hanc integram expungit; ſed & Scenas ſequentes quatuor, quas is *quintam, ſeptimam, octavam* & *nonam* vocat; ſed quae nobis ſunt quinta, ſextae verſus poſteriores undecim, ſeptima & octava. Finit autem Fabulam cum verſu 43. Scenae VI. delens τὸ Gaudeo, & ſubſtituens, Plaudite. Haec vero vis eſt, & inclementia mera. Ne de reliquis dicam, tolle Scenam ultimam, facetam illam & oppido elegantem, & cum Phormione omnes Gratias exſtinxeris. Merito igitur refutarunt nimis moroſum Criticum Tanaq. Faber, Dacieria filia, & Boeclerus.

1. Ut soles.] His verbis benevolentiam captat. Sic infra V. 8. 31.

2. Sua voluntate.] Reſpicit dictum ſupra IV. 5. 13. Sic Adelph. III. 4. 44. Idem *cum gratia* dixit And. II. 5. 11.

3. Adjuves.] Variant Mſſ. & editi veteres, nam in aliis eſt Adjuvas, in aliis, Adjuva.

Re.] Videtur reſpicere argentum illud, quod fructus nomine Chremes ſecum attulerat e Lemno, quodque Nauſiſtratae benignitate mutuum eſſe datum fingebatur Demiphoni. Supra IV. 3. 75. 76.

4. Factum volo.] Formula ſignificantis animi promtitudinem. Plaut. Bacchid. III. 3. 91.

Serva tibi ſodalem, & mihi filium. Mn. Factum volo.

At.] Praeſtat haec lectio, prae Codicum quorundam, Ac.

Minus queo.] Sub. Vel tibi, vel amicis aliis opitulari.

5. Indi-

Tutatur: nam ex his praediis talenta argenti bina
Statim capiebat. hem, vir viro quid praeſtat! *De.* Binan'? quaeſo!
Na. Ac rebus vilioribus multo, tamen talenta bina. *De.* Hui!
Na. Quid haec videntur? *De.* Scilicet! *Na.* Virum me natam vellem:
Ego oſtenderem. *De.* Certo ſcio. *Na.* Quo pacto. *De.* Parce, ſodes;
Ut poſſis cum illa: ne te adoleſcens mulier defatiget.
Na.

DONATI.

7. STATIM CAPIEBAT.] STATIM, perpetuo, aequaliter, & quaſi uno ſtatu. [1] *Plautus*, *Ita ſtatim ſtant ſigna.* [2] Et habet primam longam, quando autem ſignificat aliud, primam brevem habet.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Plautus.*] Amph. I. 1. 120.
2. *Et habet primam longam.*] Haec abſunt a Mſſ. & editis meis ante Lindenbruchium. Et poſſint videri e Nonio Marcello deſcripta, IV. 423.

COMMENTARIUS.

5. INDILIGENTER TUTATUR.] Proprie. *diligentia* enim requiritur in patrefamilias. Cic. Verr. IV. 18. *Diodorus, homo frugi, ac* diligens, *qui ſua ſervare vellet.* Qua de re multa JCti.

7. STATIM.] H. e. Ita ſingulis annis, ut numquam minus. Id igitur vult Nauſiſtrata, patrem ex praediis ſuis, rebus quamlibet vilibus eundem ſemper fructum percepiſſe. Citat Nonius Marcellus, IV. 423. BINA TALENTA CAPIEBAM STATIM. Fabrini eleganter: *Al fermo, anno per anno.*

VIR VIRO QUID PRAESTAT!] Sic Eun. II. 2. 1. Senſus eſt: Quod pater induſtria & diligentia auxit, id maritus vel negligentia vel luxu perdit.

8. REBUS VILIORIBUS MULTO.] H. e. Quum minus multo cara eſſet annona, minorque adeo reditus exſpectaretur.

TALENTA BINA.] Elegantius multo haec repetuntur, quam quod in Mſſ. quibuſdam & editis poſt an. 1469. eſt, TAMEN DUO TALENTA.

9. VIRUM ME NATAM VELLEM.] Phaed. III. 8. 11.

Vir natus, *quod rem feminarum tetigerit.*

Ubi vide Schefferum.

10. EGO OSTENDEREM.] Haec cum ſtomacho pronunciantur. unde & interpellatur a Demiphone. Similis ejuſdem verbi uſus eſt And. V. 2. 26.

QUO PACTO.] Subaudi, *Bene parta eſſent tutanda & augenda.* Et haec rurſus cum ſtomacho; quare rurſus interpellatur Nauſiſtrata.

PARCE, SODES.] Neſcio quid nuperos quoſdam editores moverit, ut haec verba Chremeti tribuerent; quae in Mſſ. Leidenſibus quinque, Mark. Lipſ. Traject. Graev. Witt. Boend. ſed & in editionibus Juntarum, Aldi, Rob. Stephani, Frobenii, & his multo antiquioribus, Anonyma, Venetis, Tarviſiana, aliis Demiphoni recte tribuuntur; & quae nec Interpretum quiſquam, quod ſciam, aliter ſe reperiſſe dicit. Chremes vero, verſu 12. demum in Scenam venit. Apparet autem, violentiſſimam fuiſſe Nauſiſtratam, & plura etiam dicturam in maritum. Sic Adelph. IV. 2. 23.

11. UT POSSIS CUM ILLA.] Sub. Contendere verbis; neve ſuccumbas, ſi forte Phanium nolit ſua voluntate exire matrimonio. quae omnia per εὐφημισμὸν reticentur.

DEFATIGET.] Boni Mſſ. & editorum poſt an. 1469. pars, DEFETIGET. pauci, ADFATIGET.

Na. Faciam, ut jubes. ſed meum virum abs te exire video. *Ch.* Hem! Demipho,
Jam illi datum eſt argentum? *De.* Curavi ilico. *Ch.* Nollem datum,
Hei! video uxorem: pene plus, quam ſat erat. *De.* Cur nolles, Chreme?
Ch. Jam recte. *De.* Quid tu? ecquid locutus cum iſta es, quamobrem hanc ducimus?
Ch. Tranſegi. *De.* Quid ait tandem? *Ch.* Abduci non poteſt. *De.* Qui, non poteſt?
Ch. Quia uterque utrique eſt cordi. *De.* Quid iſtuc noſtra? *Ch.* Magni. praeter haec,
Cognatam comperi eſſe nobis. *De.* Quid! deliras? *Ch.* Sic erit.
Non temere dico. redi mecum in memoriam. *De.* Satin' ſanus es?

Na.

COMMENTARIUS.

12. FACIAM.] Hic novae Scenae initium eſt in Mſ. Witt.

14. HEI! VIDEO UXOREM.] Haec vel ſecum, vel ad ſpectatores converſus dicit. Erat autem intempeſtiva de argento mentio, praeſente uxore.

15. JAM RECTE.] Ita dicit, propter uxorem praeſentem loqui non audens amplius. ſic infra verſu 29. Vide ad Heaut. III. 2. 7.

HANC.] Filiam amici noſtri, ſcilicet, revera autem *Tuam.* non nominat, ut ſatis notam, vel diſſimulat.

DUCIMUS?] Abducimus ex aedibus. Hec. IV. 1. 7.

16. TRANSEGI.] And. I. 5. 13. Videtur ironice dictum a Chremete, TRANSEGI; quia, ſi revera tranſegiſſet, jam abductam oportebat Phanium ab Aeſchino.

ABDUCI.] Ita edidi ex Mſſ. Leidenſibus quinque, Traj. Mark. Witt. Boend. Graev. Lipſ. ſed & editis praeſtantiſſimis. In aliis eſt, ADDUCI. Quomodo ſcripſiſſe Terentium probabile erat, ſi Antipho cordi tantum fuiſſet Phanio. Nunc quia uterque utrique cordi erat, Phanium ABDUCI non potuit, ſub. marito, vel, ex aedibus. Videtur autem Terentius cogitaſſe de loco Plauti, Truc. IV. 3. 72.

CA. Filium iſtinc tuumte melius eſt repetere.
Ceterum, uxorem, quam primum poteſt, abduce ex aedibus.
Ego adeo jam illi remittam nuncium affini meo:
Dicam, ut aliam conditionem filio inveniat ſuo.

Pſeud. IV. 7. 97.

ut fallaciis hinc a me *mulierem* abduceres.

Merc. IV. 4. 59.

Niſi hinc abducit, *quo velt*, ex hiſce aedibus.

QUI, NON POTEST.] Ita Mſſ. Leidenſes quatuor, Witt. Graev. Mark. Lipſ. Boend. Sed & editi praeſtantiſſimi. In aliis eſt, QUID? NON POTEST? prius laudat Rivius, utpote reſponſo melius cohaerens.

17. UTERQUE UTRIQUE EST CORDI.] And. II. 1. 28. Phraſis multum amata Livio. Dixit autem UTERQUE UTRIQUE, uti Heaut. II. 4. 14.

PRAETER HAEC.] Codices quidam, PRAETEREA.

18. DELIRAS.] Vide ad And. IV. 4. 13.

19. RADI

Na. Au! obſecro, cave, ne in cognatam pecces. *De.* Non eſt.
Ch. Ne nega.
Patris nomen aliud dictum eſt: hoc tu erraſti. *De* Non norat
patrem?
Ch. Norat. *De.* Cur aliud dixit? *Ch.* Numquamne hodie concedes mihi,
Neque intelliges? *De.* Si tu nihil narras. *Ch.* Pergis? *Na.* Miror, quid hoc ſiet.
De. Equidem hercle neſcio. *Ch.* Vin' ſcire? at ita me ſervet
Juppiter!
Ut propior illi, quam ego ſum, ac tu, nemo 'ſt. *De.* Di
voſtram fidem!
Eamus ad ipſam: una omnes nos aut ſcire, aut neſcire hoc volo. *Ch.* Ha!
De. Quid eſt? *Ch.* Itan' parvam mihi fidem eſſe apud te?
De. Vin' me hoc credere?

Vin'

COMMENTARIUS.

19. REDI MECUM IN MEMORIAM.] Vult meminiſſe fratrem, quid narraverit ei de altera uxore Lemnia, atque inde nata filia. Demipho autem & tardus & importunus eſt.

20. OBSECRO, CAVE, NE IN COGNATAM PECCES.] Expellendo illam e matrimonio. In Codd. quibuſdam eſt, OBSECRO, VIDE. Pareus e Mſ. Pal. laudat, DEMIPHO, VIDE. quod mirum eſt mire placere Guyeto in ſcholiis Mſſ. integram Scenam expungenti.

21. ALIUD DICTUM EST.] In judicio a Phormione; ſed & a Phanio, ejuſque matre mortua. Intelligit nomen Stilphonis.

22. NUMQUAMNE HODIE CONCEDES MIHI.] H. e. *Credes, conſenties*, interprete Nonio Marcello, v. *Concedere*. Idem INTELLIGES legit, non INTELLIGIS, quod laudat Georg. Fabricius.

23. NARRAS.] Mſſ. & editi quidam poſt an. 1469. NARRES. Senſus autem eſt: *Quid intelligam, ſi tu nihil narras?*

PERGIS?] Codd. quidam, PERDIS. ſub. me, praeſente uxore haec dicens.

QUID HOC SIET.] Mſ. Graev. & edit. 1469. QUID HOC EST.

25 PROPIOR ILLI.] Sub. genere & conſanguinitate. quo ſenſu *Proximus* & *genere proximus* frequens eſt Terentio.

NEMO 'ST.] Mſ. Witt. HOMO EST. Mſ. Graev. HOMO NEMO EST. Quam lectionem laudat Rivius. Editi itidem varie.

26. AUT SCIRE, AUT NESCIRE HOC VOLO.] Atqui vel ſcimus, vel neſcimus rem; niſi quod ſuſpicio quaſi media eſt.

HA!] Codices quidam, AH!

27. ITAN' PARVAM MIHI FIDEM ESSE APUD TE?] Plaut. Pſeud. I. 5. 52.

Parvam eſſe apud te mihi fidem *ipſe intelligo.*

Niſi forte legendum, PARUM FIDEM. Quomodo Mſſ. Leidenſes quinque, Graev. Lipſ. cum edit. 1469. paucisque aliis. In reliquis fere, PARVAM. Sed & τὸ ESSE abeſt a plurimis Libris. quod laudat Rivius. Vide Eun. I. 2. 117.

28. VIN'

Vin' ſatis quaeſitum mihi iſtuc eſſe? age, fiat. quid? illa filia
Amici noſtri, quid futurum 'ſt? *Ch*. Recte. *De*. Hanc igitur mittimus?
Ch. Quidni? *De*. Illa maneat? *Ch*. Sic. *De*. Ire igitur tibi licet, Nauſiſtrata.
Na. Sic pol commodius eſſe in omnes arbitror, quam ut coeperas,
Manere hanc. nam perliberalis viſa 'ſt, quum vidi, mihi.
De. Quid iſtuc negoti 'ſt? *Ch*. Jamne operuit oſtium? *De*. Jam. *Ch*. O Juppiter!
Di nos reſpiciunt! gnatam inveni nuptam cum tuo filio. *De*. Hem!

Quo

D O N A T I.

28. VIN' SATIS QUAESITUM.] Hoc totum pro una perſona quidam legunt. FILIA AMICI NOSTRI.] Hoc eſt, tua.

31. COMMODIUS ESSE IN OMNES.] Et circa illum qui duxit, & circa illam quae ducta eſt, & circa te ſocerum.

32. PERLIBERALIS VISA 'ST, QUUM VIDI, MIHI.] Ordo eſt, *Perliberalis viſa eſt mihi.*

COMMENTARIUS.

28. VIN' SATIS QUAESITUM MIHI ISTUC ESSE?] Ita abrumpit ſermonem & dubitationem, ne verboſior ſit in eadem re. quod Plautinum magis.

ILLA FILIA AMICI NOSTRI.] Ita loquitur, ne ſentiat uxor, ſuſceptam a Chremete ex alia uxore. Necdum autem novit Demipho, Phanium Chremetis eſſe filiam.

29. QUID FUTURUM 'ST?] Plaut. Epid. I. 2. 48. plenius:

Quid de illa fiet fidicina igitur?

Vide Heaut. III. 1. 53.

RECTE.] Vide ſupra, verſu 15.

HANC IGITUR MITTIMUS?] H. e. Filiamne amici noſtri, quam collocare nuptum Antiphoni deſtinaveramus, mittimus, negligimuſque? Supra IV. 3. 70. Plaut. Poen. Prol. 100.

Neque duxit umquam, neque ille voluit mittere.

Sunt, qui de Nauſiſtrata accipiunt. q. d. Hanc igitur domum remittimus, quum cauſa nulla ſit, quare ad Phanium ire pergat? ſed prius magis placet. Ita & Fabrini: *Noi rimanderemo adunque via queſta, cioè queſta tua figliuola, che noi gli volevamo dare.*

30. ILLA MANEAT?] Phanium nempe, quae abduci ab Antiphone non poteſt.

IRE IGITUR TIBI LICET, NAUSISTRATA.] Id vult, Domum redire licere Nauſiſtratae, quod ejus opera opus non ſit ad perſuadendum Phanio, ut abeat ab Antiphone, & nubat Phormioni. ſimul amotam vult Nauſiſtratam, ne quid de amoribus furtivis fratris cognoſcat.

31. UT COEPERAS.] Inſtitueras ejicere.

32. PERLIBERALIS VISA 'ST.] Sic Hec. V. 4. 24.

33. QUID ISTUC NEGOTI 'ST?] Nondum reſciverat Demipho, Chremetis filiam ex uxore Lemnia eſſe Phanium; neque adeo exputare poteſt, quare frater tantopere eam manere velit in matrimonio.

JAMNE OPERUIT OSTIUM?] Meticuloſus Chremes, Nauſiſtrata uxore intro eunte reſpiciens haec rogat Demiphonem. Edit. 1469. APERUIT.

O JUPPITER!] Haec, uxore jam remota, clarius

Quo pacto id potuit? *Ch.* Non ſatis tutus eſt ad narrandum hic locus.

De. At tu abi intro. *Ch.* Heus! ne filii quidem noſtri hoc reſciſcant, volo.

COMMENTARIUS.

clarius exclamat Chremes.

34. DI NOS RESPICIUNT.] Formula eorum, quibus ſubito ad ſalutem convertitur malum. And. IV. 1. 18. Eodem ſenſu Plautus, Capt. IV. 2. 79. *Di te omnes adjuvant.* Bacchid. IV. 3. 24.

Deus reſpiciet nos aliquis.

NUPTAM CUM TUO FILIO.] Supra II. 1. 74.

35. HIC LOCUS.] Mſſ. & editi quidam poſt an. 1469. Locus. omiſſo HIC.

36. INTRO.] Intelliguntur aedes Demiphonis. Hoc.] Editio anni 1469. HAEC.

ACTUS QUINTI

SCENA QUARTA.

ANTIPHO.

LAETUS ſum, ut meae res ſeſe habent, fratri obtigiſſe, quod volt.

Quam ſcitum 'ſt, ejuſmodi parare in animo cupiditates;

Quas,

DONATI.

1. LAETUS SUM.] Antiphonis perſona eſt.

2. [1] PARARE ANIMO.] Venuſte additum eſt, ANIMO. [a] *Ennius* in ſexto; *Sed quid ego hic animo lamentor?*

OBSERV. IN DONAT.

1. PARARE ANIMO] Mſ. Boend. & edd. ante Rob. Stephanum, PARARE IN ANIMO.

2. *Ennius.*] Hieron. Columna exhibens,

Sed quid ego haec animo lamentor?

Exiſtimat, verba eſſe a Junone in concilio Deorum prolata ad excitandum odium in Romanos, a Trojanis oriundos.

COMMENTARIUS.

1. UT MEAE RES SESE HABENT.] Edit. 1469. HABEANT. Tò UT defendit Graevius ad Cic. Fam. XVI. 18. Atque ita eſt in Mſſ. Graev. Witt. laudatque Faërnus ex Cod. Bemb. Seneca, Epiſt. XIX. Ut ſe res habet, *ab Epicuro verſura facienda eſt.* Adde Gronov. Obſerv. III. 6. etiam ex metro tò UT tuentem. Sed Guyetus emendat, UTUT MEAE RES SE HABENT. laudante Boeclero. UTUT autem vincit numero Librorum. Sic Heaut. I. 2. 26.

FRATRI.] Intelligit Phaedriam patruelem. Plaut. Poen. V. 2. 109.

Pater tuus is erat frater patruelis *meus.*

Suet. Caeſ. 29. C. *Marcello, qui* fratri patrueli *ſucceſſerat.* Eſtque phraſis ſacra. nam teſte Iſidoro, Orig. IX. 6. *Quatuor modis* Fratres *dicuntur in divinis Scripturis, natura, gente, cognatione, affectu.*

2. QUAM SCITUM 'ST.] Sic Heaut. I. 2. 36.

Digitized by Google

Quas, quum res advorſae ſient, paullo mederi poſſis!
Hic ſimul argentum repperit, cura ſeſe expedivit.
Ego nullo poſſum remedio me evolvere ex his turbis,
Quin, ſi hoc celetur, in metu: ſin patefit, in probro ſiem.

Neque

DONATI.

3. Quum res advorsae sient.] Quum deſideratae fuerint, id eſt, quum harum penuria fuerit.

6. Si hoc celetur, in metu.] Ἀνακόλουθον quartum. Nam cum propoſuiſſet, Si hoc celetur: Intulit, Sin patefit. In probro siem.] Apud patrem ſcilicet.

COMMENTARIUS.

In eandem ſententiam Horatius, Epiſt. I. 10. 30.

Quem res plus nimio delectavere ſecundae,
Mutatae quatient.

Ejusmodi.] Mſ. Boend Semper hujusmodi.

3. Quas.] Ἑλληνισμός. Mſſ. Witt. & Boend. Quibus. Ita & edit. 1469. Cic. Fam. XII. 10. *Sunt enim permulta*, quibus *eris* medendum. Priſcianus Inſtit. Grammat. VIII. Quas, cum res advorsae sint, minus mederi possis. Sed Lib. XVIII. Paullo.

4. Hic simul.] Quod in Commentariis Guyeti legitur, tres hoſce verſus ſpurios videri & ejiciendos, per errorem impreſſum eſt, non ex mente Guyeti, qui tres poſtremos hujus Scenae verſus delevit in ſuo Codice. Et mirum, Boeclerum ipſum, qui Guyetiana edidit, aliter cenſuiſſe. Et ſane Terentius verſu hoc quarto explicat id, quod in ſuperioribus dixerat.

Argentum repperit.] Mſ. Boend Argentum ut repperit.

Cura sese expedivit.] Plaut. Capt. II. 3. 94.

Expedivi *ex ſervitute filium.*

Horat. Carm. I. 22. 10.

ultra
Terminum curis *vagor* expeditus.

Seneca, Oedip. 13.

Curis ſolutus, *exul*, *intrepidus*, *vagans.*

Mſſ. Boend. & Witt. Se expedivit.

5. Me evolvere ex his turbis] Ita legendum, non Exsolvere, quod eſt in quibusdam Codicibus, evincit locus, Eun. IV. 4. 56. Mſ. Graev. & edit. anni 1469. Ex istis turbis. Eſt autem metaphora a fili glomere tranſlata.

6. Quin, si hoc celetur.] Mſ. Boend. Quin si hoc celetur patri. Intelligit autem argentum Phormioni datum, ad emendam cithariſtriam, & ſimulationem conjugii cum Phanio, & cognationis fictae a Phormione. Rurſus igitur Antipho lupum auribus tenet, ut ſupra III. 2. 21.

Patefit.] Mſ. Graev. Patefacit.

In probro siem.] Sic Heaut. II. 3. 18.

Propter quam in ſumma infamia ſum.

7. Ni mihi esset spes ostensa hujusce habendae.] Spem hanc oſtenderat Geta, ſupra IV. 4. ſcilicet, quia Phormio, ſi vel maxime accepiſſet argentum, non erat ducturus Phanium, quod promiſerat ſenibus. Dixit autem Habendae, pro, *Porro habendae.* And. V. 3. 18. Adelph. IV. 4. 12. Dicitur autem *ſpes oſtendi.* Cic. Verr. I. 51. *Iſte Rabonium quieſcere jubet: & ſimul ei nonnullam* ſpem *ſocietatis* oſtendit. Sed & *oſtentari ſpes* dicitur. Cicero pro A. Cluent. 7. *Mulier, amiſſis liberis, cum unius filii recuperandi* ſpes *eſſet* oſtentata. Codd. quidam, Ostenta; quod laudant Rivius, Faernus, & Georg. Fabricius. Guyetus tres hoſce verſus delet, ſcribens in ἀνεκδότοις, *Quae* spes *illa eſſe poteſt, cum dixerit*, Ego nullo possim remedio me evolvere ex his turbis. Scilicet non videtur cogitaſſe, τὸ Habendae poſitum, pro, *Retinendae*, & *porro habendae.*

8. Possum.] Mſſ. plerique, & quidam impreſſo unus veterum, Possim.

9. Quod tempus conveniundi patris.] Permagni intereſſe credebant, ut opportune quaeque agerentur. Heaut. II. 3. 123. Cic. Fam. XI. 16. *Ut* tempus obſervaret *epiſtolae tibi reddendae.* Martial. X. 19. 19.

Haec hora eſt tua, cum furit Lyaeus,
Cum regnat roſa, cum madent capilli.
Tunc me vel rigidi legant Catones.

Capere

Digitized by Google

Neque me domum nunc reciperem, ni mihi eſſet ſpes oſtenſa
Hujuſce habendae. ſed ubinam Getam invenire poſſum,
Ut rogem, quod tempus conveniundi patris me capere jubeat?

COMMENTARIUS.

CAPERE JUBEAT?] Idem λαβεῖν καιρὸν dixerunt Graeci. Mſ. Boend. CAPERE PERSUADEAT. Alii, SUADEAT.

ACTUS QUINTI

SCENA QUINTA.

PHORMIO. ANTIPHO.

Ph. ARGENTUM accepi: tradidi lenoni: abduxi mulierem:
Curavi, propria ea Phaedria ut potiretur: nam emiſſa eſt manu.
Nunc

DONATI.

1. ARGENTUM ACCEPI.] *Jactantia hic inducitur Phormionis,* [1] *qui in omni Scena, prout in ſe jactatur, inſultat.*

2. PROPRIA EA PHAEDRIA.] [a] *Virgilius, Connubio jungam ſtabili, propriamque dicabo.*

OBSERV. IN DONAT.

1. *Qui in omni Scena, prout in ſe jactatur, exſultat.*] Lectio Lindenbruchii. Antea legebatur, *& quaſi omnes* [*] *provenifſe laetetur.* Forte, *& quaſi omnes fallacias ex ſententia provenifſe laetetur.*

2. *Virgilius.*] Aen. I. 77.

COMMENTARIUS.

1. ARGENTUM ACCEPI.] Nimirum a Demiphone.

ABDUXI.] Ita edidi ex Mſſ. Leidenſibus quatuor, Bodl. Graev. & Boend. edd. 1469. Juntina, Frobeniana, Aldina, Rob. Stephani, Anonyma, aliis veteribus. In aliis quibuſdam eſt, ADDUXI.

2. PROPRIA.] Priva. unde Fabrini vertit: *Ho fatto, che Fedria ſe la goda lui ſolo.* Sic And. V. 5. 4. Editio anni 1469. PROPRIA AEMULA.

POTIRETUR.] Georgius & Franciſcus Fabricii POTERETUR laudant. Laudat & Faërnus ex Libro Bembinò. quando erit in conjug. tert. promiſcue enim uſi Poëtae. Ovid. Metam. IX. 313.

potitur*que puerpera voto.*

Adi Fabri Theſaur. Latin.

Nunc una mihi res etiam reſtat, quae eſt conficiunda, otium
Ab ſenibus ad potandum ut habeam: nam aliquot hos ſumam dies.
An. Sed Phormio 'ſt. quid ais? *Ph.* Quid? *An.* Quidnam nunc facturus, Phaedria?
Quo pacto ſatietatem amoris ait ſe velle ſumere?
Ph. Viciſſim partes tuas acturus eſt. *An.* Quas? *Ph.* Ut fugitet patrem.
Te ſuam rogavit rurſum ut ageres: cauſam ut pro ſe diceres.

Nam

DONATI.

7. VICISSIM PARTES TUAS ACTURUS EST.] Secundum illud quod dictum eſt, *Tradunt operas mutuas.*

8. TE SUAM ROGAVIT RURSUM UT AGERES.] *Partem* iterum ſubaudiamus. Et eſt ζεῦγμα a ſuperiore.

OBSERV. IN DONAT.

8. Partem *iterum ſubaudiamus.*] Mſ. Boend. & edit. Tarviſ. *Patrem.* quod ne credam σφάλμα eſſe typographicum, facit probabilis conjectura, legendum eſſe, *apud patrem*, id & ſenſus poſtulat, & quia *Iterum* ſubaudiendum ait Interpres, videtur reſpexiſſe ſuperiorem Scenam, ubi verſu 6. ad illa, IN PROBRO SIEM, dixit, *Apud patrem ſcilicet.* Adde Comment.

COMMENTARIUS.

NAM EMISSA EST MANU.] Proprie de ſervis & ancillis libertate donatis, atque e poteſtate herili dimiſſis. Plaut. Capt. II. 3. 48.

> *Numquam erit tam avarus, quin te gratus* emittat manu.

Cic. Fam. XIII. 77. *Cum ſe a me* manumiſſum *eſſe diceret, crediderunt.* H. l. autem rationem reddit Phormio, quare Phaedria poſſit propria potiri cithariſtria, nempe, quod ab lenone impuriſſimo emta, atque adeo emancipata ſit. Quod non cepit Guyetus, ſcribens in gloſſis ineditis: *Qui emiſſa eſt manu, ſi emta eſt a lenone? An Phaedriae emancipata eſt? Horat. Romanus (eheu poſteri negabitis) Emancipatus feminae &c. Nota phraſin. An legendum, Nam ei emiſſa eſt manu, vel, Ei miſſa eſt manu, i. e. ei emancipata eſt* ἐπὶ χειρ. Locus Horatii eſt Epod. IX. 11. Adde Boeclerum.

3. NUNC UNA MIHI RES ETIAM RESTAT.] Verſus hic varie collocatur in Mſſ. & editis antiquis. Exhibeo lectionem Librorum Bembini & Victoriani, quam laudat Faërnus.

4. SUMAM DIES.] Plaut. Pſeud. V. 1. 23.

> *hanc* diem ſumſimus *prothyme.*

Vide ad Adelph. II. 4. 23. Quod autem Palmerius *ſumi diem* quaſi *cibum* interpretatur, pro *carpi*, *lancinari*, duriuſculum videtur.

5. PHORMIO 'ST.] Mſſ. & editi quidam, PHORMIO ADEST.

QUIDNAM NUNC FACTURUS, PHAEDRIA?] Quidam Mſſ. & impreſſi poſt 1469. QUIDNAM FACTURUS EST, PHAEDRIA? Mſ. Bodl. QUIDNAM NUNC FACTURUS EST, PHAEDRIA?

6. QUO PACTO.] Codd. quidam: QUONAM PACTO.

SATIETATEM AMORIS AIT SE VELLE SUMERE?] Plaut. Amph. I. 2. 10.

> *Adeo uſque* ſatietatem *dum* capiet *pater illius, quam amat.*

Mſſ. Bodl. Graev. Lipſ. & editi quidam poſt 1469. ABSUMERE. quod emphaticum magis eſt.

7. VICISSIM PARTES TUAS ACTURUS EST.] Tranſlatio ab Actoribus ſcenicis deſumta; q. d.

Te

Nam potaturus eſt apud me. ego me ire ſenibus Sunium
Dicam ad mercatum, ancillulam emtum, quam dudum dixit Geta:
Ne, quum hic non videant me, conficere credant argentum ſuum.
Sed oſtium concrepuit abs te. *An.* Vide, quis egrediatur. *Ph.* Geta 'ſt.

DONATI.

9. * Senibus.] Ob fallaciam mire exſultat.

OBSERV. IN DONAT.

4. Senibus.] *Ob fallaciam mire exſultat.* Haec in Libris ante Lindenbruchium non legi.

COMMENTARIUS.

Te imitaturus eſt; teque defendet itidem uti defenſus a te eſt. Vide ſupra II. 1.

8. Te suam rogavit rursum ut ageres: causam ut pro se diceres.] Haec plurimorum Codicum lectio eſt, cum Mſſ. tum impreſſorum. Faërnus tamen ex Libro Bembino laudat, Te suas rogavit rursum ut ageres. quam lectionem veram dicit Tanaq. Faber, alteram vitioſam. Et poſſit videri τὸ Suas referendum ad Partes. Neque fieri propemodum poteſt, ut aliter legerit Donatus, quamquam nunc vulgo editur Partem. quod nec praeceſſit, nec Latinum ſatis videtur. Vide porro Rivium.

9. Sunium.] Vide ad Eun. I. 2. 35.

10. Quam dudum dixit Geta.] Vide ſupra IV. 3. 60. Sed in Mſſ. plurimis eſt, Dudum quam.

11. Conficere.] Citat Nonius Marcellus, explicans, *Conſumere*, dilapidare, abligurire. Lucil. Lib. XXX.

Conficit *ipſe*, *comeſtque.*

Alia ſignificatione uſus Davus ſupra I. 1. 4. an ex ambiguitate captatus jocus? Plaut. Capt. III. 5. 15.

Confeciſti *omnes res ac rationes meas.*

Mſ. Witt. Expendere. ſed ſupraſcriptum, Conficere.

12. Ostium concrepuit abs te.] Sic And. IV. 1. 59.

ACTUS QUINTI

SCENA SEXTA.

Geta. Antipho. Phormio.

Ge. O Fortuna! ô Fors fortuna! quantis commoditatibus, [diem!
Quam ſubito, hero meo Antiphoni ope veſtra hunc oneraſtis
An. Quidnam hic ſibi volt? *Ge.* Noſque amicos ejus exoneraſtis metu?
Sed ego nunc mihi ceſſo, qui non humerum hunc onero pallio;
Atque

DONATI.

1. O Fors fortuna!] Fortuna dicta eſt incerta res: Fors fortuna, eventus fortunae bonus. Fors fortuna!] Aliud Fortuna eſt, aliud Fors fortuna. nam Fors fortuna, eſt cujus diem feſtum colunt, ' qui ſine arte aliqua vivunt. hujus aedes trans Tiberim eſt.

4. Hunc onero pallio.] Recte: quia palliata fabula eſt, non togata.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Qui ſine arte aliqua vivunt.*] Mſ. & editi aute Rob. Steph. *Qui arte aliqua vivunt,*

COMMENTARIUS.

1. Fors fortuna.] Videntur *Fortem Fortunam* dixiſſe magnam Fortunae & incerti caſus vim. Unde vero Briſſonius in Addendis & Emendandis ad Formularum Opus: ,, Genitivum *Fortis* Varro Lib. V. de Lingua Lat. ,, & Columella Lib. X. Accuſativum vero ,, idem Varro Lib. III. de L. L. Ovid. Lib. ,, VI. Faſtorum ediderunt. In eoque Linguae ,, Latinae ignorantia lapſi Graeci auctores Dionyſ. Halicarn. & Plutarch. videntur, qui a ,, *fortitudine* hanc appellationem ductam exiſtimantes, Ἀνδρείαν & ἰσχυρὰν, & Ἀριστευτικὴν ,, reddiderunt: cum revera, ut Cic. Lib. II. ,, de Legib. explicat, hoc nomine *incertos caſus* ,, Quirites ſignificarint. ,, Cic. ad Herenn. II. 23. ex Pacuvio.

Fortunam inſanam eſſe, & caecam, & brutam, perhibent Philoſophi,
Saxoque illam inſtare globoſo praedicant volubilem:
Ideo quo ſaxum impulerit Fors, *cadere eo* Fortunam *autumant.*
Caecam ob eam rem eſſe iterant, quia nihil cernat, quo ſeſe applicet.
Inſanam autem ajunt, quia atrox, incerta, inſtabiliſque ſit.
Brutam, quia dignum, atque indignum nequeat internoſcere.

Varro, Epiſtola ad Fuſium, apud Non. Marcellum: *Quinctiporis Clodiani fortas ac poemata gargaridans dicet:* ô Fortuna, ô Fors Fortuna, quantis commoditatibus hunc diem! Uti locum reſtituit Ludovicus Carrio, Antiq. Lect. III. 7. Adde Georg. Fabricium. Hec. III. 3. 26.

Quantis.] Mſ. Boend. Quamvis.

2. Ope.] Mſ. Boend. Fortuna.

Onera-

Atque hominem propero invenire, ut haec, quae contigerint, ſciat?

An. Num tu intelligis, hic quid narret? *Ph.* Num tu? *An.* Nihil. *Ph.* Tantundem ego.

Ge. Ad lenonem hinc ire pergam: ibi nunc ſunt. *An.* Heus Geta! *Ge.* Hem tibi! [*An.* Geta.

Num mirum, aut novum eſt, revocari, curſum quum inſtitueris?

Ph. Pergit hercle. *Ge.* Numquam tu odio tuo me vinces. *An.* Non manes? *Ge.*

DONATI.

9. PERGIT HERCLE] Poteſt diſtingui hic, PERGIT: & conjuncte legi, HERCLE TU NUMQUAM ODIO TUO ME [1] VINCES.

OBSERV. IN DONAT.

1. VINCES.] In Mſſ. & edd. vetuſtis continuo additur, VAPULABIS, ſed varie Anon. & Ven. anni 1512. *Vapulabis ideo.* in anni 1490. *Vapulabis: ideo* ποτοτίλεTONO. in Tarviſ. *Vapulabis idem* ὠτοτοτελήτοτο. Mſ. Boend. *Vapulabis idem.* poſt quae verba lacuna eſt.

COMMENTARIUS.

ONERASTIS.] Cumulaſtis. Plaut. Capt. IV. 1. 7.

Ita hic me amoenitate amoena amoenus oneravit *dies.*

Et IV. 2. 47.

Sed ego ceſſo hunc Hegionem onerare *laetitia* [*ſenem?*

Mil. III. 1. 83.

onera *te hilaritudine.*

Mſ. Boend. HONORASTIS.

3. NOSQUE.] Mſ. Boend. Nos QUOQUE.

EXONERASTIS METU?] Elegans ἀντίθεσις.

4. HUMERUM HUNC ONERO PALLIO] Prope accedit ad πολυλογίαν Plautinam, ONERASTIS, EXONERASTIS, ONERO. Ita autem ſolebant feſtinantes palliati. Plaut. Capt. IV. 1. 11.

eodem pacto, ut Comici ſervi ſolent,
Conjiciam in collum pallium, *primo ex me hanc rem ut audiat.*

Epid. II. 2. 10.

Age nunc jam, orna te, Epidice, & palliolum in collum conjice.

Unde Fabrini: *Per eſſer piu leggiere, & atto a caminare.* Vide ad Eun. IV. 6. 31. & adde Ferrarium de Re Veſtiar. Part. II. Lib. IV. cap. 7. Mſ. Witt. QUIN NUNC HUMERUM ONERO PALLIO.

5. HOMINEM.] Antiphonem quaerit.

6. NUM.] Mſ. Boend. & editio anni 1469. NON. & mox, NON TU?

7. IBI NUNC SUNT.] Antipho & Phaedria, cum Phormione.

8. NUM MIRUM, AUT NOVUM EST, REVOCARI.] Mſſ. & impreſſi quidam: NON MIRUM. Boeclerus interpretatur, *An non mirum, aut novum eſt?* Mihi contra videtur velle ſervus, vulgo ita fieri, ut currens revocetur. Proprie autem Geta. Atque inde qui in ſermone interpellatur, ne perveniat, quo vult, eleganter *Revocari* dicitur, maxime ſi jubeatur repetere dicta, & quaſi bis eandem viam ire. Val. Max. VI. 2. 9. *Diphilus Tragoedus, cum Apollinaribus ludis inter actum ad eum verſum veniſſet, in quo haec ſententia continetur:* Miſeria noſtra magnus es, *directis in Pompejum manibus pronunciavit*, revocatuſque *aliquoties a populo, ſine ulla cunctatione, nimiae illum & intolerabilis potentiae reum geſtu perſeverans egit.* Hauſta haec ex Cic. Att. II. 19. ſed interpolata. Sic Plin. III. Epiſt. 5. *Memini quendam ex amicis, cum lector perperam quaedam pronunciaſſet*, revocaſſe, *& repeti coegiſſe.* Cic. pro Sext. 58. *Nominatim ſum appellatus in Bruto:* Tullius, qui libertatem civibus ſtabiliverat. *millies revocatum eſt.*

INSTITUERIS?] Mſ. Bodl. INSTITERIS.

9. PH. PERGIT HERCLE. GE. NUMQUAM.] Haec

Ge. Vapulabis. *An.* Id quidem tibi jam fiet, niſi reſiſtis, verbero!
Ge. Familiariorem oportet eſſe hunc, qui minitatur malum.
Sed iſne eſt, quem quaero, an non? ipſus eſt? *Ph.* Congredere actutum. *An.* Quid eſt?
Ge. O Omnium, quantum eſt, qui vivant, homo hominum ornatiſſime!
Nam ſine controverſia ab Dis ſolus diligere, Antipho.
An. Ita velim: ſed, qui iſtuc credam ita eſſe, mihi dici velim.
Ge. Satin' eſt, ſi te delibutum gaudio reddo? *An.* Enicas.

Ph.

DONATI.

10. ID QUIDEM TIBI JAM FIET.] Id quod ſibi dici audivit, minitatur. Et eſt conveniens error feſtinanti.

14. SINE CONTROVERSIA.] Sine ambiguitate.

16. SI TE DELIBUTUM GAUDIO REDDO?] Ad animum tranſtulit, quod eſt corporis. Nam *delibutus*, unctus dicitur.

COMMENTARIUS.

Haec omnia in Codd. quibuſdam tribuuntur Antiphoni. uſque ad illa, GE. VAPULABIS. In aliis aliter.

NUNQUAM TU ODIO TUO ME VINCES.] Taedium & moleſtiam orationis *odium* appellabant. Plaut. Aſin. II. 4. 40.

jam hic me abegerit ſuo odio.

Horat. Serm. I. 7. 6.

Durus homo, atque odio *qui poſſet vincere regem.*

Cic. Att. IV. 2. *Sed tamen, cum horas tres fere dixiſſet*, odio *& ſtrepitu ſenatus coactus eſt aliquando perorare.* Giſanius in Ind. Lucret. v. *odioſa* verba haec etiam Phormioni tribuit. quod & Mſſ. & impreſſi quidam faciunt.

10. VAPULABIS.] Ita diſerte eſt in Mſſ. Leidenſibus quinque, Bodl. Trajectino, Mark. Boend. & Lipſ. ſed VAPULABO habet Mſ. Graev. VAPULABERIS Mſ. Witt. quod forte legendum, VAPULAVERIS. Faërnus VAPULA tuetur ex Codd. Bembino, & Vaticano. Et videtur ſane hic locus exſcriptus ex Plauti Aſinaria, II. 4. 72.

LE. Vapula. ME. *Id quidem tibi hercle fiet,*
Ut vapules, Demaenetum ſimul ac conſpexero hodie.

Muretus ex Codice Veneto continuo poſt hanc vocem legit, CURIALIS VERNULA EST, QUI ME VOCAT. Diſerte etiam leguntur in Mſ. Boend. & editionibus, Anonyma, Tarviſ. anni 1481. Veneta anni 1492. Argentina, anni 1499. Veneta, anni 1512. aliis Mureto antiquioribus; ſed & Gambarello. quae verba dein nuperi quidam editores revocarunt. Franciſcus Fabricius ita: „ Carminis trochaici ratione hanc lectionem „ probari, equidem omnes videre confido. „ Verba ſic accipio, ut Geta feſtinans minis „ volens deterrere eum, a quo revocabatur, „ primum aperte dicat, VAPULABIS: deinde „ illum, a quo ſic revocetur, *curialem vernulam* eſſe apud ſe pronunciet. Jam, curialis „ ſervus, cum publicus eſſet, quippe qui curiae, ſive φρατρίας, tertiae parti tribus apud „ Athenienſes, ſerviret atque miniſtraret, plus „ ſibi auctoritatis & imperii vindicabat. Geta tamen eum contemnens, non ſervum, „ immo ne vernam quidem, ſed vernulam vocat. Sed & Goveanus & Bergius retinent. Mihi in nullo alio Mſſtorum inventa, ſed nec in edit. 1469.

11. FAMILIARIOREM,] Mſſ. & editi nonnulli, FAMILIAREM.

QUI MINITATUR MALUM.] Mſ. Witt. MINATUR. A Mſ. Graev. & impreſſis quibuſdam abeſt τὸ QUI, quod & Faërnus & Georg. Fabricius rejiciunt. Fr. Fabricius,

Digitized by Google

Ph. Quin tu hinc pollicitationes aufer: & quod fers, cedo. *Ge.* Oh!
Tu quoque hic aderas, Phormio? *Ph.* Aderam. ſed ceſſas? *Ge.* Accipe, hem!
Ut modo argentum tibi dedimus apud forum, recta domum
Sumus profecti. interea mittit herus me ad uxorem tuam.
An. Quamobrem? *Ge.* Omitto proloqui: nam nihil ad hanc rem eſt, Antipho.

Ubi

DONATI.

19. Ut modo argentum.] Vide narrationem coeptam, unde opus eſt.

20. Mittit herus me ad uxorem tuam.] Converſus ad Antiphonem hoc dicit.

COMMENTARIUS.

Fabricius, Qui minitat malum. Et ſane *minitas* & *minitabis* Naevium & Plautum dixiſſe Nonius VII. 51. obſervat. Minitatur autem plagas & verbera. Plaut. Perſ. V. 2. 35.

> *Cave ſis me attingas: ne tibi hoc ſcipione*
> Malum *magnum dem.*

12. Congredere.] Huc accede. Plaut. Epid. IV. 1. 16.

> Ph. *Quid ſi adeam?* Pe. *Haud ſcio, an* congrediar.

Bacchid. IV. 9. 56.

> congredere. Ni. *Congredior.*

13. O omnium, quantum est, qui vivant, homo hominum, ornatissime!] Mſſ. Lipſ. Graev. Witt. Boend. cum edd. Junt. Ald. Rob. Stephani, aliis, Omnium, quantum est, qui vivant, hominum homo honoratissime. Sed Homo hominum Faërnus laudat ob metrum. Dixit autem, Ornatissime, pro, beatiſſime. Plaut. Aul. IV. 9. 10.

> *Heu me miſerum, miſerum! perii male perditus! peſſume* ornatus *eo.*

A conſequenti nimirum, beati enim & felices *ornati* & culti prodire conſueverunt, infelices, ſqualentes & inculti.

14. Sine controversia ab Dis solus diligere.] Vide And. V. 6. 9.

16. Satin' est.] Abſolute dicitur, Satin' est? & *Satis eſt*, ſine dativo. Horat. Serm. I. 10. 76.

> ſatis eſt, *equitem mihi plaudere.*

Et II. 5. 4.

> *Non* ſatis eſt, *Ithacam revehi, patrioſque penates*
> *Adſpicere?*

Delibutum gaudio] Perfuſum laetitia & voluptate; quomodo Cicero amat loqui, metaphora ab unguentis, quibus in re laeta utebantur, deſumta. Plaut. Poen 1. 2. 55. *Schoeno delibutas.* de meretriculis. ubi forte *coeno* legendum. Horat. Epod. XVII. 31.

> *Quantum neque atro* delibutus *Hercules*
> *Neſſi cruore.*

17. Quin tu hinc pollicitationes aufer.] H. e. Omitte. Supra I. 4. 46.

18. Tu quoque hic aderas?] Faërnus delet τὸ Hic, quod nec omnes Mſſ. agnoſcunt. Mox vero legit, Sed tu cessas? Mſ. Boend. Sed tu quid cessas? Quae Antiphonis potius verba videntur, quam Phormionis.

Accipe.] Auſculta. Vide ad Heaut. Prol. 10. Et ſic Hec. III. 3. 3.

19. Ut modo.] Haec Phormioni narrat.

20. Interea mittit.] Haec ad Antiphonem converſus dicit.

21. Nihil ad hanc rem est.] Subaudi, quam narraturus nunc ſum. Eſt autem formula ſermonem abrumpentis. Ita tergiverſantes & extenuantes rem, *Nihil eſt* dicebant. Infra V. 8. 6. And. II. 6. 18.

Ubi in gynaeceum ire occipio, puer ad me adcurrit Mida:
Pone adprehendit pallio: reſupinat: reſpicio: rogo,
Quamobrem retineat me. ait, eſſe vetitum intro ad heram accedere. [mem,
Sophrona modo fratrem huc, inquit, ſenis introduxit Chre-
Eumque nunc eſſe intus cum illis. hoc ubi ego audivi, ad fores
Suſpenſo gradu placide ire perrexi: acceſſi: adſtiti:
Animam compreſſi: aurem admovi: ita animum coepi adtendere,
Hoc modo ſermonem captans. *An.* Eu Geta! *Ge.* Hic pulcherrimum Faci-

DONATI.

29. Pulcherrimum facinus audivi.] Hujuſmodi locos Poëtae actoribus indulgent: quod in his [3] actoris eſt commendatio.

OBSERV. IN DONAT.

3. *Actoris.*] Mſſ. Hulſt. & Boend. *Auctoris.*

COMMENTARIUS.

22. Gynaeceum.] Γυναικεῖον, ſub. οἴκημα. Nepoti, praefatione *Gynaeconitis* eſt interior pars aedium, quo nemo accedit, niſi propinqua cognatione conjunctus. Fabrini: *Ginneceo è un luogo ſecreto, overo rimoto da le altre ſtanze de la caſa, dove non ſtanno ſe non le donne communemente.* Virgilio Aen. II. 486. dicitur *domus interior.* Eun. III. 5. 35. & Heaut. V. 1. 29. *Conclave.* Adde Vitruvium VI. 10.

23. Pone adprehendit pallio.] Editio anni 1469. Pone me adprehendit pallio. Plaut. Epid. I. 1. 1.

quis properantem me prehendit pallio?

Mil. I. 1. 59. *pallio*

Me reprehenderunt.

Docet Petitus, Obſerv. Miſcell. III. 19. Morem hunc adprehendendi pallio, quos avertere ab incoepto itinere vellent, fuiſſe obſervatum apud Graecos, ex Platone in primo Πολιτειῶν ſive de Repub. initio, unde ſumſerit Terentius, hiſce verbis: Κατιδὼν οὖν πόῤῥωθεν ἡμᾶς οἴκαδε ὡρμημένους Πολέμαρχος ὁ Κεφάλου, ἐκέλευσε δραμόντα τὸν παῖδα περιμεῖναι κελεῦσαι. Καί μου ὄπισθεν ὁ παῖς λαβόμενος τοῦ ἱματίου, κελεύει ὑμᾶς, ἔφη, Πολέμαρχος περιμεῖναι.

Resupinat.] Juvenal. Sat. VIII. 176.

Et reſupinati *ceſſantia tympana Galli.*

Papin. Stat. Theb. IX. 312.

reſupinat *ademtis*

Dorica cuſpis equis.

Apulej. Metam. VIII. *Paſſimque circumfuſi nudatum* ſupinatum*que juvenem execrandis uredinibus flagitabant.*

Respicio.] Chriſtoph. Colerus, Epiſt. VI. Respicor laudat ex Mſ. Sebaſt. Miegii. nec minus Latine dictum exiſtimat, quam *Conſpicor.*

24. Ad heram.] Mſ. Witt. Ad eam. quod forte natum ex Ad eram. quomodo eſt in Mſſ. pluſculis.

26. Eumque nunc esse intus.] Ἀνακόλουθον, pro, *Iſque nunc eſt intus.* continuantur enim verba pueri Midae.

Cum illis.] Intelligit Sophronam & Phanium.

27. Suspenso gradu.] Seneca Nat. Quaeſt. VII. 31. *Tenero & molli ingreſſu* ſuſpendimus gradum. Turpilius Demetrio:

Sandalio innixa digitis primoribus.

Ad eundem modum dixit Latinus Pacatus, Panegyrico Theodoſio dicto, III. 5. *Faciam ergo, quod facere praeſtantes ſcientia medicos ſaepe vidi, alterum vulnerum cicatrices, poſtquam cutem ſanitate duxerunt,* manu pendente *tractabo.* Vide porro interpretes ad Phaed. II. 4. 18. de fele:

Inde evagata noctu, ſuſpenſo pede.

Rogat autem Guyetus in gloſſis Mſſ. *Sed qui ſinebat*

Facinus audivi: itaque pene hercle exclamavi gaudio.
An. Quod? *Ge.* Quodnam arbitrare? *An.* Neſcio. *Ge.* Atqui mirificiſſimum:
Patruus tuus pater eſt inventus Phanio uxori tuae. *An.* Hem!
Quid ais? *Ge.* Cum ejus conſuevit olim matre in Lemno clanculum. [credito,
Ph. Somnium! utin' haec ignoraret ſuum patrem? *Ge.* Aliquid
Phormio, eſſe cauſae: ſed me cenſen' potuiſſe omnia
Intelligere extra oſtium, intus quae inter ſeſe ipſi egerint?
Ph.

DONATI.

32. Patruus tuus est pater inventus Phanio uxori tuae.] Ut † *Salluſtius* in primo: *Liberis ejus avunculus erat.*

OBSERV. IN DONAT.

4. *Salluſtius in primo.*] In Fragmentis.

COMMENTARIUS.

nebat hoc fieri puer ille Mida, qui introeuntem prehenderat? Reſpondeo: non introiit Geta. Et fieri potuit, ut paullo poſt inſcio Mida placide ad fores ire pergeret.

28. Animam compressi.] Solent ſervi Comici fere de re qualibet *comprimendi* voce abuti. Ita Chriſtophorus Colerus, Epiſt. VII. accipit illa Heaut. III. 3. 28. *At tu pol tibi iſtas poſthac comprimito manus.* q. d. *Quin tu potius tagaces iſtas manus tuas comprimis pro virgine?* Sed & illud Plauti, Amph. I. 1. 192. ubi Mercurius ita increpat Soſiam: *Ego tibi iſtam hodie ſceleſtam* comprimam *linguam.* Reſpondet Soſia: *Haud potes: bene pudiceque adſervatur.* Certe quidem Puer ille Plautinus, Pſeud. III. 1. 20. cum queſtus eſſet ſe quam parvulum eſſe iſti rei, addit,

Quamquam illud ajunt magno gemitu fieri,
Comprimere dentes *videor poſſe aliquo modo.*
Sed comprimenda *eſt mihi* vox *atque* oratio.

Dixit autem Animam pro ſpiritu ſeu halitu. Titinnius, Fullonibus:

Interea foetida anima *naſum oppugnat.*

Plaut. Aſin. V. 2. 43.

De. *Aedepol* animam *ſuaviorem aliquanto,* [*quam uxoris meae.*
Phi. *Dic, amabo, an foetet* anima *uxoris tuae?*

Phaed. III. 1. 5. de odore jucundo: O *ſuavis* animal
Integrum hunc locum belle imitatus Ovidius, Faſt. I. 425.

Surgit amans: animamque tenens, *veſtigia furtim*
Suſpenſo *digitis fert taciturna* gradu.

Hinc explicant illud Varronis, Bimargo, apud Non. III. 67. *Avi, & atavi noſtri, cum allium, ac cepe eorum verba olerent, tamen optime* animati *erant.* Ovid. Metam. VIII. 643.

ad flammas anima *producit anili.*

Animam *continere*, Cicero, de Orat. I. 61. *Tenere* Ovidius Faſt. I. 425. dixerunt.

29. Hoc modo sermonem captans.] Haec cum geſtu pronunciat, caput in alteram partem inclinans. Plaut. Caſ. II. 8. 8.

Captandus *eſt horum clanculum* ſermo *mihi.*

Mil. IV. 1. 9.

ne quis noſtro hic aucepſ ſermoni *ſiet.*

Et verſu 43.

Viden' tu illam oculis venaturam facere, *atque* aucupium auribus.

Pulcherrimum facinus.] *Mirum* eſt Facinus, etiam in bonam partem uſurpatum. Salluſt. Jug. 2. *Ingenii egregia* facinora, *ſicut anima, immortalia ſunt.* Sic Heaut. II. 3. 73. *Facinus magnum & memorabile.* καλὸν πρᾶγμα.

31. An. Quod? Ge. Quodnam arbitrare?] Editio anni 1469. An. Quid? Ge. Quidnam arbitrare?

Ph. Atque hercle ego quoque illam inaudivi fabulam. *Ge.* Immo etiam dabo,
Quo magis credas: patruus interea inde huc egreditur foras:
Haud multo poſt cum patre idem recipit ſe intro denuo:
Ait uterque tibi poteſtatem ejus habendae ſe dare.
Denique ego miſſus ſum, te ut requirerem, atque adducerem.
An. Quin ergo rape me. quid ceſſas? *Ge.* Fecero. *An.* O mi Phormio,
Vale. *Ph.* Vale, Antipho: bene, ita me Di ament! factum. gaudeo,
Tan-

DONATI.

37. ATQUE HERCLE EGO QUOQUE ILLAM INAUDIVI FABULAM.] [5] *Plautus* in Milite Glorioſo, *Nam hoc cognomentum Poëtae eſſe inaudivi barbaro.*

OBSERV. IN DONAT.

5. *Plautus in Milite Glorioſo.*] II. 2. 56. ſed legendum: *Nam os columnatum Poëtae eſſe inaudivi barbaro.* In Codd. veteribus legerat Rob. Stephanus, *Nam hoc columnatum Poëta eſſe inaudivi barbaro*, unde *hoc cognomentum* effinxit. In Ml. Plautino propius ad veram lectionem: *Non oſculum notum Poëtae eſſe inaudivi barbaro.*

COMMENTARIUS.

32. PATRUUS TUUS PATER EST INVENTUS] Citat Priſcianus Inſtit. Grammat. Lib. III. Edit. 1469. PATRUUS PATER TUUS EST INVENTUS. Faërnus defendit, EST PATER INVENTUS.

33. CUM EJUS CONSUEVIT OLIM MATRE.] Sic Adelph. IV. 5. 32. & Hec. IV. 1. 40.

34. UTIN' HAEC IGNORARET SUUM PATREM?] Guyetus in ἀνεκδότοις: Φράσις ἐλλειπτική, pro, *Itane rudis erat, ut ignoraret patrem ſuum. Supra Hec. I.* 1. 9. *Utin' eximium neminem habeam?*

37. INAUDIVI.] Ita plerique omnes Mſſ. Et videtur τὸ IN ob praecedens M in voce ILLAM quaſi abundans neglectum a nonnullis Librariis. Tum *inaudire* maxime de rebus occultis dicitur, qualis erat conſuetudo inter Chremetem & uxorem Lemniam. Cic. Fam. IX. 24. *Aquini, & Fabrateriae conſilia ſunt inita de me, quae te video* inaudiſſe.

DABO.] Narrabo, dicam. Eodem ſenſu διδόναι uſurpatur Graecis Vide ad Heaut. Prol. 10.

38. INDE HUC.] Codd. quidam, INTUS. quod tuetur Georg. Fabricius. quando INTUS valebit, ἔνδοθεν. nihil familiarius Plauto. Sic Pſeud. II. 2. 10.

Oſtium pulsabo, atque intus *evocabo aliquem* [*foras.*

40. SE DARE.] Τὸ SE abeſt a Mſſ. Graev. Witt. & edit. 1469. Faërnus ita delet SE, ut legat ſimul, ADHIBENDAE, ex Cod. Bemb. & ſubaudiat, *In matrimonium.* q. d. adſciſcendae, adjungendae. vel ſimpliciter, ADHIBENDAE, pro, HABENDAE. Uti *adamare*, *adhaerere.* Non placet. Mſ. Boend. & editi quidam, DARI, omiſſo SE.

42. QUIN ERGO RAPE ME.] Senſus eſt, *Abduc, duc, quantum potes*, quod Chaerea Phaedriae dicit Eun. II. 3. 85. Mſſ. Graev. Boend. Witt. cum edit. 1469. HEM, QUIN ERGO RAPE ME. quod nec verſus, nec ſenſus deſiderat. Neque adeo opus cum quibuſdam accipere de Antiphone in humeros Getae tollendo.

43. FACTUM GAUDEO.] Hic quidam faciunt finem hujus Scenae; ſed parum accurate, obſervante Rivio. Guyetus hic finit Comoediam, legens, receſis omnibus, quae ſequuntur, BENE, ITA ME DII AMENT, FACTUM. PLAUDITE. Varie autem haec leguntur & diſtinguuntur: BENE, ITA ME DI AMENT, FACTUM. GAUDEO, TANTAM FORTUNAM DE IMPROVISO ESSE IIS DATAM. Et, BENE, ITA ME DI AMENT. FACTUM GAUDEO, TANTAM. Et, VALE, ANTIPHO, BENE. ITA ME DI AMENT,

Tantam fortunam de improviſo eſſe his datam.
Summa eludendi occaſio 'ſt mihi nunc ſenes,
Et Phaedriae curam adimere argentariam;
Ne cuiquam ſuorum aequalium ſupplex ſiet.
Nam idem hoc argentum, ita ut datum 'ſt, ingratiis
Ei datum erit. hoc qui cogam, re ipſa repperi.
Nunc geſtus mihi, voltuſque eſt capiundus novus.
Sed hinc concedam in angiportum hoc proximum:
Inde hiſce oſtendam me, ubi erunt egreſſi foras.
Quo me adſimularam ire ad mercatum, non eo.

DONATI.

46. CURAM ADIMERE ARGENTARIAM.] • Varie, pro, *adimendi occaſio eſt.*

OBSERV. IN DONAT.

6. *Varie, pro, adimendi occaſio eſt.*] Codd. Rob. Stephano vetuſtiores: *Varietas praeludendi adimendi occaſio eſt.* Unde per conjecturam eſfingo: *Varietas, pro,* ELUDENDI ET ADIMENDI OCCASIO EST. In edd. Frobenii, Antverp. & Baſil. haec nota omiſſa eſt.

COMMENTARIUS.

AMENT, FACTUM GAUDEO, TANTAM. Quomodo & Chriſtoph. Coleius, Epiſt. VI. Denique, BENE, ITA ME DI AMENT! FACTUM GAUDEO. TANTAM FORTUNAM DE IMPROVISO ESSE HIS DATAM! Mſ. Boend. BENE, ITA ME DI AMENT, FACTUM. ET GAUDEO.

45. ELUDENDI.] Codd. quidam, LUDENDI.

46. CURAM ADIMERE ARGENTARIAM.] Ἀνακόλουθον, pro, *Adimendi.* Eodem ſenſu Plautus, Pſeud. I. 3. 65.

Nimis miſer ſum: nummum nuſquam argenti reperire queo.
Ita miſer & amore pereo, & inopia argentaria.

47. AEQUALIUM.] Vide ad And. II. 6. 22.

SUPPLEX SIET.] Ut nimirum dent illam ſummam, ſenibus reddendam.

48. INGRATIIS EI DATUM ERIT.] Mſ. Lipſ. IIS DATUM ERIT. ſed ſuprascriptum, *ſenibus.* Plerique Codd. HIS DATUM ERIT. Eodem ſenſu. Videtur autem ſermo de ſolo eſſe Phaedria. Malim, ſi per Codices liceret, SIC DATUM ERIT. ut ſenſus ſit, *Uti ſemel ingratiis datum eſt argentum, ſic porro erit, neque reddetur unquam.* Nam & τὸ EI tantum eſt in Libro Bembino. Niſi forte HIS legas, h. e. *ſenibus*, vel, *a ſenibus.* Fabrini HIS INGRATIS legit, vertens, *Perche queſti danari medeſimamente ſaranno dati coſi, come ſono ſtati dati à queſti ingrati.*

49. REPPERI.] Simulando nimirum, me ducturum; ſi dare denegarint, argentum non reddendo.

50. VOLTUSQUE EST CAPIUNDUS NOVUS.] Sic Heaut. V. 1. 14. Sed & hinc *verus voltus* a ficto diſtinguitur. And. V. 1. 20.

51. HINC.] Mſſ. Mark. & Boend. HIC. Priſcianus Inſtit. Grammat. Lib. VI. SED HINC CONCEDAM. TRANSITE VOS IN ANGIPORTUM HUNC PROXIMUM.

52. HISCE.] Intelligit Demiphonem & Chremetem.

EGRESSI FORAS.] Ex aedibus Demiphonis.

53. AD MERCATUM.] Mſ. Boend. IN MERCATUM. Adſimularat id ſupra, V. 5. 10. Quaerit Guyetus in ἀνεκδότοις: *Quid opus fuit hoc dicere?* opus autem erat dicere, ſe non iturum; ne quis miraretur, ſe, qui abſentiam ſimulaturus erat, in publicum prodire. Prodibit autem, ut ad ſenes novam fabricam fingat.

ACTUS QUINTI

SCENA SEPTIMA.

Demipho. Phormio. Chremes.

De. Dis magnas merito gratias habeo, atque ago:
Quando evenere haec nobis, frater, proſpere.
Quantum poteſt, nunc conveniundus Phormio eſt,
Priuſquam dilapidet noſtras triginta minas,
Ut auferamus. *Ph.* Demiphonem, ſi domi eſt,
Viſam: ut, quod. *De.* At nos ad te ibamus, Phormio.

Ph.

DONATI.

4. Priusquam dilapidet.] Diſperdat.
6. Visam: ut, quod.] Ἀποσιώπησις ſecunda.

COMMENTARIUS.

1. Magnas merito.] Mſſ. Bodl. Boend. Witt. Merito magnas.

4. Dilapidet.] Ita Mſſ. Leidd. quinque, Traject. Mark. Lipſ. Bodl. Graev. Witt. Boend. praeter Cod. Bemb. & Mſſ. aliis laudatos, etiam Donati utrumque, editioneſque praeſtantiſſimas. Neque aliter etiam Gambarellus. Unde mirum, eſſe qui paucorum Codd. Dilapidat tueantur.

Nostras.] Scilicet uterque frater contulerat partem in eam ſummam. Supra IV. 3.

6. Ut, quod.] Niſi interpellaſſet ſermonem Demipho, dicturus erat Phormio, *Ut quod de uxere ducenda dictum & conſtitutum inter nos eſt, eam nunc ducam.* vel ſimile quid.

8. Quid ad me ibatis?] Guyeto in ἀνεκδότοις verſus hic *ſubditiтius*, *inutilis & ἀδιόρθωτος* dicitur.

Versbamini.]] Mſſ. Lipſ. & Graev. cum edit. 1469. An versmini. Mſſ. Boend. Witt. An versbamini. Impreſſi itidem varie.

9. Recepissem.] Pollicitus eſſem. Cic. Fam. X. 17. Recipio vobis, *celeriter me negotium ex ſententia confecturum.* Et XIII. 3. *Ut* mihi *coram* recepiſti. Sed & *Recipere in ſe*, &, *ad ſe*, eſt ſpondere. Cic. Fam. XIII. 17. *Spondebo enim tibi, vel potius ſpondeo*, in meque recipio. Sic Heaut. V. 5. 12.

10. Heus! quanta quanta haec mea paupertas est.] Haec varie leguntur in Mſſ. In Leidenſibus quinque, Graeviano, Traject. Lipſ. Witt. Bodl. Heus heus quanta haec paupertas mea 'st. Mſſ. Mark. & Boend. Heus heus quantacunque. quam lectionem Glareanus defendit. Impreſſi itidem in omnia alia abeunt. Expreſſi autem quod uſitatum magis & metro magis conveniens. Sic Gr. ὅσον ὅσον. Adelph. III. 3. 40. Virg. Aen. II. 79.

nec, ſi miſerum fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget.

Homer. Odyſſ. Ξ. 153.

Αὐτίκ᾽, ἐπεί κεν κεῖνος ἰὼν τὰ ἃ δώμαθ᾽ ἵκηται,
Ἕσσαι μὲ χλαῖνάν τε, χιτῶνά τε, εἵματα καλά.

Πρὶν

Ph. De eadem hac fortaſſe cauſa. *De.* Ita hercle. *Ph.* Credidi.
Quid ad me ibatis? ridiculum. verebamini,
Ne non id facerem, quod recepiſſem ſemel?
Heus! quanta quanta haec mea paupertas eſt, tamen
Adhuc curavi unum hoc quidem, ut mihi eſſet fides.
Ch. Eſtne ita, ut dixi, liberalis? *De.* Oppido.
Ph. Itaque ad vos venio nuntiatum, Demipho,
Paratum me eſſe. ubi voltis, uxorem date.
Nam omnes poſthabui mihi res, ita uti par fuit,
Poſtquam, tantopere id vos velle, animadvorteram.
De. At hic dehortatus eſt me, ne illam tibi darem.
Nam qui erit rumor populi, inquit, ſi id feceris?
Olim quum honeſte potuit, tum non eſt data:
Nunc viduam extrudi, turpe 'ſt. ferme eadem omnia,
Quae

DONATI.

9. NE NON ID FACEREM, QUOD RECEPISSEM SEMEL?] Et deeſt, *ad me.* ut in Heautontim. *Ad me recipio: faciet.*

11. ADHUC CURAVI.] Τῷ ἀρχαϊσμῷ addidit ADHUC: quum potuiſſet ſine hoc integer ſenſus eſſe.

COMMENTARIUS.

Πρὶν δέ κε, καὶ μάλα πὲρ κεχρημένος, ὔτι δεχόιμην.
Ε᾿χθρὸς γάρ μοι κεῖνος, ὁμῶς Α᾿ΐδαο πύλῃσι
Γίνεται, ὃς πενίῃ εἴκων ἀπατήλια βάζει.

Verba Ulyſſis ad Eumaeum Subulcum. Ennius, Annal. X.

Ille vir, haud magna cum re, ſed plenu' fidei.

Laudat Cicero, de Seneƈt. 1.

12. ESTNE ITA, UT DIXI, LIBERALIS?] Codd. quidam Mſſ. & editi, ESTNE EA, ITA UT DIXI, LIBERALIS? de hoc autem verſu laborant Interpretes. Sunt, qui de Phormione intelligunt, omiſſo EA: ſunt, qui de Phanio. Poſterius magis placet; videturque Demipho, ubi dixiſſet, UT AUFERAMUS, additurus fuiſſe de *liberali forma* Phanii, de matronali modeſtia, ingenuoque pudore, vultuque modeſto & venuſto, niſi Phormio interpellaſſet ſermonem. Uti autem Demipho continuat ſermonem, ita & Phormio, quando neglecto, quod de liberali Phanio dicebatur, ita pergit, ITAQUE AD VOS VENIO. Pro quo Mſſ. quidam legunt, IDQUE, alii, IDQUE ADEO.

14. PARATUM ME ESSE.] Bona Mſſ. pars, PARATUM ESSE, omiſſo ME.

15. OMNES POSTHABUI MIHI RES.] Plaut. Stich. II. 2. 38.

Immo res omnes relictas habeo, prae quod tu velis.

Virg. Ecl. VII. 17.

Poſthabui *tamen illorum mea ſeria ludo.*

16. TANTOPERE.] Mſſ. pluſculi & impreſſi, TANTO OPERE ID VOS VELLE. Nuptias meas cum Phanio, relicta priore ſponſa mea. Urget autem doloſe, ut nuptiae, ita uti futurae fuerant, nunc fiant; quod novit Phanium ſibi non datum iri uxorem.

18. QUI ERIT RUMOR POPULI.] Sic And. I. 2. 14. de amoribus Pamphili:

id populus curat, ſcilicet!

20. NUNC VIDUAM EXTRUDI.] Quaerit Faërnus: *Quomodo* VIDUAM, *quae ſine viro remanſura non erat?* Certe, quae extrudebatur, antequam

Quae tute dudum coram me incuſaveras.
Ph. Satis ſuperbe illuditis me. *De.* Qui? *Ph.* Rogas?
Quia ne alteram quidem illam potero ducere:
Nam quo redibo ore ad eam, quam contemſerim?
Ch. Tum autem, Antiphonem video ab ſeſe amittere
Invi-

DONATI.

21. QUAE TUTE DUDUM CORAM ME INCUSAVERAS.] Nova locutio CORAM ME INCUSAVERAS: non *Quae hic incuſaveras.* CORAM ME INCUSAVERAS.] Belle: ut ſi quid neget, contra ſe ipſum ſentire videatur.

22. SATIN' SUPERBE ILLUDITIS ME.] Et dativum & accuſativum caſum regit *Illude.*

COMMENTARIUS.

quam nuberet Phormioni, *vidua* erat; habetque haec vox invidiam quamdam. Et apparet, *viduas* etiam dictas, non tantum, quarum viri vita functi, ſed & quae matrimonio expulſae erant. Plaut. Menaechm. I. 2. 3.

ſi mihi tale poſt hunc diem
Faxis, faxo, foris vidua *viſas patrem.*

Merc. IV. 6. 10.

ſi itidem plectantur viri,
Si quis clam uxorem duxerit ſcortum ſuam,
Ut illae exiguntur, quae in ſe culpam commerent;
Plures viri ſint vidui, *quam nunc mulieres.*

Cod. Bemb. EAM NUNC EXTRUDI TURPE EST. Quam lectionem in gloſſis ineditis laudat Guyetus.

TURPE 'ST.] Praeſertim nulla culpa admiſſa.

21. QUAE TUTE DUDUM CORAM ME INCUSAVERAS.] Vide ſupra II. 3. 66. ſeqq.

22. SATIS SUPERBE ILLUDITIS ME.] Ita lego, quod in pleriſque Codd. eſt. Alii cum Donato, SATIN' SUPERBE ILLUDITIS ME? nullus autem interrogationi locus eſt.

24. QUO REDIBO ORE.] Cic. Philipp. VII. 8. Quo ore *ille vos poterit, quibus viciſſim vos illum oculis intueri?* Sic infra V. 8. 53. Heaut. IV. 3. 22.

25. TUM AUTEM.] Haec Chremes inſuſurrat Demiphoni, Phormione non audiente. Laudat Priſcianus Inſtit. Grammat. Lib. X.

28. SED TRANSI.] Hic in Mſ. Witt. incipit lacuna, uſque ad verſum 63.

29. ARGENTUM RURSUM JUBE RESCRIBI.] Frequenti pleonaſmo inſervit RURSUM ſimili verbo junctum. Vide Parci Lexic. Plaut. Senſus autem eſt, *Cave mihi a menſa reddatur.* Qua de re conſulendus Salmaſius de Foenore Trapezitico. Scilicet, qui pati nollent, pecuniam apud ſe manere otioſam, ne vacaret, eam ad argentarios deferebant, eoſdemque trapezitas, qui quamdiu ea utebantur, legitimas uſuras ſolvebant domino. Utebantur autem, donec opus haberet, eamque repeteret creditor. Numquam autem cujuſquam nummos ad ſe delatos recuſabant. Quin immo quaerebant undique, qui vellent eos penes ſe deponere ſub uſuris. Quia enim menſam perpetim inſtructam nummis habere debebant, ut eſſet, unde petentibus mutuum poſſent dare, idcirco ab aliis ſumebant foenori, quod aliis darent. Qui ſuperfluam itaque & vacantem habebant in arca pecuniam, non exſpectabant, donec ad ſe venirent, qui mutuam ſumere vellent, ſed ultro accedebant ad trapezitas, atque ad eorum menſam argentum ſuum deponebant, ne ſterile ſibi eſſet. Hinc ſolutiones apud antiquos Romanos duobus modis fieri ſolitas legimus, *ex arca*, vel *ex menſa.* Qui domo ſolvebat, ex arca pecuniam depromere intelligebatur, quam ibi ſine fructu reconditam ſervabat. Qui ex menſa numerationem faciebat, itidem duplici modo eam facere adſueverat. Aut enim a menſario accipiebat foenore, qui pro ipſo ſummam, quam deſiderabat, & cui numeratam illam vellet, dependebat. Tunc debitor talis ſummae menſario exiſtebat. Aut pecuniam ipſe habebat apud menſam depoſitam; ex qua quantam ſummulam vellet, pro ipſo numerabat menſarius, qui

tanto

Digitized by Google

Invitum eam; inque. *De.* Tum autem video filium
Invitum ſane mulierem ab ſe amittere.
Sed tranſi ſodes ad forum, atque illud mihi
Argentum rurſum jube reſcribi, Phormio.
Ph. Quodne ego perſcripſi porro illis, quibus debui?

De.

DONATI.

29. Rursum jube rescribi, Phormio.] Rescribi, reddi, ſeu per menſae ſcripturam dari. Jube rescribi.] Quoniam ad numerationem pecuniae antecedit ſcriptura, *Reſcribere* dicebant, pro renumerare. Et ſic infert, [1] Ne ego perscripsi porro illis, quibus debui. Haec eſt ergo figura, in qua ſecunda de primis ſignificantiam ſumunt. Jube rescribi.] Per ſcripturam, id eſt, de menſae ſcriptura dari: unde hodie additur chirographis, *Domo ex arca ſua*, vel, *ex menſae ſcriptura*.

30. Ne ego perscripsi.] Multis per ſcripturam reddidi, multis dedi. ut apud [2] *Virgilium*,

Diditur hic ſubito Trojana per agmina rumor.

OBSERV. IN DONAT.

1. Ne ego perscripsi.] Legit igitur Donatus, quomodo etiam nunc eſt in quibuſdam Libris, Quod? ne ego perscripsi. De voce Perscripsi vide Comment.

2. *Virgilium.*] Aen. VII. 144. Ubi Rob. Stephanus & Lindenbruchius, *Deditur.* minus accurate.

COMMENTARIUS.

tanto minoris exinde manebat debitor. Hoc *ſcribere* & *perſcribere* dictum; atque inde *ſcriptura menſae*. Nam in ſuas tabulas referebat menſarius, quantum cuique reſolviſſet ex numero nummorum apud menſam ſuam poſitorum, aut quantum ipſe pro alio expendiſſet ac numeraſſet. Qui itaque per menſarium ſolvebat, accepta ab eo mutua, aut reddita, quam mutuo acceperat, pecunia, *de menſa ſolvere*, *a trapezita ſolvere* dicebatur. Ita Graeci, Aſiatici, aliaeque gentes. ſic Evang. Matth. XXV. 27. Ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις· καὶ ἐλθὼν ἐγὼ ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ. Ad quem locum vide interpretes. Multa ejus rei mentio apud Plautum. Porro autem, quia Demipho ſuſpicabatur, ſe praeſentem pecuniam haud ablaturum a Phormione, igitur ſibi de menſa, atque adeo ſcriptura ſolvi poſtulat. Horat. Serm. II. 3. 75.

Putidius multo cerebrum eſt, mihi crede, Perilli,
Dictantis, quod tu numquam reſcribere *poſſis.*

Quem locum citat Servius ad Virg. Aen. VII. 422. Et videtur omnino Rescribi h. l. pro *perſcribi* poni. Gr. διαγράφειν. Cic. Att. XVI. 2. *De Publilio autem, quod* perſcribi *oportet, moram non puto eſſe faciendam.* Dicitur autem *ſcribere* debitor, quum mutuum ſumit, & chirographo ſe debitorem agnoſcit; quod & *nomina facere* dicunt, & *perſcribere*. Plaut. Curc. III. verſu 39.

Novi edepol nomen: nam mihi iſtoc nomine,
Dum ſcribo, *explevi totas ceras quatuor.*

Sermo eſt de trapezita, cui per ſyngrapham cavebatur ob acceptam pecuniam. Truc. I. 1. 53.

Ubi aera perſcribantur *uſuraria.*

Cic. Att. IX. 12. *Viri boni uſuras* perſcribunt? *ego ipſe ſedeo?* Suet. Caeſ. 42. *Si quid uſurae nomine numeratum, aut* perſcriptum *fuiſſet.* Digeſt. XII. 1. 40. *L. Titius* ſcripſi, *me accepiſſe a P. Maevio quindecim mutua numerata mihi de domo.* Seneca, Epiſt. XXVI. *Exſpecta puſillum, & de domo fiet numeratio.* Vide porro Briſſon. de Formul. V. Nannii Miſcellan. II. 10. Adelph. II. 4. 13. & ibi Lindenbr.

30. Quodne ego perscripsi porro illis, quibus debui?] Turnebus Adverſ. IV. 13. interpretatur: *Quod ad trapezitam attuli, & totum ſcripſi, quibus dinumeraret certa die, ut nihil jam mihi reliquum ſit; atque ita expunxi nomina, quibus debebam.* Donatum aliter legiſſe cenſent viri eruditi; quod Virgilii *diditur* nihil faciat ad intelligendum Terentii Perscripsi. Faërnus teſtatur, in omnibus fere Libris ſcriptis eſſe Descripsi; ſed Codicem Bembinum legere

QQQQ qqq Discri-

Digitized by Google

De. Quid igitur fiet? *Ph.* Si vis mihi uxorem dare,
Quam deſpondiſti, ducam: ſin eſt, ut velis
Manere illam apud te, dos hic maneat, Demipho.
Nam non eſt aequom, me propter vos decipi:
Quum ego voſtri honoris cauſa repudium alterae
Remiſerim, quae dotis tantumdem dabat.
De. I in malam rem hinc cum iſtac magnificentia,
Fugitive! etiam nunc credis, te ignorarier,

Aut

DONATI.

42. QUIN TU MIHI ARGENTUM CEDO.] Hoc [1] ab utroque cum clamore dici accipiendum eſt.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Ab utroque.*] Ergo & *ab utroque cum clamore dici accipiendum eſt*, IN JUS AMBULA. quin potius hoc; quia ad prius uni Demiphoni reſpondet Phormio, ad poſterius utrique.

COMMENTARIUS.

DISCRIPSI, quod probat, & Pareus edidit, & citat Bentlejus ad Horat. Serm. II. 3. 76. & Epiſt. II. 1. 105. Palmerius exiſtimabat, Terentium ſcripſiſſe, QUODNE EGO PERSCRIPSI PORRO ALIIS, AC DIDIDI? Idem ex Mſ. laudat Chriſtoph. Colerus ad h. l. Janus Gulielmius in Mercat. Quaeſt. cap. 1. QUODNE EGO PERSCRIPSI PORRO IIS, QUIBUS DIDIDI? In Mſ. Donati Hulſtiano diſerte bis legitur, QUODNE EGO RESCRIPSI. Quomodo fere crediderim fuiſſe ſcriptum a Terentio. Et ſane ἐμφατικώτερον erit, ſi Demiphonem dixiſſe ſtatuas, ARGENTUM RURSUM JUBE RESCRIBI; Phormionem vero, QUODNE EGO RESCRIPSI? q. d. *Rurſusne reſcribam, quod jam reſcripſi?* Et videtur ſimul Phormio ludere ſenem, quod ſe facturum eſſe dixerat ſupra, V. 6. 45. Tum, quidni reſcriberet Phormio, quod jam ſeu *perſcripſerat*, ſeu *deſcripſerat*, ſeu *diſcripſerat* aliis. Omnis igitur vis eſt in iteratione τοῦ RESCRIPSI. J. Fr. Gronovius legit DASCRIPSI, ad Cic. Fam. XII. 1. *Pecuniae maximae deſcribuntur.* h. e. variae ſummae variis hominibus ſolvendae definiuntur, & quaſi diſtribuuntur. Quomodo frequens hujus vocis uſus eſt apud Ciceronem. Plura notavit Hottomanus ad Cic. Verr. I. 36. Ceterum argentarii ſuas tabernas habebant in foro. Plaut. Aſin. I. 1. 103.

DE. *Audin' tu? apud Archibulum ego ero argentarium.*
LI. *Nempe in foro?* DE. *Ibi.*

Et verſu 112.

Sed quid ego ceſſo ire ad forum, quod inceperam?
Ibo, atque ibi manebo apud argentarium.

Ob argenti autem penuriam aliquando *Triumviri menſarii* instituti; quorum meminit Livius, XXIII. 21. & XXIV. 18. XXVI. 36. Dicit autem, QUODNE EGO PERSCRIPSI, uti Plautus, Rud. IV. 7. 5.

quodne ego *inveni in mari?*

Mſ. Boend. QUOD EGO NE PERSCRIPSI. Fr. Fabricius minus appoſite huc citat illud ex And. IV. 4. 29.

Quemne ego *heri vidi ad vos adferri veſperi?*

Tum PORRO notat *poſtea, poſteaquam accepi.*

31. SIN EST UT VELIS.] Ita fere Hec. IV. 1. 43. 44.

33. DOS HIC MANEAT.] Geſtu adjuvandum; ſe enim indigitat, dicendo HIC. Aliter And. II. 1. 10. Mſſ. Lipſ. Bodl. Graev. Boend. cum edit. 1469. DOS HIC OMNIS MANEAT. Guyetus in gloſſis ineditis, *Apud me, in loculis meis.* δεικτικῶς.

34. Me

Aut tua facta adeo? *Ph.* Irritor. *De.* Tun' hanc duceres,
Si tibi data eſſet? *Ph.* Fac periculum. *De.* Ut filius
Cum illa habitet apud te; hoc voſtrum conſilium fuit.
Ph. Quaeſo, quid narras? *De.* Quin tu mihi argentum cedo.
Ph. Immo vero uxorem tu cedo. *De.* In jus ambula.
Ph. In jus! enimvero ſi porro eſſe odioſi pergitis.
De. Quid facies? *Ph.* Egone? vos me indotatis modo
Patrocinari fortaſſe arbitramini:

Etiam

DONATI.

43. In jus ambula.] Ad judicem eamus ſcilicet. nam Jus, pro loco eſt. [4] *Cicero, Quandoquidem te in jure conſpicio.*

44. Enimvero si porro odiosi esse pergitis.] Vultu juvandum eſt, & pronuntiatione, hoc, quod tam minaciter ſuſpenditur. Enimvero.] Enimvero, principium eſt aliquid per iracundiam dicturi: ut, [5] *Hic tum alius ex alia parte enimvero hoc feret? &c.*

45. Indotatis.] Hoc eſt, ut Phanio.

OBSERV. IN DONAT.

4. *Cicero.*] Pro Mur. 12. Ubi nunc: *Quando te in jure conſpicio.*
5. *Hic tum.*] Cicero Verr. I. 26. Sed legitur hodie: *Hic tum alius ex alia parte: Enimvero ferendum hoc non eſt. vocetur mulier.*

COMMENTARIUS.

34. Me propter vos decipi.] Sic And. I. 5. 36.

35. Vostri honoris causa.] Plaut. Curc. IV. 3. 17.

quod mandaſti, feci tui honoris gratia.

Poen. III. 3. 25.

honoris tui cauſa *huc ad te venimus.*

Mſſ. Mark. & Boend. Praesertim cum ego.

Repudium alteras remiserim.] Plaut. Aul. IV. 10. 69.

Ea re repudium remiſit *avunculus cauſa mea.*

Vide ſupra IV. 3. 72. Dixit autem Alteras, uti Heaut. II. 3. 30. Quamquam in pluribus Libris, eſt Alteri.

37. Cum istac magnificentia.] Vide ad Eun. IV. 6. 3. De uſu τῷ Cum vide ad And. V. 4. 38. maxime Adelph. IV. 6. 1. Intelligit autem magnificum illum verborum honorem & ſpeciem, Vostri honoris causa.

40. Si tibi data esset?] Liber Bembinus, Si tibi daretur? quod quaedam edd. exhibent.

Fac periculum.] And. III. 3. 33. Eun. III. 2. 23. Heaut. I. 2. 36. II. 1. 9. Supra II. 2. 12.

42. Quaeso, quid narras?] Faceta irriſio.

43. In jus ambula.] Plaut. Curc. V. 2. 23. *Ambula in jus.* Et verſu 26. *Ergo ambula in jus.* Martial. XII. 98. 10.

Sit tandem pudor, aut eamus in jus.

Et infra verſu 88. Recte autem monet Donatus, Jus *pro loco* dici. Nepos Att. 6. In jus *de ſua re numquam* iit. Paulus l. 11. ff. de Juſt. & Jur. *Alia*, inquit, *ſignificatione* Jus *dicitur* locus in quo jus redditur, *appellatione collata ab eo, quod fit, in eo, ubi fit.* Quae verba adſcribo ex literis Ampliſſimi Senatoris, Corn. van Bynckershoek. Vide porro ad Eun. IV. 6. 30. Plura congeſſit Briſſonius de Formulis, Lib. V.

44. In jus!] Muretus, Var. Lect. III. 3. exiſtumat, Hiſtrionis eſſe verba, non Poëtae; quod nimirum verſus per has voces pede abundet. Et Guyetus in ἀνεκδότοις gloſſema vocat.

Enimvero si porro esse odiosi pergitis.] Comminatio eſt cum apoſiopeſi.

45. Indotatis.] Qualem vos crediditis eſſe Phanium, antequam reperta eſſet Chremetis filia. Niſi forte intelligenda Nauſiſtrata, Chremetis

Etiam dotatis ſoleo. *Ch.* Quid id noſtra? *Ph.* Nihil.
Hic quamdam noram, cujus vir uxorem. *Ch.* Hem! *De.* Quid eſt?
Ph. Lemni habuit aliam. *Ch.* Nullus ſum. *Ph.* Ex qua filiam
Suſcepit: & eam clam educat. *Ch.* Sepultus ſum.
Ph. Haec adeo ego illi jam denarrabo. *Ch.* Obſecro,
Ne facias. *Ph.* Ho! tune is eras? *De.* Ut ludos facit!

Ch.

DONATI.

47. Etiam dotatis soleo.] Ut Nauſiſtratae.

49. Nullus sum.] Perii, mortuus ſum.

50. Sepultus sum.] Αὔξησις. nam plus eſt, quam Nullus sum.

COMMENTARIUS.

mctis uxor, bene dotata. Magnificc antem Indotatis dicit, & mox Dotatis, quum de unica ſermo ſit.

47. Quid id nostra?] Mirum videtur Guycto, in *ἀνεκδότοις*, *poſtremam in* Nostra *produci, quum ſit nominativi caſus. q. d.* Nostra refert, *i. e. res noſtra fert.* Rem expedit Jac. Perizonius, V. Cl. ad Sanct. Minerv. III. 5. 3. contendens poſt ipſum Sanctium & Scaligerum, contra Voſſinm maxime, autumantem, *mea*, *tua*, *ſua*, juncta verbis *intereſt* & *refert* eſſe ablativos ſingulares; & ex analogia linguae Latinae evincens, *Hoc intereſt mea* dici, pro eo quod eſt, *Hoc intereſt inter mea negotia*; ſimiliter, *Hoc refert mea*, pro, *Hoc refert ſe ad mea negotia.* Nec adeo juvari Voſſium hoc Terentii loco, ubi poſtrema in Nostra producatur. *Profecto*, inquit, *invaluit licentia in metro comico, ut vix inde quid certa ratione probare vel refutare queas.* Quod vero Voſſius laudat verba Plauti, *Mea iſtuc nihil refert, tua refert gratia*; atque inde conficere vult, illud *tua* ablativum eſſe, ſemperque *gratia* eodem caſu ſubaudiendnm, quoties dicatur *Refert*, *intereſt*, *mea*, *tua*, *Ciceronis*, is locus bona fide ita etiam legitur in Mſ. Boend. uti ex optimis editionibus citat Cl. Perizonius,

Mea quidem iſtuc nihil refert; tua ego refero [*gratia.*

Vide Plaut. Perſ. IV. 3. 68.

Nihil. hic quamdam noram.] Notat Boeclerus, *κωμικῇ μιμήσει*, non ſine ſuavitate & lepore ad *ἀνταναγωγὴν* fieri tranſitum. Τὸ Nihil autem *εἰρωνικῶς* accipiendum.

49. Lemni.] Pro eo, quod eſt, *In Lemno.* Infra V. 8. 24. Nepos Milt. 2. *Se autem domum* Cherſoneſi *habere.*

Nullus sum.] Formula deſpondentis animum. And. III. 4. 20. Eun. V. 7. 22.

50. Educat.] Mſ. Mark. Educavit.

Sepultus sum.] Sic Cic. Catil. IV. 6. *Cerno animo* ſepulta *in patria miſeros, atque* inſepultos *acervos civium.*

52. Ho! tune is eras?] Sarcaſtice fingit ſe neſcire, qnod dudum ea Geta intellexerat. Sic Eun. V. 5. 21.

Ut ludos facit!] Subaudi, *nobis*, vel, *nos.* And. III. 1. 21. Plaut. Pſeud. IV. 7. 71.

Exploratorem hunc faciamus ludo *ſuppoſititium.*

Ba. *Adeo, donicum ipſus ſeſe* ludos fieri *ſenſerit.*

Caſin. IV. 1. 2.

Neque uſquam ludos tam feſtivos fieri,
Quum hic intus fiunt ludi *ludificabiles*
Seni noſtro, & noſtro Olympioni villico.

53. Missum te facimus.] And. IV. 1. 57. V. 1. 14.

Fabulas!] Formula irridentis & ſpernentis dicta alterius. And. I. 3. 19. III. 3. 21. Heaut. II. 3. 95. Supra III. 2. 7.

54. Argentum, quod habes, condonamus te.] Videtur jnnctim & ſine interrogatione pronunciandum, contra ac ſentit Donatus. Dixit autem, Condonamus te, uti Plautus Bacchid. V. 2. 24.

Si quam habes, te condono, *tibi habe, numquam abs te petam.*

Audio.] Formula conſentientis, ſeu ſerio, ſeu per ironiam. Prioris exemplum eſt Eun. II. 3. 79.

Ch. Miſſum te facimus. *Ph.* Fabulae! *Ch.* Quid vis tibi?
Argentum, quod habes, condonamus te. *Ph.* Audio.
Quid vos, malum! ergo me ſic ludificamini,
Inepti, voſtra puerili ſententia?
Nolo, volo: volo nolo rurſum: cedo, cape.
Quod dictum, indictum 'ſt: quod modo erat ratum, irritum eſt.
Cb. Quo pacto, aut unde haec hic reſcivit? *De.* Neſcio:
Niſi,

DONATI.

53. QUID VIS TIBI? ARGENTUM QUOD HABES? CONDONAMUS TE.] VIS iterum ſubaudiendum eſt: ut ſit, VIS ARGENTUM QUOD HABES? & eſt ἀπολύτως inferendum, CONDONAMUS TE. Sic eſt illud [6] apud *Virgilium*,

Vultis & his mecum pariter conſidere regnis?
Urbem, quam ſtatuo? veſtra eſt.

54. [7] CONDONAMUS TE.] *Condono*, ablativo junxit: ut in Eunucho,

Habeo alia multa, quae nunc condonabitur.

55. MALUM! ERGO ME SIC; &c.] MALUM! adverbium eſt interpoſitae indignationis.

57. NOLO, VOLO: VOLO NOLO RURSUM.] Primo ſingula ſeparatim: deinde ſimul utraque pronuntianda ſunt.

OBSERV. IN DONAT.

6. *Apud Virgilium.*] Aen. I. 576.

7. CONDONAMUS TE.] Notam hanc ita ordinaſſe videtur Rob. Stephanus, quia in aliis Codd. vetuſtis vel plane omittitur, vel corrupte legitur. Omittit & Mſ. Hulſt. Suſpicor fere, legiſſe Donatum, CONDONAMUS, omiſſo TE, atque adeo ſcripſiſſe, CONDONAMUS *abſolute junxit*, *ut in Eunucho*, *Habeo alia multa*, *quae nunc condonabitur*; *quae proferentur poſt*. Firmat ſuſpicionem, quod Palmannum video ſuo Codici adſcripſiſſe hanc explicationem loci in Eun. Prol. 17. „ Παλιλογία eſt. Diſtinguo. QUAE, ut ſit „ comminantis, & ſublata manu, commotoque capite ſi„ gnum dantis ſermo: cui ut animos auditorum concilíet, „ & eos placide retineat, ſtatim ſubjicit, NUNC CONDONA„ BITUR. Verum pergit, ea, quae animo conceperat, „ non ſine ſtomacho dicere, & ſuam cauſam juſtiſſimam „ eſſe docet. Quae interpretatio ſi vera eſt, nulla prorſus „ Latini ſermonis inſolentia erit, & variae doctorum viro„ rum opiniones labefactatae jacebunt. „ Niſi quod tamen obſtare videtur locus Plauti, Bacchid. V. 2. 24.

Si quam habes, te condono, *tibi habe*, *numquam abs te petam.*

Unde Terentiana haec videntur eſſe deſumta.

COMMENTARIUS.

3. 79. ubi vide Donatum; poſterioris h. l. Belg. *Dat laat zig hooren!*

56. PUERILI SENTENTIA.] Levi. And. II. 6. 18. maxime Hec. III. 1. 32. Menander:

Παντάπασι παιδαρίου γνώμην ἔχει.

57. NOLO, VOLO: VOLO NOLO RURSUM.] Ita diſtinguendum erudite Donatus obſervat. quod niſi fiat, διανοίᾳ μιμητικῇ multum decedat neceſſe eſt. Plaut. Ciſt. II. 1. 7.

Ita mihi omnia ingenia ſunt: quod lubet, non lubet jam id continuo.

CEDO.] H. l. valet, *Da*, eſt enim contrarium τῷ CAPE. Libri quidam: CAPE, CEDO.

58. QUOD DICTUM, INDICTUM 'ST.] Sic Plaut. Aul. II. 2. 81.

ſcio, quo vos ſoleatis pacto perplexarier:
Pactum non pactum 'ſt, non pactum pactum 'ſt, quod vobis lubet.

Ciſtell. II. 1. 10.

Modo quod ſuaſit, diſſuadet: quod diſſuaſit, id oſtentat.

Dicitur autem INDICTUM, pro, *non dictum*; uti Adelph. III. 4. 62. *Me indicente.*

IRRITUM EST.] Mſ. Bodl. & edit. 1469. INIRRITUM EST.

Niſi, me dixiſſe nemini, id certo ſcio.
Ch. Monſtri, ita me Di ament! ſimile. *Ph.* Injeci ſcrupulum.
De. Hem!
Hiccine ut a nobis hoc tantum argenti auferat,
Tam aperte irridens? emori hercle ſatius eſt.
Animo virili praeſentique ut ſis, para:
Vides tuum peccatum eſſe elatum foras.
Neque jam id celare poſſe te uxorem tuam.
Nunc quod ipſa ex aliis auditura ſit, Chreme,
Id noſmet ipſos indicare, placabilius eſt.

Tum

DONATI.

64. Animo virili.] A neceſſario adhortatur.

COMMENTARIUS.

61. Monstri simile.] Sic Eun. II. 3. 42. Plaut. Aſin. II. 2. 23.

pro monſtro *extemplo eſt, quando qui ſudat, tremit.*

Injeci scrupulum.] Sic And. V. 4. 37. Adelph. II. 2. 20. Plaut. Caſ. III. 3. 26.

Pol ego huic aliquem in pectus injiciam metum.

63. Emori hercle satius est.] Sic Eun. I. 1. 21.

64. Animo virili praesentique ut sis, para.] Enn. IV. 6. 31.

65. Elatum foras.] Adelph. IV. 4. 16. Cic. Philipp. X. 3. Efferri *haec* foras, *& ad populi R. aures pervenire.* Alii, Esse delatum. Mſ. Mark. Jam esse latum. Guyetus in Scholiis Mſſ. Esed elatum. uti *Moderga*, aliaque.

68. Placabilius.] Ad placandum aptius & efficacius.

69. Impuratum.] Convicium acerbum. Plaut. Rud. II. 6. 59.

impurata bellua.

III. 4. 46.

Niſi ſcio, probiorem hanc eſſe, quam te, impuratiſſime.

Nostro modo.] Noſtro arbitrio, ut nobis lubet. And. I. 1. 126. Eun. V. 3. 11. Plaut. Menaechm. II. 1. 25.

non tuo *hoc fiet* modo.

Perſ. III. 1. 31.

Meo modo *iſtud potius fiet, quam tuo.*

71. Gladiatorio animo.] H. e. infeſtiſſimo. A more gladiatorum in arenam deſcendentium, quibus vel occidere alterum, vel occidi dicta lex erat. Gell. VII. 3. *Nam gladiatori, compoſito ad pugnandum, pugnae haec propoſita ſors eſt, aut occidere, ſi occupaverit, aut occumbere, ſi ceſſaverit.* Vide Lipſ. Saturn. Serm. II. 21. Unde *Gladiatoris* appellatio in conviciis paſſim ponitur Ciceroni in Philippicis. Eodem ſeuſu dixit Plautus Ciſtell. II. 1. 11.

Maritimis moribus mecum experitur.

H. e. feris & doloſis. Sic Lucret. V. 1002.

Nec poterat quemquam placidi pellacia Ponti
Subdola pellicere in fraudem, ridentibus undis.

Ad me adfectant viam.] Heaut. II. 3. 60. Plaut. Aul. III. 6. 39.

Ut me deponat vino, eam adfectat viam.

Virg. Georg. IV. 562.

viamque adfectat *Olympo*

74. E medio excessit.] Vide ad Adelph. III. 4. 33. Mſ. Witt. Excesserit.

75. Adgredimini.] Mſ. Mark. Adgredimini me.

77. Ain' tu?] Palmerius, cum Mſſ. Bodl. Witt. Mark. & edit. 1469. Ain' tu tandem?

Peregre.] In Lemno inſula, Peregre ab Athe-

Tum hunc impuratum poterimus noſtro modo
Ulciſci. *Ph.* Atat! niſi mihi proſpicio, haereo.
Hi gladiatorio animo ad me adfectant viam.
Ch. At vereor, ut placari poſſit. *De.* Bono animo es.
Ego redigam vos in gratiam, hoc fretus, Chreme,
Quum e medio exceſſit, unde haec ſuſcepta 'ſt tibi.
Ph. Itane agitis mecum? ſatis aſtute adgredimini.
Non hercle ex re iſtius me inſtigaſti, Demipho.
Ain' tu? ubi peregre, tibi quod libitum fuit, feceris,
Neque hujus ſis veritus, feminae primariae,
Quin novo modo ei faceres contumeliam:

Ve-

DONATI.

69. NOSTRO MODO ULCISCI.] Ingenlo ſcilicet.

71. HI GLADIATORIO ANIMO.] Parato ad periculum: hoc eſt, ita perdito ac temerario, ut non ſibi caveant, dummodo vulnerent. ut, [1] *Salluſtius*, *Avidius alter alterum ſauciare, quam ſemet tegere.* AD ME ADFECTANT VIAM.] ADFECTANT VIAM, plenum: quod nos ἐλλειπτικῶς.

72. UT PLACARI POSSIT.] UT pro *Ne non.*

74. QUUM DE MEDIO EXCESSIT.] Pro quia. DE MEDIO EXCESSIT.] Et ad dictum, & ad rationem dicti, Comicum eſt.

75. ASTUTE ADGREDIMINI.] *Εἰρωνεία.* Et proprie *Adgredi*, accedere ad dimicandum eſt. Bene ergo ſervavit tranſlationem a gladiatoribus coeptam.

77. AIN' TU? UBI PEREGRE.] Modo ad Chremetem cum invectione converſus eſt.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Salluſtius.*] Jugurth. 60. legendum autem cum Lindenbruchio, *Alteri alteros.* ſic cap. 42. *Dum alteri alteros vincere quovis modo; & victos acerbius ulciſci volunt.* Et cap. 79. Alteri alteros *aliquantum attriverant.*

COMMENTARIUS.

Athenis. Faërnus laudat lectionem Codicis Bembini: UBI QUAE LIBITUM FUERIT, PEREGRE FECERIS. Quam lectionem Libri quidam editi exhibent.

78. NEQUE HUJUS SIS VERITUS.] Adſentior Palmerio, exiſtumanti geſtum eſſe floccum oſtendentis, vel aliam rem nauci. Poſſit etiam formula eſſe cum crepitu digiti conjuncta. Novum tamen videtur, τὸ VERITUS jungi genitivo. Guyeto in Scholiis Mſſ. τὸ HUJUS gloſſema videtur, putanti, Nonio Marcello poſterius eſſe, quod is, ſi apud Terentium legiſſet, omiſſurus non fuiſſet.

FEMINAE PRIMARIAE.] Sic Plaut. Mil. III. 1. 73.
primarium *paraſitum.*
Stich. I. 2. 81.
Quin vos capitis conditionem ex peſſuma primariam?
Rud. IV. 4. 29.
primarius *vir.*
Cic. Fam. V. 11. *Quod mihi* feminam primariam, *Pompejam, uxorem tuam commendas.*

79. NOVO MODO.] Inaudito, atque adeo ſceleſtiſſimo, Plaut. Pſeud. II. 4. 8.
iſtic Pſeudolus
Novos *mihi eſt.*
Id eſt incognitus. Cic. in Rull. II. 10. *Jam hoc inauditum & plane* novo more. Et notat Hottomanus Accuſatorum eſſe, pro, nefario. ad Cic. pro Roſc. Amerin. cap. 1. *Injuriam* novo ſcelere *conflatam.*

Et

Venias nunc precibus lautum peccatum tuum?
Hiſce ego illam dictis ita tibi incenſam dabo,
Ut ne reſtinguas, lacrumis ſi exſtillaveris.
De. Malum, quod iſti Di Deaeque omnes duint!
Tantane adfectum quemquam eſſe hominem audacia?
Non hoc publicitus ſcelus hinc deportarier

In

D O N A T I.

80. Lautum peccatum tuum?] Ut laves, ut maculam.

82. Lacrumis si exstillaveris.] *Stillare*, eſt guttas emittere ex corpore. *Exſtillare*, ipſum corpus guttatim finiri. Ergo quaſi totum in lachrymas converti, & ex toto ſtillare corpore.

85. Publicitus.] Id eſt, publica cura atque conſilio.

86. In solas terras?] [9] *Virgilius*,

Paſtorum & ſolis exegi montibus aevum.

Et [10] *Salluſtius* in primo. *Solis viis.*

O B S E R V. I N D O N A T.

9. *Virgilius.*] Aen. XI. 569.

10. *Salluſtius.*] In Fragmentis.

C O M M E N T A R I U S.

Ei faceres contumeliam.] Ita praeſtat legere, quam quod eſt in quibuſdam Codicibus, Contumelias. Eun. V. 2. 27. Plaut. Aſin. II. 4. 82.

Tu contumeliam *alteri* facias, *tibi non dicatur?*

Eleganter autem τὸ Ei πλεονάζει. Quod maxime ſtilus ſacer amat. Sic Pſalm. I. 4. אשר תדפנו רוח *Quam diſpellit eam ventus.*

80. Vanias nunc precibus lautum peccatum tuum?] In eandem ſententiam dixit leno, Adelph. II. 1. 10.

Neque tu verbis ſolves umquam, quod mihi re male feceris.

Cic. Legib. II. 10. Animi labes *nec diuturnitate vaneſcere, nec amnibus ullis* elui *poteſt.*

81. Hisce ego illam dictis ita tibi incensam dabo.] Palmerio & Pareo τὸ Hisce verbum eſt, ab *Hiſco*. Ut ſenſus ſit, Hisce, h. e. *mutire incipe, ſi quid audes.* Mihi haec acutiora videntur, quam par eſt. Dixerat verſu 51. Haec adeo ego illi jam denarrabo. Pergit igitur, Hisce ego illam dictis ita tibi incensam dabo.

Incensam dabo.] Cicero pro Cluent. 64. *Atque etiam* incenſa *odio priſtino, Nicoſtratum eundem illum tum ſine cauſa in quaeſtionem poſtulavit.* Dixit vero, incensam, pro, *irritatam*; dein reliqua ἀλληγορικῶς ſubjungit, quaſi vere ardentem crederet. Sic Ovid. Heroid. XVI. 7.

Sed male diſſimulo. quis enim celaverit ignem,
Lumine *qui ſemper proditur ipſe ſuo.*

De amore Paridis.

82. Restinguas.] Videtur locus expreſſus ex Plauti Trinummo, III. 2. 49. quamquam ſenſu diverſo: *tuum* incendes *genus.*

Tum igitur tibi aqua *erit cupido, genus qui*

Et mox; [reſtinguas *tuum.*

Ne ſcintillam *quidem relinques, genus qui* congliſcat *tuum.*

Quo loco *Incendendi* notio eſt illuſtrare, clarum & inſigne facere.

Exstillaveris.] Sic Plaut Pſeud. III. 2. 29. *oculi ut* exſtillent.

83. Malum.] Liv. IV. 49. Malum *quidem militibus meis, inquit, niſi quieverint.* Plaut. Amph. II. 1. 13.

Malum! *quod tibi Dii dabunt, atque ego hodie dabo.*

85. Publicitus.] H. e. publice, ſuffragiis populi. Plaut. Amph. IV. 2. 7.

An fores cenſebas nobis publicitus *praeberier?*

Bacchid.

In ſolas terras? *Ch.* In id redactus ſum loci,
Ut quid agam cum illo, neſciam prorſum. *De.* Ego ſcio.
In jus eamus. *Ph.* In jus! huc, ſi quid lubet.
De. Adſequere, ac retine, dum ego huc ſervos evoco.
Ch. Etenim ſolus nequeo: adcurre huc. *Ph.* Una injuria 'ſt
Tecum. *Ch.* Lege agito ergo. *Ph.* Altera eſt tecum, Chreme.
De.

DONATI.

88. IN JUS EAMUS.] [11] Ad praetoris ſellam. modo enim locum ſignificat. IN JUS! HUC, SIQUID LUBET.] Apparet paraſitum niti ad domum Chremetis: ſenes vero ad forum conari attrahere.

90. ETENIM SOLUS NEQUEO.] ETENIM, pro *at* poſuit; ut turbatum oſtenderet. Sic [12] alibi, *Etenim non ſinam.* UNA INJURIA 'ST.] Id eſt, actio injuriarum ex lege.

91. LEGE AGITO ERGO.] LEGE AGITO dicebatur ei, cujus intentio contemtibilis adverſario videbatur. [13] *Plautus* in Aulularia, *Lege agite mecum, moleſtus ne ſis, & coenam coque.* ALTERA.] Quam feciſti dotatae uxori.

OBSERV. IN DONAT.

11. *Ad Praetoris ſellam.*] Vide Lindenbr. ad h. l.
12. *Alibi.*] Locus eſt Adelph. II. 1. 14. ubi tamen ENIM videtur legiſſe Donatus.
13. *Plautus in Aulularia.*] III. 3. 10. legendum autem, *I, & coenam coque.*

COMMENTARIUS.

Bacchid. II. 3. 79. Publicitus *ſervant.* Perſ. IV. 3. 39. *Ut fiat auctio* publicitus.

DEPORTARIER IN SOLAS TERRAS?] Cic. Philipp. XIII. 1. *Ex numero hominum ejiciendum, ex finibus humanae naturae exterminandum puto.* Plaut. Moſtell. IV. 3. 2.

Non equidem in Aegyptum hinc modo vectus fui,
Sed etiam in terras ſolas, *oraſque ultimas.*

Rud. I. 4. 8.

Neque magis ſolae terrae *ſunt, quam haec loca, atque hae regiones.*

Hinc *Deportati* dicti. Vide porro ad And. II. 4. 3. & Giſan. Ind. Lucret. v. *Sola Loca.*

86. IN ID REDACTUS SUM LOCI.] Guyeto in gloſſis Mſſ. τὰ IN ID gloſſema videntur, ſubſtituenti, EO REDACTUS SUM LOCI.

88. IN JUS EAMUS.] Vide ſupra verſu 43.

HUC.] Δεικτικῶς, quaſi digitum intendat in aedes Chremetis, & Nauſiſtratam judicem appellet. Quamquam & de *jure* commode intelligitur.

89. ADSEQUERE, AC RETINE.] Adparet, Phormionem, ubi dixiſſet, HUC, SI QUID LUBET, recta inſtituiſſe gradum ſeu ad forum, ſeu ad Chremetis aedes; quamquam prius magis ſit veriſimile; ſi enim Chremes vidiſſet, Phormionem ad oſtium ſuarum aedium accedentem, procul dubio deprecatus fuiſſet, ne id faceret.

EVOCO.] Magna Mſſ. & impreſſorum poſt an. 1469. pars, VOCO. Mſ. Bodl. INVOCO.

90. ETENIM SOLUS NEQUEO.] Popma ad Plaut. Epid. V. 2. 36. legit, ENIM. quod veteribus etiam initio ſententiae adhibitum. eſtque in Mſſ. pluſculis, & editis nonnullis veteribus. Sic Hec. II. 1. 41.

UNA INJURIA 'ST TECUM.] H. e. Actio Injuriarum. Crediderim autem, non tantum Demiphoni haec dici, ſed & Demiphonem ad ea reſpondere, LEGE AGITO ERGO. unde haec recte in Codd. quibuſdam Demiphoni tribuuntur. Sic Plaut. Aul. III. 3. 10.

Lege agito mecum.

Mil. II. 5. 43. *Lege agito.* Cic. pro A. Caecina, 33. *Et* lege agant, *& ſuum jus perſequantur.* Eſt igitur *lege agere* idem, quod litem intendere, quae Lege XII. Tabb. civibus populoque conceditur. Unde *Legis actiones* dictae, conceptae & conſtitutae a JCtis. Alio ſenſu *lege agere* lictor dicitur, quando juſſus a Coſ. mandata exſequitur.

De. Rape hunc. *Ph.* Itane agitis? enimvero voce 'ſt opus.
Nauſiſtrata! exi. *Ch.* Os opprime. *De.* Impurum vide,
Quantum valet. *Ph.* Nauſiſtrata! inquam. *Ch.* Non taces?
Ph. Taceam? *De.* Niſi ſequitur, pugnos in ventrem ingere.
Ph. Vel oculum exclude: eſt, ubi vos ulciſcar probe.

DONATI.

95. PUGNOS IN VENTREM INGERE.] Urbane IN VENTREM, quaſi paraſito. An VENTREM, totum paraſitum dicit? ut *Lucilius* in ſecundo:
Vivite lurcones, comedones, vivite ventres.
An ſimpliciter? quia qui reſiſtit, " ne ſequatur trahentem, collo obtorto repandum ſe facit, & ventrem projicit. quum autem IN VENTREM feritur: curvatur, & ſequitur.

OBSERV. IN DONAT.

24. *Ne ſequatur trahentem.*] Codd. ante Rob. Stephanum legunt, *Ne ſequatur collo trahentem, obtorto ore repandum ſe facit.*

COMMENTARIUS.

92. ENIMVERO VOCE 'ST OPUS.] Sic Liv. Enimvero, *inquit Conſul, ferri jam ludificatio ipſa non poteſt.*

93. OS OPPRIME.] Plaut. Aſin. III. 2. 40.
opprime os.
Stich. I. 2. 57.
Omnibus os obturent, *ne quis merito maledicat ſibi.*
Prudent. paſſione Vincentii, 93.
His intonantem martyrem
Judex profanus non tulit.
Conclamat: os obtrudite,
Ne plura jactet improbus.

95. NISI.] Guyetus in ἀνεκδότοις, NE SEQUITUR.

PUGNOS IN VENTREM INGERE.] Intelligit paraſitum ventri obedientem. Epimenidis verſus fertur, quem citat Paulus, Tit. I. 12.
Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.
Lucil. Lib. XXX. 93.
Nemo iſtum ventrem *pertundet:*
Atque ita Graeci & Latini paſſim. Quod autem dixit, PUGNOS INGERE, id varie extulerunt. Plaut. Menaechm. V. 7. 23.
Hiſce ego jam ſementem in ore faciam, pugnoſque obſeram.
Et verſu 28. *Peſte pugnis.* Bacchid. III. 3. 46. *Pugnis contudit.* Poen. IV. 2. 3. *Incurſat pugnis.* Noſter Adelph. IV. 2. 19.
me pugnis miſerum, & iſtam pſaltriam
Uſque occidit.

96. VEL OCULUM EXCLUDE.] Laudat Priſcianus Lib. XVI. Et hanc phraſin varie efferunt. Plaut. Pſeud. I. 5. 95.
Excludito *mihi hercle* oculum, *ſi dedero.*
Aul. II. 2. 12.
Cui ego jam linguam praecidam, atque oculos effodiam.
Sic Noſter Eun. IV. 6. 2.
oculi *illico* effodientur.
Plaut. Menaechm. V. 7. 22.
eripe oculum iſti.
Et verſu 25.
face, ut oculi locus in capite appareat.
Noſter Adelph. III. 2. 20.
Adoleſcenti ipſi eriperem oculos.
Rivius laudat Codd. qui Demiphoni haec verba tribuunt. Magna Codicum pars, VEL OCULUM EXSCULPE.

EST, UBI VOS ULCISCAR PROBE.] Plaut. Pſeud. V. 2. 26.
Erit, ubi te ulciſcar, *ſi vivo.*
Pluſculi Codices, EST, UBI VOS ULCISCAR, LOCUS. Et ita citat Priſcianus Lib. XVI. Mſ. Witt. EST, UBI VOS ULCISCAR, MIHI MODO LOCUS.

ACTUS

Digitized by Google

ACTUS QUINTI

SCENA OCTAVA.

NAUSISTRATA. CHREMES. PHORMIO. DEMIPHO.

Nau. QUIS nominat me? *Ch.* Hem! *Nau.* Quid iſtuc turbae'ſt, obſecro,
Mi vir? *Ph.* Hem! quid nunc obticuiſti? *Nau.* Quis hic homo 'ſt?
Non mihi reſpondes? *Ph.* Hiccine ut tibi reſpondeat?
Qui hercle, ubi ſit, neſcit. *Ch.* Cave iſti quidquam creduas.
Ph. Abi: tange: ſi non totus friget, me enica.
Ch. Nihil eſt. *Nau.* Quid ergo eſt? quid iſtic narrat? *Ph.* Jam ſcies:
Auſculta. *Ch.* Pergin' credere? *Nau.* Quid ego, obſecro,
Huic credam, qui nihil dixit? *Ph.* Delirat miſer
Timo-

DONATI.

1. QUIS NOMINAT ME?] *Hic velut controverſia eſt: in qua reus ſit maritus: malae tractationis: & eſt ſtatus qualitatis venialis.*

8. DELIRAT MISER TIMORE.] Graviter utrumque: DELIRAT, & TIMORE. nam * *deliratio*, ſenectuti convenit: *timor*, conſcientiae.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Malae tractationis.*] Intelligit vitam & conſuetudinem. Gall. *Mauvaiſe conduite.* Sic Cic. Fam. XIII. 12. *Quo in munere ita ſe tractavit.* Catilin. III. 12. *Denique ita me in rep.* tractabo. Quod Gallis valet etiam, *ſe gouverner.*

2. *Deliratio ſenectuti convenit.*] Aliter cenſet ad Adelph. V. 8. 13.

COMMENTARIUS.

2. OBTICUISTI?] Vide ad Eun. V. 1. 4. Plaut. Bacchid. I. 1. 28.

Quid, amabo, obticuiſti?

Quidam Codices legunt, OBSTIPUISTI. Alii, OBSTUPUISTI.

QUIS HIC HOMO 'ST?] Miratur Nauſiſtrata, viro ſuo rem eſſe cum Phormione, homine ignoto.

3. TIBI.] Guyetus in Scholis ineditis hanc vocem expungit.

4. UBI SIT, NESCIT.] Sic Eun. II. 3. 13.

5. TOTUS FRIGET.] Eun. I. 2. 3. Adelph. IV. 4. 3. Laudat Nonius Marcellus, II. 325.

6. NIHIL EST.] Sic Eun. IV. 2. 10. Adelph. II. 2. 25. Eſt autem non unius uſus formula; vel enim extenuando rem ea utimur, uti Eun. loc. cit. vel deſperando, uti in Adelph. l. c. vel praecidendo ſermonem de re parum grata,

 uti

De. Rape hunc. *Ph.* Itane agitis? enimvero voce 'ſt opus.
Nauſiſtrata! exi. *Ch.* Os opprime. *De.* Impurum vide,
Quantum valet. *Ph.* Nauſiſtrata! inquam. *Ch.* Non taces?
Ph. Taceam? *De.* Niſi ſequitur, pugnos in ventrem ingere.
Ph. Vel oculum exclude: eſt, ubi vos ulciſcar probe.

D O N A T I.

95. PUGNOS IN VENTREM INGERE.] Urbane IN VENTREM, quaſi paraſito. An VENTREM, totum paraſitum dicit? ut *Lucilius* in ſecundo:
Vivite lurcones, comedones, vivite ventres.
An ſimpliciter? quia qui reſiſtit, "ne ſequatur trahentem, collo obtorto repandum ſe facit, & ventrem projicit. quum autem IN VENTREM feritur: curvatur, & ſequitur.

O B S E R V. I N D O N A T.

14. *Ne ſequatur trahentem.*] Codd. ante Rob. Stephanum legunt, *Ne ſequatur collo trahentem, obtorto ore repandum ſe facit.*

C O M M E N T A R I U S.

92. ENIMVERO VOCE 'ST OPUS.] Sic Liv. Enimvero, *inquit Conſul, ferri jam ludificatio ipſa non poteſt.*

93. OS OPPRIME.] Plaut. Aſin. III. 2. 40.

opprime os.

Stich. I. 2. 57.

Omnibus os obturent, *ne quis merito maledicat ſibi.*

Prudent. paſſione Vincentii, 93.

His intonantem martyrem
Judex profanus non tulit.
Conclamat: os obtrudite,
Ne plura jactet improbus.

95. NISI.] Guyetus in ἀνεκδότοις, NE SEQUITUR.

PUGNOS IN VENTREM INGERE.] Intelligit paraſitum ventri obedientem. Epimenidis verſus fertur, quem citat Paulus, Tit. I. 12.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

Lucil. Lib. XXX. 93.

Nemo iſtum ventrem *pertundet:*

Atque ita Graeci & Latini paſſim. Quod autem dixit, PUGNOS INGERE, id varie extulerunt. Plaut. Menaechm. V. 7. 23.

Hiſce ego jam ſementem in ore faciam, pugnoſque obſeram.

Et verſu 28. *Peſte pugnis.* Bacchid. III. 3. 46. *Pugnis contudit.* Poen. IV. 2. 3. *Incurſat pugnis.* Noſter Adelph. IV. 2. 19.

me pugnis miſerum, & iſtam pſaltriam Uſque occidit.

96. VEL OCULUM EXCLUDE.] Laudat Priſcianus Lib. XVI. Et hanc phraſin varie efferunt. Plaut. Pſeud. I. 5. 95.

Excludito *mihi hercle* oculum, *ſi dedero.*

Aul. II. 2. 12.

Cui ego jam linguam praecidam, atque oculos effodiam.

Sic Noſter Eun. IV. 6. 2.

oculi *illico* effodientur.

Plaut. Menaechm. V. 7. 22.

eripe oculum iſti.

Et verſu 25.

face, ut oculi locus in capite appareat.

Noſter Adelph. III. 2. 20.

Adoleſcenti ipſi eriperem oculos.

Rivius laudat Codd. qui Demiphoni haec verba tribuunt. Magna Codicum pars, VEL OCULUM EXSCULPE.

EST, UBI VOS ULCISCAR PROBE.] Plaut. Pſeud. V. 2. 26.

Erit, ubi te ulciſcar, *ſi vivo.*

Pluſculi Codices, EST, UBI VOS ULCISCAR, LOCUS. Et ita citat Priſcianus Lib. XVI. Mſ. Witt. EST, UBI VOS ULCISCAR, MIHI MODO LOCUS.

ACTUS

ACTUS QUINTI
SCENA OCTAVA.

NAUSISTRATA. CHREMES. PHORMIO. DEMIPHO.

Nau. QUIS nominat me? *Ch.* Hem! *Nau.* Quid iſtuc turbae'ſt, obſecro,
Mi vir? *Ph.* Hem! quid nunc obticuiſti? *Nau.* Quis hic homo 'ſt?
Non mihi reſpondes? *Ph.* Hiccine ut tibi reſpondeat?
Qui hercle, ubi ſit, neſcit. *Ch.* Cave iſti quidquam creduas.
Ph. Abi: tange: ſi non totus friget, me enica.
Ch. Nihil eſt. *Nau.* Quid ergo eſt? quid iſtic narrat? *Ph.* Jam ſcies:
Auſculta. *Ch.* Pergin' credere? *Nau.* Quid ego, obſecro,
Huic credam, qui nihil dixit? *Ph.* Delirat miſer

Timo-

DONATI.

1. QUIS NOMINAT ME?] *Hic velut controverſia eſt: in qua reus ſit maritus: malae tractationis: & eſt ſtatus qualitatis venialis.*

8. DELIRAT MISER TIMORE.] Graviter utrumque: DELIRAT, & TIMORE. nam [a] *deliratio*, ſenectuti convenit: *timor*, conſcientiae.

OBSERV. IN DONAT.

1. *Malae tractationis.*] Intelligit vitam & conſuetudinem. Gall. *Mauvaiſe conduite.* Sic Cic. Fam. XIII. 12. *Quo in numero ita ſe tractavit.* Catilin. III. 12. *Denique ita me in rep. tractabo.* Quod Gallis valet etiam, *ſe gouverner.*

2. *Deliratio ſenectuti convenit.*] Aliter cenſet ad Adelph. V. 8. 13.

COMMENTARIUS.

2. OBTICUISTI?] Vide ad Eun. V. 1. 4. Plaut. Bacchid. I. 1. 28.
Quid, amabo, obticuiſti?
Quidam Codices legunt, OBSTIPUISTI. Alii, OBSTUPUISTI.

QUIS HIC HOMO 'ST?] Miratur Nauſiſtrata, viro ſuo rem eſſe cum Phormione, homine ignoto.

3. TIBI.] Guyetus in Scholis ineditis hanc vocem expungit.

4. UBI SIT, NESCIT.] Sic Eun. II. 3. 13.

5. TOTUS FRIGET.] Eun. I. 2. 3. Adelph. IV. 4. 3. Laudat Nonius Marcellus, II. 325.

6. NIHIL EST.] Sic Eun. IV. 2. 10. Adelph. II. 2. 25. Eſt autem non unius uſus formula; vel enim extenuando rem ea utimur, uti Eun. loc. cit. vel deſperando, uti in Adelph. l. c. vel praecidendo ſermonem de re parum grata,

Timore. *Nau.* Non pol temere 'ſt, quod tu tam times.
Ch. Ego timeo? *Ph.* Recte ſane: quando nihil times,
Et hoc nihil eſt, quod ego dico: tu narra. *De.* Scelus!
Tibi narret? *Ph.* Eho tu! factum 'ſt abs te ſedulo
Pro fratre. *Nau.* Mi vir, non mihi narras? *Ch.* At. *Nau.* Quid, at?
Ch. Non opus eſt dicto. *Ph.* Tibi quidem: at ſcito huic opus eſt.
In Lemno. *Ch.* Hem! quid ais? *De.* Non taces? *Ph.* Clam te.
Ch. Hei mihi!
Ph. Uxorem duxit. *Nau.* Mi homo, Di melius duint!
Ph. Sic factum eſt. *Nau.* Perii miſera! *Ph.* Et inde filiam
Suſce-

DONATI.

16. Mi homo, Di melius duint!] Quaerit Probus, an matrona tam familiariter Mi homo, recte dicat alieno: ſed fruſtra. nam foeminarum oratio, etſi non blanditur, blanda eſt.

COMMENTARIUS.

uti hoc loco, & Phaed. III. 7. 17.

Unde hoc, amice? Nihil eſt. *Dic, quaeſo, tamen.*

ubi vide Cl. Burmannum.

8. Delirat miser timore.] Cic. de Orat. III. 38. Ex Ennii Alcmaeone.

Tum pavor ſapientiam mihi omnem exanimato expectorat.

14. Huic.] Pareus interpretatur, *Mihi.* Videtur potius indigitare Nauſiſtratam.

15. Quid ais?] Codd. quidam Mſſ. & impreſſi, Quid agis? Quae ſaepius inter ſe permutantur in Codd. veteribus.

16. Di melius duint!] Formula deprecandi. Ovid. Heroid. XVII. 30.

Di melius! *ſimilis non fuit ille tui.*

18. Jam unam.] Invidioſe. Tacite enim inſinuat, fore, ut plures ſuſcipiat. Et ſilet de obitu matris filiae.

Dum tu dormis.] Secura es amoris viri tui. Vide ad Adelph. IV. 5. 59. Turpilius, Paraterusa:

Dum ego connixi ſomno, *hic ſibi proſpexit vigilans virginem.*

Propert. II. 21. 3.

Sed tibi jam videor Dodona verior augur?
Uxorem ille tuus pulcher amator habet.
Tot noctes periere. nihil pudet? adſpice, cantat
Liber: tu nimium credula ſola jaces.

Ch. Quid agimus?] Malim haec tribuere Demiphoni; neque enim quidquam ad ea reſpondetur. Sed non tam Demipho, quam Chremes tacebat. Eſt autem formula hominis, qui incertus eſt conſilii. Eun. IV. 7. 41. & V. 9. 51.

19. Facinus indignum, et malum!] Solent haec jungi. Plaut. Moſtell. II. 2. 27.

Dici, quam indignum facinus *feciſti*, & malum. *non poteſt*

Menaechm. V. 7. 15.

O facinus indignum, & malum.

20. Ph. Hoc actum 'st.] Haec a Chremete dicta videntur; ſunt enim verba animum deſpondentis. Mſſ. Leidenſes tres cum Traject. tribuunt diſerte Chremeti, ſed ſine interrogandi nota.

21. Qui mihi.] Hic verſus continet orationem imperfectam; qualis eſt iratorum. Ita vero ſuppleas: *An quidquam hodie eſt factum indignius, hoc facto mei viri? Ita ſolent, ſcilicet, qui mihi, ubi ad uxores ventum eſt, tum fiunt ſenes.* h. e. ſenectutem ſuam excuſant, quo minus officium ſuum praeſtent uxoribus. Habet igitur

Digitized by Google

Suſcepit jam unam, dum tu dormis. *Ch.* Quid agimus?
Nau. Pro Di immortales! facinus indignum, & malum!
Ph. Hoc actum 'ſt. *Nau.* An quidquam hodie eſt factum indignius?
Qui mihi, ubi ad uxores ventum 'ſt, tum fiunt ſenes.
Demipho, te adpello: nam me cum hoc ipſo diſtaedet loqui.
Haeccine erant itiones crebrae, & manſiones diutinae
Lemni? haeccine erat ea, quae noſtros fructus minuebat, vilitas?
De. Ego, Nauſiſtrata, eſſe in hac re culpam meritam non nego;

Sed

DONATI.

18. Quid agimus?] Facete dictum.
21. Qui mihi.] Eleganter inſertum Mihi. ut in Heautont. *Is mihi, ubi adbibit plus paullo, ſua quae narrat facinora!* Ad uxores ventum 'st, tum fiunt senes.] Eleganter *Fieri* dixit. Et generaliter invidioſius, quam ſi unum accuſaret ſenem.
25. Ego, Nausistrata.] Qualitas venialis; a conceſſione.

OBSERV. IN DONAT.

1. *A conceſſione*] Ita Rob. Stephanus, & alii poſt eum, Mſſ. Hulſt. & Boend. cum impreſſis vetuſtis, *A conceſſione.*

COMMENTARIUS.

tur invidiam τὸ Fiunt, pro, *fieri ſe fingunt.* Τὸ Mihi autem eleganter παρέλκει. Sic Horat. Epiſt. I. 3. 15.

Quid mihi *Celſus agit?*

Propert. I. 19. 3.

Sed ne forte tuo careat mihi *funus amore.*

Liv. Praefat. *Ad illa* mihi *pro ſe quiſque acriter intendat animum.* Et II. 29. *Pulſet tum* mihi *lictorem.* Eſt porro locus deſumtus ex Plauti Aſin. IV. 2. 3.

Ain' tu? apud amicam munus adoleſcentuli
Fungare? uxori excuſes te, & dicas ſenem?

Et V. 2. 23.

Ille opere foris faciundo laſſus noctu advenit:
Fundum alienum arat, incultum familiarem deſerit.

Prae qua locutione modeſtus eſt, & verecundus Terentius. Adde Eun. IV. 3. 24.

22. Me cum hoc.] Guyetus in Scholiis ineditis: Med hoc cum.

23. Haeccine.] Pluſculi Codd. Mſſ. & editi, Haecine. Sed Donatus ad Eun. III. 5. 34. Hasccine etiam legit. Sic Virg. Aen. IV. 675.

Hoc illud, germana, fuit? me fraude petebas?

24. Lemni?] Supra V. 7. 49.

Quae nostros fructus minuebat, vilitas.] Intelligit fructum ſeu reditum binorum talentorum. Supra V. 3. 6. ſeqq. Plaut. Pſeud. V. 2. 10.

Credo equidem, poteſſe te, ſcelus, Maſſici montis uberrimos quattuor
Fructus *ebibere in hora una.*

Cod. Bemb. Ea, quae nostros minuit fructus, vilitas. Mſ. Bodl. Fructus minuit vilitas.

25. Culpam meritam.] Haec Mſſ. plerorumque & in editis praeſtantiſſimorum eſt lectio.

Sed eam, quae ſit ignoſcenda. *Ph.* Verba fiunt mortuo.
De. Nam neque negligentia tua, neque odio id fecit tuo.
Vinolentus, fere abhinc annos quindecim, mulierculam
Eam compreſſit, unde haec nata 'ſt: neque poſtilla umquam adtigit.
Ea mortem obiit: e medio abiit: qui fuit in re hac ſcrupulus.
Quamobrem te oro, ut alia facta tua ſunt, aequo animo hoc feras.

Nau.

DONATI.

26. VERBA FIUNT MORTUO.] ‹ Non eſt paſſus paraſitus, ut totam ſententiam ſenex explicaret.

27. NAM NEQUE NEGLIGENTIA TUA, NEQUE ID ODIO FECIT TUO.] Locus in hac cauſa principalis eſt, ἀπὸ τῆς συγγνώμης καὶ εὐνοίας. Et ideo in duo diviſit, nec NEGLIGENTIA circa te, nec ODIO, inquit, factum. Praeterea & ‹ περιστάσεως addidit defenſionem, VINOLENTUS, FERE ABHINC ANNOS QUINDECIM, MULIERCULAM, &c. ‹ ab aetate ejus, a tempore criminis, a diminutione contemtuque pellicis, ab eventu, ab animo facientis: quod mortua eſt. Poſtremo & a precibus. Et epilogum ἀπὸ τῆς εὐνοίας τῆς ἐκβάσεως fecit, admonens illam oratorie manſuetudinis ſuae.

28. VINOLENTUS.] Ab imprudentia defenſio. ABHINC ANNOS QUINDECIM.] A tempore defenſio.

29. EAM COMPRESSIT.] Bene dixit COMPRESSIT: quod interdum eſt non amoris, ſed injuriae. NEQUE POSTILLA UMQUAM ADTIGIT.] Ita facti poenituit. Hic locus ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως eſt, id eſt, ab eo quod futurum ſit. facilius enim ignoſcitur non ultra peccaturis.

OBSERV. IN DONAT.

4. *Non eſt paſſus.*] Vide Comment.

5. *Περιστάσεως addidit defenſionem.*] Mſſ. Hulſt. Boend. cum edd. Ven. & Tarviſ. *Praeſto addidit defenſionem.* Mſ. Lind. *Praeterea & alias partes adducit ad defenſionem.*

6. *Ab aetate ejus.*] Confuſa haec ſunt; & quia varie leguntur, reſtitutioni locus eſt. Ita autem ordinaverim: *Addidit defenſionem, ab imprudentia, a tempore criminis, a diminutione contemtuque pellicis, ab animo facientis, ab eventu, quod mortua eſt. Poſtremo & a precibus* ἐπίλογον *fecit, admonens illam oratorie manſuetudinis ſuae.* VINOLENTUS.] *Ab imprudentia defenſio.* cetera.

COMMENTARIUS.

ctio. Alii, in quibus Mſſ. Leidenſes duo, MERITUM, ut ad Chremetem referatur. Et tuetur Guyetus in ἀνεκδότοις ex Cod. Bemb. Sic Plaut. Merc. IV. 6. 12.

Ut illae exiguntur, quae in ſe culpam commerent.

26. SED EAM, QUAE SIT IGNOSCENDA.] Editio anni 1469. SED EA, QUAE IGNOSCENDA. Codex Bemb. SED EA, QUIN SIT IGNOSCENDA. ſubaudi, *negare non poteris.* Atque ita videtur Donatus legiſſe, ſcribens, Phormionem non eſſe paſſum, *ut totam ſententiam ſenex explicaret.*

VERBA FIUNT MORTUO.] Gr. Νεκρῷ μύθους ἐις ὦς λέγεις. Vide Heaut. II. 1. 10. & Chiliad. Eraſm.

27. NEGLIGENTIA TUA.] H. e. *Negligentia tui.* Quomodo & ODIO TUO, pro, *tui.* Sic Eun. III. 2. 28. Heaut. Prol. 41. Cic. Catil. II. 2. *Ca-*

Nau. Quid ego, aequo animo? cupio miſera in hac re jam defungier.
Sed quid ſperem? aetate porro minus peccaturum putem?
Jam tum erat ſenex, ſenectus ſi verecundos facit.
An mea forma atque aetas nunc magis expetenda 'ſt, Demipho?
Quid mihi nunc adfers, quamobrem exſpectem, aut ſperem, porro non fore?

Ph.

D O N A T I.

32. DEFUNGIER.] *Defungi*, deſinere.

33. AETATE PORRO MINUS PACCATURUM PUTAM?] Quia dixit, AAHINC ANNOS QUINDECIM.

34. SENECTUS SI VERECUNDOS FACIT.] Modeſte & graviter.

36. QUID MIHI NUNC ADFERS.] Callidius uſa eſt ad ultimum ' πόρματι, converſo ad ipſum defenſorem mariti. de qua vi contradictionis exultat paraſitus, tamquam confecto mortuoque adverſario ſuo.

OBSERV. IN DONAT.

7. *Πόρματι, converſo.*] Petrus Victorius, Var. Lect. XXIII. 24. reponit, *ἀποςροφῇ, converſa ad ipſum defenſorem mariti.* Et ſane in Codd. antiquiſſimis *converſo* legitur, cum praecedente lacuna.

COMMENTARIUS.

1. *L. Catilinam non modo invidiae* meae, *verum etiam vitae periculo ſuſtuliſſem.* Ubi *invidiae meae* valet, qua mihi invideretur.

29. POST ILLA.] Legitur & POST. Edit. anni 1469. POST ILLAM.

31. UT ALIA FACTA TUA SUNT.] Sic ſupra V. 3. 1.

32. CUPIO MISERA IN HAC RE JAM DEFUNGIER.] Sic Adelph. III. 4. 62. Guyetus ſuo Codici adſcripſerat: *ſub. eum. i. e. παύεσθαι τῆς ἁμαρτίας.*

33. AETATE.] Mſ. Bodl. AETATE HAC.

35. FORMA ATQUE AETAS.] Solent hae jungi: Vide ad And. I. 1. 45.

36. ADFERS.] Edit. 1469. ADFERT. Faërnus & Rivius tuentur, QUID MIHI HIC ADFERS?

37. EXSEQUIAS CHREMETI, QUIBUS EST COMMODUM, IRE, HEM! TEMPUS EST.] Sunt, qui CHREMETIS legunt, ſed praeter phraſin Latinam, qua dicebant, EXSEQUIAS IRE *alicui*; pro, *In funus alicujus prodire.* Nec aliter capiendus locus Apuleji, Florid. III. *Quoniam Poëta optimus perſonam vitae depoſuerit; recta de auditorio* ejus exſequias eundum. Idem Florid. IV. dixit, *Exſequias venire.* Erat autem haec formula funerum indictivorum: L. TITIUS. VIXIT. L. TITIO. EXSEQUIAS. IRE. QUOI. COMMODUM. EST. JAM. TEMPUS. EST. OLLUS. EFFERTUR. Sil. Ital. XV. 392. Hannibal de M. Marcello caeſo: *laus, inquit, parta perennis.*

Marcellum abſtulimus Latio. deponere forſan
Gens Italûm tandem arma velit. Vos ite ſuperbae
Exſequias animae, *& cinerem donate ſupremi*
Muneris officio.

Vid. Lud. Carr. Emendat. Lib. I. cap. 6. & Briſſon. de Form. Lib. VIII. Ita vero falſe ἀλληγορεῖ Phormio, qui verſu 5. dixerat de eodem Chremete: ABI: TANGE: SI NON TOTUS FRIGET, ME ENICA.

Digitized by Google

Ph. Exſequias Chremeti, quibus eſt commodum, ire, hem! tempus eſt.
Sic dabo! age, age nunc, Phormionem, qui volet, laceſſito.
Faxo tali eum mactatum, atque hic eſt, infortunio.
Redeat ſane in gratiam: jam ſupplicii ſatis eſt mihi:
Habet haec, ei quod, dum vivat, uſque ad aurem obganniat.
Nau. An meo merito, credo. quid ego nunc commemorem, Demipho,
Singillatim, qualis ego in hunc fuerim? *De.* Novi aeque omnia

Tecum

DONATI.

37. EXSEQUIAS CHREMETI.] Bono ordine. primo, DELIRAT MISER TIMORE. poſt, VERBA FIUNT MORTUO. ad ultimum, EXSEQUIAS CHREMETI. delirat, moritur, effertur.

38. AGE NUNC, AGE: PHORMIONEM, QUI VOLET, LACESSITO.] [8] *Virgilius*,

Degeneremque Neoptolemum narrare memento.

39. FAXO TALI EUM MACTATUM.] [9] Pro eo quod eſt *Eum* * ſic frequenter veteres, [10] *Ennius*,

Omnes corde patrem praebent, animoque benigno
Circumfuſum.

OBSERV. IN DONAT.

8. *Virgilius.*] Aen. II. 549.

9. *Pro eo quod eſt* EUM*] Atqui τὸ EUM ipſius Terentii eſt. Niſi forte legit Donatus, quod etiam nunc Mſſ. quidam praeferunt, FAXO TALI SIT MACTATUS. ſcripſerit igitur, *pro eo, quod eſt*, EUM MACTATUM.

10. *Ennius.*] Fragmentum incerti Libri. Sed Hieron. Columna *circumfunduntur* reſtituit.

COMMENTARIUS.

ENICA. Jam igitur quaſi mortuo inſultat, & efferendo ad ſepulturam. Cic. pro A. Cluent. 71. *Mater* exſequias illius funeris proſequuta, *mortem ſe filii lugere ſimulaſſet.* Idem pro P. Quint. 15. *Huic acerbiſſimum vivo, videntique* funus ducitur: *ſi funus id habendum ſit, quo non amici conveniunt, ad exſequias cohoneſtandas.* In aliis eſt, *indicitur.* Similis porro locus apud Plautum, de Demaeneto, Aſin. V. 2. 60. ubi paraſitus,

ecquis currit pollinctorem arceſſere?

Et mox:

mortuus eſt Demaenetus.

Sic

Tecum. *Nau.* Meriton' hoc meo videtur factum? *De.* Minime gentium:
Verum, quando jam accuſando fieri infectum non poteſt,
Ignoſce: orat: confitetur: purgat. quid vis amplius?
Ph. Enimvero prius quam haec dat veniam, mihi proſpiciam & Phaedriae.
Heus! Nauſiſtrata, prius quam huic reſpondes temere, audi. *Nau.* Quid eſt?
Ph. Ego minas triginta per fallaciam ab illo abſtuli:

Eas

DONATI.

46. IGNOSCE: ORAT: CONFITETUR: PURGAT.] Verba venialis ſtatus ſunt, IGNOSCE: CONFITETUR.

COMMENTARIUS.

Sic Bacchid. IV. 9. 52. ubi ſervus de hero Nicobulo, quaſi jam circumvento & nummis emuncto gloriatur,

Nunc Priamo noſtro ſi eſt quis emtor, coëmtionalem ſenem
Vendam ego, venalem quem habeo, extemplo ubi oppidum expugnavero.

38. SIC DABO!] Formula eſt exſultantis ob poenam ſumtam. Plaut. Menaechm. IV. 2. 40. & 64. *Sic datur.* Pſeud. I. 2. 22.

Quî nunc? doletne? hem, ſic datur, *ſi quis herum ſervos ſpernit.*

AGE, AGE NUNC.] Haec varie leguntur, AGE NUNC. Et, AGE NUNC, AGE. Fortaſſe rectius, AGE NUNC, PHORMIONEM, QUI VOLET, LACESSITO.

39. MACTATUM INFORTUNIO.] Locutio Plauto familiaris. Eſt autem *Mactare* quaſi *magis augere.* Unde *Mactare Deos hoſtia*, Latine dici, ex Plauto & Cicerone docet Muretus ad Cic. Catil. I. 11. Vide porro Fabri Theſaur. Latin. v. MACTE. Et Parei Lexic. Plaut. v. *Mactare infortunio.* Liber Bembinus ita: FAXO TALI AIT MACTATUS, ATQUE HIC EST, INFORTUNIO. Forte autem rectius, ATQUE HIC INFORTUNIO AT.

ATQUE HIC EST.] Editio 1469. ATQUE HIC CHREMES EST.

40. SUPPLICII SATIS EST MIHI.] Vide ad And. V. 3. 32.

41. OBGANNIAT.] Plaut. Aſin. II. 4. 16.

centies eadem imperem, atque obganniam.

Amph. Suppoſ. Scena, *Di voſtram fidem:*

BL. Obgannis? So. *Nec gannio, nec latro.*

Innuitur primitiva vocis ſignificatio. *gannire* enim vulpium eſt, ſicut *latrare* canum. Adelph. IV. 2. 17.

42. AN MEO MERITO, CREDO.] Eam vim habet τὸ CREDO, ut ſenſus ſit, Chremetem culpam hanc commeruiſſe, nullo Nauſiſtratae merito. Sic mox verſu 44. AN vero & CREDO non tam interrogant, quam vel ironiae inſerviunt, vel ſeverae dictioni. Sulpicius ad Ciceronem. Fam. IV. 5. An *illius vicem*, credo, *doles*? Lucret. V. 175.

An, credo, *in tenebris vita, ac moerore jacebat.*

45. FIERI INFECTUM NON POTEST.] Plaut. Aul. IV. 10. 11.

Quid vis fieri? factum eſt illud. fieri infectum non poteſt.

Capt. V. 3. 19.

SSSS ſſſ *Quod*

Eas dedi tuo gnato: is pro ſua amica lenoni dedit.
Ch. Hem! quid ais? *Nau.* Adeon' hoc indignum tibi videtur, filius
Homo adoleſcens, ſi habet unam amicam, tu uxores duas?
Nihil pudere? quo ore illum objurgabis? reſponde mihi.
De. Faciet, ut voles. *Nau.* Immo, ut meam jam ſcias ſententiam,
Neque ego ignoſco, neque promitto quidquam: neque reſpondeo,
Prius quam gnatum video. ejus judicio permitto omnia:
Quod is jubebit, faciam. *Ph.* Mulier ſapiens es, Nauſiſtrata.

Nau.

DONATI.

59. TU TUUM NOMEN DIC.] Bene Tu pronomine utitur: quia non habet nomen. Nam potentiorum blandimentum circa inferiores hoc fuit, ut nomina eorum quaererent: & quum audiſſent, ipſis nominibus eos compellarent ſtatim. Tale eſt in Adelphis, [11] *Qui vocare? Geta. hominem maxumi pretii, &c.*

60. VESTRAE FAMILIAE HERCLE AMICUS.] Hoc propter Antiphonis amicitiam dixit. ET TUO SUMMUS PHAEDRIAE.] AMICUS, iterum ſubaudiendum.

OBSERV. IN DONAT.

11. *Qui vocare?*] Legendum: DE. *O! qui vocare?* GE. *Geta.* DE. *Geta, hominem maxumi pretii.* Vide Adelph. V. 6. 3.

COMMENTARIUS.

Quod male feci, crucior modo, ſi infectum
fieri *poſſiet.*

Moſtell. IV. 3. 22.

qui iſtoc te ſperas modo
Poteſſe diſſimulando infectum *hoc* reddere.

46. IGNOSCE: ORAT.] Mſ. Witt. IGNOSCE ORANTI.

QUID VIS AMPLIUS?] Editio anni 1469. QUID AMPLIUS? omiſſo VIS.

53. NIHIL PUDERE?] Ita optimi Codices. Alii, NIHIL PUDET TE?

QUO ORE.] Supra V. 7. 24. Juvenal. XIV. 56.

Unde tibi frontem, libertatemque parentis;
Cum facias pejora, ſenex?

54. UT MEAM JAM SCIAS SENTENTIAM.] Varie, UT JAM MEAM SCIAS. UT JAM MEAM SCIAT SENTENTIAM.

57. MULIER SAPIENS ES.] Edit. 1469. MULIER SAPIENS. omiſſo, ES.

58. SATIN' ID EST?] Pluſculi Codd. SATIS ID EST? Alii, SATIN' TIBI EST? Malim cum edit. Bergii: SATIN' ID EST TIBI?

PULCHRE DISCEDO.] Cic. Fam. VIII. 6. *Quemadmodum exeat ex hac cauſa.*

59. Mr

Nau. Satin' id eſt? *Ph.* Immo vero pulchre diſcedo, & probe,
Et praeter ſpem. *Nau.* Tu tuum nomen dic quod eſt. *Ph.* Mihin'?
Phormio: veſtrae familiae hercle amicus, & tuo ſummus Phaedriae.
Nau. Phormio, at ego ecaſtor poſthac tibi, quod potero, & quae voles,
Faciamque, & dicam. *Ph.* Benigne dicis. *Nau.* Pol meritum 'ſt tuum.
Ph. Vin' primum hodie facere, quod ego gaudeam, Nauſiſtrata,
Et quod tuo viro oculi doleant? *Nau.* Cupio. *Ph.* Me ad coenam voca.
Nau. Pol vero voco. *De.* Eamus intro hinc. *Ch.* Fiat: ſed ubi eſt Phaedria,

Judex

DONATI.

64. Me ad coenam voca.] Facete ex perſona paraſitica, beneficii optio facta eſt, quod promiſerat mulier.

65. Sed ubi est Phaedria, judex nostsr?] Bene Judex: ad illum enim mulieris delata ſententia eſt: ut quum ita agitur, tuta ſint marito omnia. Et per *εἰρωνείαν* ridicule dicitur ab ea, quae irata erat.

COMMENTARIUS.

59. Minin'?] Ἀνακόλουθον, pro, Meumne, ſub. Nomen.

60. Hercle.] Abeſt a quibuſdam Mſſ. & impreſſis poſt an. 1469.

Tuo summus Phaedriae.] And. V. 6. 6. Eun. II. 2. 40. Adelph. III. 2. 54. Supra I. 1. 1.

62. Benigne dicis.] Formula gratias agentium.

64. Quod tuo viro oculi doleant?] *Oculi dolere* dicebantur illi, qui, quod nollet, videret. Plaut. Aſin. V. 1. 4.

Pietas, pater, oculis dolorem *prohibet, quamquam ego iſtanc amo.*

Virg. Aen. V. 654.

At matres primo ancipites, oculiſ*que* maligni̇s
Ambiguae, ſpectare *rates.*

Plane uti Servator in Evangelio Matth. XX. 15. *Ἡ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν, ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι; An tuus* oculus malus *eſt, quod ego bonus ſum?* Vide Parei Lexic. Plaut. v. *Oculi dolere. Oculorum faſtidium* dixit Cicero, Fam. II. 16. Idem Fam. IX. 2. *Quod quoſdam homines* oculi *mei ferre non poſſent.* Att. X. 8. *Pati poterunt* oculi, *me cum Gabinio ſententiam dicere?* cauſam exponit idem Cicero, Fam. VI. 1. Oculi augent dolorem; *qui ea, quae ceteri audiunt, intueri coguntur, nec avertere a miſeriis cogitationem ſinunt.* Sed *ἀλγηδόνας ὀφθαλμῶν* vocant Graeci rem amatam, qua potiri non licet. Adde P. Victor. Var. Lect. II. 5.

Me ad coenam voca.] Vide And. II. 6. 22. Eun. II. 2. 28.

65. Fiat: sed ubi est Phaedria, judex noster?] Haec Mſſ. non pauci, atque editi vetuſti Nauſiſtratae potius tribuunt.

Judex noſter? *Ph.* Jam hic, faxo, aderit. Ω Vos valete, & plaudite.

CALLIOPIUS RECENSUI.

DONATI.

66. JUDEX NOSTER?] Nihil facetius, quam judicem capi adverſus crimen voluptatis paternae, & amatorem filium, & [11] fratrem Antiphonem, cui nubet furtiva filia. JUDEX NOSTER?] Terribilis ſcilicet cenſor paternarum deliciarum. Vides igitur hic omnino ſublatam uxoris iracundiam.

AELII DONATI, *V. C. Oratoris Urbis Romae*, *Comment. in* TERENTI PHORMIONEM *explicit.*

OBSERV. IN DONAT.

11. *Fratrem Antiphonem.*] Mſſ. Hulſt. & Boend. cum editis ante Rob. Stephanum rectius, *Fratrem Antiphonis.*

COMMENTARIUS.

66. Ω.] Vide ad And. V. 6. 17.

FINIS PHORMIONIS.

A01 1464755

Digitized by Google